This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Mason R. 116.

Digitized by Google

LAURENTII PATAROL OPERA OMNIA

QUORUM PLERAQUE

NUNC PRIMUM

IN LUCEM PRODEUNT.

TOMUS SECUNDUS.

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

VENETIIS,

MDCCXLIII.

Typis JOANNIS BAPTISTÆ PASQUALI.

SUPERIORUM PERMISSU, ac PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI AUCTOR.

CUM per annos proxime præteritos nonnulla Inſectorum genera, atque inter ipſa forte Bombyces ſtudii atque oblectationis pariter gratia præ manibus haberem, atque attentius conſiderarem, tanta me ipſorum admiratio, tantus, prorſus dixerim, amor cepit, ut eadem non mediocri numero educanda, totumque ipſorum curriculum, ortum nempe, progreſſum, mores, mutationem, reparationem, uſum denique penitus obſervanda ſuſceperim. Quod quidem uno etiam atque altero poſt anno, majori tum voluptate, tum, quanta exiguarum virium mearum eſſe potuit, ſolicitudine ac diligentia præſtandum mihi duxi, ut & quæ antea ſuper iisdem adnotaveram, novis experimentis confirmarentur; &, ſi quod mihi dubium, ſi quod non omnino perpenſum reliquum fuiſſet, repetitis obſervationibus certius conſequi daretur. Factum eſt autem, ut, cum per familiares epiſtolas Virum egregium meique amantiſſimum *Joannem Campelli* frequentiſſime convenirem, atque ipſum tum otii mei tum negotii, quemadmodum abſentes inter amicos fieri conſuevit, compotem facerem, meum illud quoque in evolvenda indagandaque Bombycum re ſuſceptum laborem ipſi ſignificarem; ille mecum protinus ex corde lætari, ſimulque commonere, ut toto animo ceptis incumberem, & ſuſceptum jam iter, qua ſolertia decebat, emetirer. Quid plura? Qua humanitate ac liberalitate amicos ipſe proſequitur, quibusque ſtudiis inſuper bonis artibus favet, miſit ad me *Marci Hieronymi Vidæ* Carminum volumen, ut ejusdem præclarum opus *de Bombyce* perlegerem, ſerio monens, ut ab illo ſcripta cum iis, quæ obſervanda mihi in dies occurrerent, apta diligentia conferrem; quod a me quidem magno cum gaudio, nec minori cum ſedulitate præſtitum fateor. Cum autem in *Vidæ* opere non-

Digitized by Google

nulla, quæ meis cum obſervationibus non omnino congruerent, quædam ulterius iisdem quaſi adverſantia, plura etiam ab Auctore illo aut non obſervata, aut non deſcripta ſe ſe offerrent, hoc agere in mentem venit, ut non convenientia vel adverſantia qua ipſemet adnotaveram ratione rederem, non deſcripta vero de integro ſupplerem. Quæ ſingula, cum opportunum mihi tunc otium, & neſcio quam, novam utique, ac mihi pene prorſus ignotam Poeſis libidinem ruſtica, qua gaudebam, ſtatio ſuppeditaret, hexametris ego quoque pro tenuiſſimi ingenii mei modulo ut exararem incubui. Cumque illa, ſtimulos mihi materiamque jucundiſſimis in dies excitatis obſervationibus magis ac magis ſuggerentibus, non exiguo numero effudiſſem, ne in unum coacervata Carmen nimis fortaſſe tædii Lectoribus ingererent, ſi qui unquam futuri eſſent, tres in Libros ſtato ordine propoſitaque methodo partiri conſultum duxi. Horum igitur primo Bombycum Hiſtoria continetur ab ipſorum ortu uſque ad mutationis primæ tempus, quod primi ſomni nomine communiter indigitatur. Traditur autem, ubi primum educati Bombyces fuerint, quo modo de ſeminibus ſeu ovulis ſint educendi; quo cibo & quibus legibus nutriendi: ibique, ſumpta occaſione, agitur de arbore Moro, cujus folia præſens illorum eſca ſunt; qualis eſſe debeat eorundem ſtatio; quæ ipſis noxia, adeoque longe arcenda communiter credantur, &c. Habentur in ſecundo quæcunque a primo ſomno ad folliculorum conſtructionem occurrunt. Edicuntur ideo quæ per ſomni varia tempora, quater ſiquidem ſomnus ipſe ſuccedit, obſervare ac præſtare oportet; & qua cura Bombyces inde poſt exactum ſomnum ſint educandi. Dantur præcepta tum ad conſtruendas ſedes, quibus animalia reponantur, tum ad easdem rite in ſtabulis collocandas, item ad ipſas ab omni colluvie expurgandas; ad parandos demum faſces, quibus gens noſtra ad conſtruendos folles recondatur. Hinc traditur quomodo illa faſcibus ſit imponenda; quid præſtandum curatoribus cum ipſis impoſita fuerit; qua induſtria folliculi a Bombycibus conſtruantur, &c. In tertio denique a peracta folliculorum fabrica ad

anima-

Digitized by Google

animalium ſupremum diem hiſtoria perducitur, & completur. Hic videre eſt qua ratione folles apte ſint legendi; qualis eorundem ad Sericium habendus ſit delectus; tuncque nonnulla ad Sericium ipſum ſpectantia, atque obiter paucula de Patriæ noſtræ laudibus afferuntur. Exhibetur inde Bombycum in Papiliones mutatio; ipſorum coitus; ovorum depoſitio, ac tandem interitus. Licuerit & mihi igitur quæ ipſemet cura propria, & labore ſemel iterumque exantlato obſervaverim, quæque per Euganeam regionem in horumce animalium educatione uſu eſſe ſolent, propriis etiam verſibus reddere, atque exornare. Quæ profecto tota ac genuina opuſculi hujuſce inſtitutio & cauſa eſt, quam ex ipſa rei veritate, prout decebat, ideo reddendam publice atque ex integro mihi duxi, ne quis forte ſuſpicaretur, illud a me ſuſceptum ac publici juris factum, ſeu ex æmulatione quapiam, ſeu ex ſtudio invidiam comparandi Viro celeberrimo, & qui omnem ſuperat laudem, *Marco Hieronymo Vidæ*. Abſit ſiquidem ut hæc me tam nefaria capiat audacia, aut tale aliquid de me quispiam credat. Non enim tantum eximio illi Poetæ imparem me omnino ſentio, ſed & ab eodem adeo me diſtare profiteor, ut Poeticam ipſius facultatem admirari ſolummodo, nullo utique veſtigio ſequi valeam, nedum imitari.

Singulis Libris Interpretationes ac Notas ſubjeci; illas quidem, ut Bombycum cultus, qui alligata metro oratione non adeo fortaſſe clare, & ut neceſſum erat, reddi potuerit, ſolutæ adjecto lumine melius percipiatur; haſce autem, ut nonnulla ipſi operi intermixta illuſtratione quapiam cariora forſitan Lectori humano exhibeantur; humano inquam, nam ſeveris illis ac trucibus nonniſi injucunda ac reſpuenda propinaveris. Omnia vero, quæ de Inſectorum noſtrorum moribus aliisque proprietatibus ſcripſi, ea mihi nonniſi bis iterumque habitis obſervationibus ſcripta profiteor, quibus habendis illam a me, quæ par erat, diligentiam ac ſolicitudinem non negatam lætanter credo, quod omnia fere mihi obſervata congruere iis videam, quæ ſuper hac ipſa re ſcripta olim ſunt a Viris clariſſimis, prius equidem *Andrea Libavio*, celebrato inter Germanos

Digitized by Google

manos Medico, ſpeciali ſuper Bombycibus obſervatione, Rotenburgi habita A. 1599. quæ extat apud *Jo. Jonſtonum Taumat. Natur. Append. ad Claſs. VIII.* & de *Inſect. lib.* 2. *Art.* 3. poſterius vero ab illo maximo Philoſopho ac Medico *Marcello Malpighio*, quem non Patriæ ſuæ tantum, ſed & totius Italiæ noſtræ decus eximium atque incomparabile juremerito liceat appellare, celeberrima *De Bombyce* Diſſertatione, qua ſibi id nominis & gloriæ apud exteras etiam Gentes comparavit, ut inter Naturalis Hiſtoriæ principes omnium ſuffragiis cenſeatur. Hiſce præeuntibus ceu ſigniferis, & quibusdam quaſi patronis fultus & confiſus, operi manus minus pavide admovi, ut ſi Poetæ nomen, a quo tam longe abſum, minime promererî, non mendacis ſaltem Naturalis Hiſtoriæ ſectatoris tenuiorem aliquam laudem conſequi poſſim. Hæc mihi ſatis prænotaſſe: Tu fave auſibus, Benigne Lector; & ſi qua, per hoſce Carminum libellos, verbis Poeticis audacter, aut Ethnico more exarata reperies, ea nonniſi ad quendam ſermonis leporem animo prorſus Catholico dicta certus eſto.

Digitized by Google

LAURENTII PATAROL
VENETI
BOMBYCUM
LIBRI TRES

CUM EJUSDEM INTERPRETATIONIBUS, AC NOTIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

LAURENTII PATAROL
BOMBYCUM
LIBER PRIMUS.

LAnivomum genus, & pecori commissa pusillo
Serica (1), quæ ducant fœtus, quæ pabula leges
Certa ferant, populos quæ præstet cura tueri,
Utque novis tandem scateant animalia formis
Moliri est animus, nec inani carmine dicam.
Musa, fave cœptis, pavidumque per ardua vatem
Dirige, frondifero quæ præses cespite gaudes,
Pastorum studia, atque aptis genus omne ferarum
Dicere sueta modis, clivosque amnesque Lycæos
Docta sequi, ac sylvis patrios intendere cantus.

Te

(1) *Serica*. Sericum, filum illud nempe, seu vellus quoddam subtilissimum, *ad usus antehac nobilium, nunc etiam infimorum, sine ulla discretione proficiens*, ut legitur apud *Amm. Marcellin. l. 23. cap. 6.* hoc nomine dictum fuit, quod apud Seres populos, qui cum hodiernis Sinensibus iidem fere esse creduntur, vel primum observatum fuerit, vel uberrima copia provenerit. Seres idcirco a Plin. *lib. 6. cap. 17. lanicio sylvarum nobiles*, & a *Seneca*, *Hippol. A. 2. Sc. 1. vellere nobiles* dictos legimus; aliisque plurimis ab auctoribus, quos hoc loci referre supervacaneum foret, pari laude prædicatos, atque ipsum tandem Bombycem a *Georgio Pisida*, *Mundi Opif.* appellatum *Sericum* comperimus. Testatur autem *Kirk. Chinæ illustratæ*, *P. 4. capite undecimo*, tantam Serici copiam apud Sinenses colligi, ut toti orbi sufficere jure possit; & in provincia *Chekiang*. bis quotannis Bombyces educi, quos *bismille & octingentis annis ante nostræ salutis adventum excultos ibi fuisse*, ab eorum populorum annalibus memoriæ proditur. Quamvis autem ex veteribus recentioribusque Scriptores plurimi Serici antiqui mentionem fecerint, ejusdem tamen veram assecuti ipsi originem non videntur, prout ex iis satis patet, quæ super eodem ab iisdem scripta passim occurrunt. Oculis nempe illi solummodo, & rudi quadam pinguique minerva, non ex idoneis observationibus, repetitisque, ut decebat, experientiis judicium adhibentes, & nugas aliquot, & plura sane a veritate certoque naturæ ordine recedentia protulerunt. Factum hinc etiam inter cætera, ut Sericarum Bombycinarumque vestium nomina legamus, habita inter easdem apud nonnullos distinctione, cum aut nonnisi pro iisdem habendæ sint, aut pro variis tantum ejusdem omnino generis speciebus, cum ex eodem nimirum serico, plus quidem minusve tenui, sint constructæ. Quo quidem loco plurima quæ sciantur non indigna nec injucunda allegare non extra rem esset, ad illorum præsertim meantes illustrandas, quibus Scriptorum aliquot lectio, in quorum verba acriter jurant, caliginem quandam, & tenebras propemodum intulit; sed cum huic ipsi rei Vir Clarissimus Com. *Camillus Silvestri*, præclaris suis ad *Juvenalis* Satyras notis eruditissime atque abunde satisfecerit, remittendum Lectorem ad illa censeo, quæ ad *Sat. Sec. v. 66.* attulit Vir egregius; quibus adeo largiter & pro rei veritate doceri quisque potest, ut nullum, meo quidem judicio, super hac re dubium reliquum sit futurum.

Digitized by Google

Te labor oblectat terrarum noscere mores;
Te rerum spectare vices, exordiaque alto
Ordine deducta, atque æterni (2) pandere vires
Seminis, & rursum in sese redeuntia fata.
Tuque parens, alma recreas qui lampade mundum,
Cunctaque (3) inocciduo, terris clementior, igne
Phœbe foves, recta nostros tu dirige cursus;
Tu vatis moderare chelyn; tu viscera fervens
Imbue, & infuso sitientia flamine comple.
Bombyces nec sperne Deus. Non vilior alto
Æthere descendes turbam servare minorem,
Quam cum Thessalicis olim vagus incola campis,
Lumine non fulgens solito, nullaque verendus
Majestate Deus, fovisti (4) Amphrysia pastor
Armenta, & Graios caro sub Rege jugales.

Non

(2) *Æterni p. v. seminis.* Æternum rerum semen ideo dici posse videtur, quod per idem res ipsæ in æternum durent, dum aliam una, aliaque iterum alteram parit, itemque alias aliæ in infinitum, sano quidem modo intellectum, sunt producturæ. Quod sane omnipotentis Dei jussibus omnino respondet; ipse namque tertia orbis conditi die, ut extat *Gen.* 1. *germinet*, inquit, *terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta semen suum, cujus semen in semetipso sit super terram.* Perennem hanc successionis propagationisque continuationem innuere videtur *Ocellus Lucanus*, *de Univ. cap.* 1. dum ait: *Arbores fructum ferentes, & stirpium plurimæ ex seminibus sui ortus initium habent: Fructus vero producti, & jam perfecti, rursus ab eodem in idem commeante natura, dissolvuntur.* Potiori autem jure æternum dici potest semen ad illorum mentem, qui in unico singularum plantarum semine non modo plantam ex eodem proxime erupturam ineffe docent, sed cum eadem omnia pariter futurarum plantarum semina, & omnes possibiles plantas ex iisdem educendas contineri acriter contendunt. Quæ quidem sententia, cujus specimen aliquod apud *Andr. Cæsalp. Hist. Plant. lib* 1. *cap.* 6. videre licet, a celeberrimo illo *P. Malebranche* in Galliis exinde plurimum diffusa, captui quam vis admodum ardua, maximisque difficultatibus obnoxia, præcipuis tamen ævi nostri Philosophis sic arridere solet, ut non alia prorsus ratione melius plantarum vegetationem explicare sibi posse videantur, quam per jam in semine latentium partium minimæ plantæ evolutionem. Minutarum siquidem, & perquam minimarum in materiali substantia partium perceptionibus atque ideis mentes hominum assuescere jam cœperunt; & tum perspicillorum tum firmioris inde ratiocinii ope eo ipsis perventum est, ut ejusdem materiæ divisibilitas, in indefinitum saltem, humanas mentes amplius non deterreat.

(3) *Inocciduo.* Huic & sequentibus favet *Secundus*, Philosophus, *Sentent.* 5. a quo Sol dicitur *Flamma sincera, frugum fomentum, radius inextinguibilis, fax semper suppetens, viator cœlestis, indeficiens lumen, ornamentum diei*, &c. Et alibi: *cœli oculus, splendor sine occasu*, &c.

(4) *Amphrysia.* Ab Amphryso, parvo quidem, sed celebratissimo Thessaliæ fluvio, qui & *Amphrysus* aliquibus appellatur. Nota est fabula de Apolline, qui cœlo pulsus propter interfectos Cyclopes, exulasse fertur humana forma apud Admetum Thessaliæ Regem, ipsiusque armenta, carus admodum eidem Regi, pavisse. Unde *Lucan. lib.* 6.

Flumine parvo
Dirigat Amphrysos famulantis pascua Phœbi.

Digitized by Google

Non Divis indigna canam. Jam vellera ſacris
Aurea dependent templis, textoque renident
Inſtrati Bombyce tholi; & qua liba, focosque,
Serica proferimus pura donaria mente.
Incipiam noſtræ non ficta ab origine gentis
Semina, & antiquam Bombycum pandere prolem;
Dulce genus, veſtris, agreſtum Numina, quondam
Optatum ſtudiis, electaque gaudia curis.
Vos, Genii (5), Faunique leves, nitidoque madentes
Flumine Najades, Dryadesque, almæque Napææ,
Et caræ, Sylvane, memor cuſtosque cupreſſus,
Ac nemorum Lucina potens: Vos prima tuliſtis,
Numina blanda, greges, aliis mirata renaſci
Artubus, ac dubia fœtus illudere forma;
Pendentesque orbes, circumque fluentia ramis
Vellera, & emerſos iterum de ſemine gnatos.
Principio lætis gens libera vivere paſſim
Saltibus, ac totis examina ducere campis:
Tectorum nec ſepta pati, dominove jubente
Inſuetas ſentire vices; ſed legibus ipſa
Ac votis perſtare ſuis. Tunc improba certas
Delectis ultro prenſare animantia menſas
Arboribus, ſapidasque dapes ac tempora noſſe.
Inde ſubire aptas, nullo cogente, latebras;
Corticibusque cavis ſobolis commiſſa tueri
Pignora, & innumeros in ſæcula condere fœtus.
Nondum fila ingens cana decerpere ſylva,
Non vellus domitare labor, cum ruſtica pronæ
Velamenta darent (6) ulvæ, facilisque bidentis
Tergora, & implexæ præſentia lora geniſtæ.

A ru-

Et *Virgil. Georg. Lib.3.*

Te, memorande, canemus, Paſtor ab Amphryſo, &c.

Hæc autem fabula inde ortum fortaſſe duxit, & paſcuorum cura Apollini, quem eumdem cum Sole veteribus ſcimus fuiſſe, ex eo mandata fuit, quoniam, *quoties paſtis ingruit*, ut ait *Plutarc. de nat. Deor. c.32. primo & continuo jumenta moriuntur; ipſe autem ea paſcere aggreditur, & ſanare.*

(5) *Genitique*. De Geniis & conſimilibus Numinibus vide quæ adnotantur ad hunc librum num. ult. & ad librum tertium, n.3.

(6) *Ulvæ*. Nudos primum homines inceſſiſſe, mox herbarum foliis ad pudenda velanda, exindeque animalium pellibus pro indumentis uſos fuiſſe ſatis conſtat. *Lucret. l.5.* de primis hominibus loquens cecinit:

Necdum res igni ſcibant tractare, neque uti
Pellibus, & ſpoliis corpus veſtire ferarum;
Sed nemora atque cavos montes ſylvasque colebant,
Et frutices inter condebant ſqualida membra.

Digitized by Google

A rudibus poſtquam laudata parentibus olim
Tegmina dives opum luxuque inſana libido
Sprevit, & immodicis tumuerunt pectora votis,
Priſca ſequi ſtudia, & parcæ ſolatia vitæ
Mortales renuere pati. Tunc ſtamine telas
Ordiri labor, ac dubiis intexere primum
Gauſſapa, & aggeſtis raptim redimicula villis;
Inde leves culmos rimari, ac frangere (7) meſſes,
Tenuiaque ignaris educere carbaſa glebis.
Plurima mox faciles nemorum quos alta ferebant
Bombycum verſare orbes, pronaque fluentes
Arbore tentare, ac foliis depectere telas;
Jamque urgere opus. Ars placuit, juvitque ſequaces
Collegiſſe greges; dein munera pubis & altum
Laudaſſe ingenium, atque novo timuiſſe labori.
Prima ſagax rapuit patulis errantia ſylvis
Agmina, ſiqua fides famæ, tectoque ſubegit
India (8), & inſpectis meditata eſt moribus artem:

Edixit-

Juvat addere verba *Cl. Malpighii*, *Diſſert. de Bomb. Illud certum eſt, plantarum arborumque frondes ruditer implicitas extiziſſe tegumenta; mox brutorum quorundam ſponte defunctorum ſpolia ita arriſiſſe, ut, excuſſo mortis horrore, in hunc finem innocentes beluas mactarent*, &c. Utraque jam dictarum veſtium ſpecie Protoparentes noſtros uſos Scriptura tradit. Legimus enim *Gen. c. 3. v. 7.* quod, *cum cognoviſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata:* Inde vero *v. 21.* quod fecerit *Dominus Deus Adæ & Uxori ejus tunicas pelliceas* &c. A pluribus autem nationibus uſitatas diu fuiſſe veſtes, tum ex frondibus arborumque corticibus, tum ex variis ferarum pellibus, & ab illis præcipue, quæ in longinquis regionibus degentes, naturam ſecutæ ducem, luxum delitiasque nonniſi tardius receperunt, videri poteſt apud *Strabonem*, *Herodotum*, *Melam*, *Solinum*, aliosque, apud quos de Scythis, Maſſagetibus, Gelonis, Indis, aliisque remotarum provinciarum populis verba fiunt. Quin illud notandum, quod de ipſis Balearium inſularum incolis, quæ tamen a cultioribus Europæ partibus non longe abſunt, legimus apud *Strabon. lib. 3.* ipſos nempe junceo quodam tegumento uti ſolitos fuiſſe. Tandem & de ipſis Romanis Senatoribus cecinit *Propert. lib. 4. Eleg. 1.*

Curia, prætexto quæ nunc nitet alta Senatu,
Pellitos habuit ruſtica corda Patres.

Plura de variis hujusmodi veſtium generibus legi poſſunt apud *Alex. ab Alex. Dier. Genial. lib. 5. c. 18.*

(7) *Meſſes.* Ex cannabe nempe, & lino, e quibus interiores præſertim amictus, ſed & alia multa veſtimentorum ac linteaminum genera paulatim, & ex varia aptiorum munerum obſervatione conſtrui cœperunt. Artem vero iſta texendi traditam ab Arachne puella Lydia conſentiunt omnes ex *Plin. l. 7. c. 56.* Cannabis linique uſus varius cum adeo vulgatus ſit, non eſt cur quidquam ultra ſuper ipſis proferamus. Si quis autem aliqua Lini geneva jam deperdita noſſe cupiat, conſulat eruditiſs. *Pancirolum*, *de perd. reb.* nec minus eruditi *Salmuthii* notas in ejusdem *Tit. 4. & 5.*

(8) *India*. Lato hic nomine ſumpta, quo orientales provinciæ indicantur, inter quas Serum ipſa regio eſt, Indiæ proprie ſumptæ ad occidentem contermina. Adnotatum jam ſupra *num. 1.* maximam Serici copiam ibidem proveniſſe; quocirca non a

Digitized by Google

Edixitque cibos, patris quos callida norat
Quæsitos populis; quæque his solertia danda,
Quis labor ingenti docuit mercede fovendis.
Nec minor (9) Ismarias provexit gloria terras,
Larga quibus fluxit soboles, fortisque secundæ
Jactatæ laudes, & par superaddita fama.
Crevere hospitio turbæ: Fœcundaque gentis
Semina Grajugenis late susceptа colonis;
Ditatæque novo certatim stamine quotquot
Artibus & fama longe præstantior urbes
Græcia prætendit. Claræ obstupuere Mycenæ,
Argos, Thebæque, ac gemino spectata (10) Corinthos
Neptuno, doctasque decor perstrinxit (11) Athenas.

Omni-

veritate alienum sit credere, ibi etiam primo Bombyces, qui antea liberi per sylvas & campestria loca vagarentur, cicurari, ut ita dicam, cœpisse; ut Sericum inde collectum mercaturæ lucrique gratia in Europam transmitti posset, cum satis constet, ab ejusdem provinciæ populis quæstus hinc maximos comparatos. Quod quidem ex multis licet Auctoribus conjectare, apud quos legimus quanto olim pretio vestimenta e Serico fuerint. Sint pro cæteris *Seneca*, & *Vopiscus*, quorum ille scribit *De Benef. l. 7. c. 9. Video Sericas vestes*, &c. *Hæ ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur*. Hic autem in vita Aureliani Imp. *Cum ab eo uxor peteret, ut unico pallio blatteo Serico uteretur, ille respondit, absit ut auro fila pensentur; libra enim auri tunc libra Serici fuit*.

(9) *Ismarias p. g. terras*. Thraciam regionem, quæ Ismaria quoque ab Ismaro monte est appellata. Primi sane inter Europæos, apud quos Bombyces alerentur, Thraces fuisse facile conjectatur. Refert siquidem *Zonaras Hist. t. 3.* quosdam Monachos ex India Constantinopolim, tunc Imperii Romani sedem, ac Thraciæ primariam urbem, ad Justinianum Imperatorem Bombycum semina detulisse, e quibus simi calore fotis animalcula prodierunt, quæ mori foliis enutrita, & juxta traditas ab iisdem Monachis leges educata, Sericum de more protulerunt. Ipsorum genus inde propagari cœpisse probabile est primo per totam Thraciam, mox per Græciam finitimam; inde vero ad universas Europæ regiones copiosius fuisse invectum, apud quas nihil hoc tempore frequentius, & vulgatius occurrit.

(10) *Corinthos*. Peloponnesi urbs, olim celeberrima, ad Isthmum sita, quam *pulcherrimam atque ornatissimam, plenissimam rerum omnium* dixit *Cicero, Act. sec. in Verrem; & totius Græciæ lumen, Orat. pro Lege Manil.* Dicitur hic gemino spectata Neptuno, quod duobus maribus immineat, Egæo nempe ad ortum, ubi Sinus Saronicus, nunc nobis *Golfo d'Engia*, Ionio vero ad occasum, ubi Sinus Corinthiacus, hodie *Golfo di Lepanto*. Geminus quoque quinimmo portus ejusdem urbis celebratur, *Lechæus* scilicet in Ionio mari, in Egæo autem Schænus, sive Cenchræus, & Cenchreæ. Bimarem idcirco dixerunt ipsam Poetæ, ut *Ovid. Fast. lib. 4.*

Adriacumque patens late bimaremque Corinthon.

Sic *Seneca*, *Thyest. A. 2. Cho.* cecinit;

Et portus geminos, & mare dissidens,

Et *Act. 4. S. 1.*

Maris gemini premens
Fauces Corinthus.

Cæteræ quoque, quarum hic mentio fit, Græciæ urbes, Mycenæ scilicet, Argos, Thebæ, celebratissimæ quondam fuerunt; prima quidem atque altera in Peloponneso, tertia in Bœotia: At nunc vel subversæ penitus, vel prisco decore omnino deperdito, nomine vix ipso tantum ad nostra hæc tempora pervenerunt.

(11) *Athenas*. Urbem satis omnibus notam, in Achajæ parte illa sitam, quæ Atti-

Digitized by Google

Omnibus hinc pecudis, teritur qua maximus orbis,
Quæſitum genus. Hinc parto omnes vellere letæ,
Solicitæque nurus ſervare in tempora ſemen,
Et ſtudium innocuis curas impendere natis.
Dispar ſorte tamen, paribus licet edita pubes
Seminibus, variaque potens in munera laude
Prodiit, alma olim quasque ut mitiſſima terras
Reſpexit Divum pietas: At ſydere prono
Pulchra Venus noſtris indulgens uſque puellis,
Elegit pecudes, & non fallentia cultus
Præcepta inſtituit, carisque frequentior oris
Euganeos docuit, Divæ queis mollia ferrent
Carbaſa, & innocuas præcincto pectore zonas,
Cum delapſa polo blando terram irrigat igne,
Pervaditque (12) ſalum, ac teneros inſpirat amores.
Scilicet hinc gregibus ceſſit victoria noſtris,
Æternumque decus. Quare, o felicia quisquis
Rura tenes, tantæ non ſegnior incola terræ,
Quave Antenorei torrens præterfluit unda
Medoaci (13), ſocioque (14) petens illabitur amni;

Quave

ea, quaſi Actica, hoc eſt littoralis, dicta fuit. Doctæ ipſæ vocantur, quæ ſcientiarum ſedes utique & emporium tanto tempore fuerunt; quarum etiam præſes & conditrix Minerva habita eſt, pro Scientiarum patrono Numine antiquis culta. Hinc *Cic. de Orat.* vocat *illas omnium doctrinarum inventrices Athenas*; & *Mamert. Paneg. Juliani, c. 9.* inquit: *Illæ bonarum artium magiſtræ & inventrices Athenæ*. Pari modo *Propert. lib. 3. Eleg. 19.*

Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas.

(12) *Pervaditque ſalum*. Tantarum fuiſſe virium Venerem amorum Deam veteribus creditum, ut elementis omnibus dominaretur. Quocirca *Plutarc. de Nat. Deor. c. 24.* ait, quod *Veneris potentia & vis in cœlo, & in terra, & in mari cernatur*. Ideo quemadmodum ipſam per aera curru a Cycnis ducto vehi ſolitam Poetæ finxerunt, ita & ſuper aquas ferri fabulati ſunt; ipſamque ſupra concham eandem, in qua de mari primum prodierit, in Cyprum olim navigaſſe. Quare *Tibull. l. 3. el. 3.* cecinit:

Et faveas Concha Cypria vecta tua.

Et apud *Stat. Sylv. l. 1. Epithal.* ipſa Venus de Violantilla Sponſa inquit:

Hæc & cæruleis mecum conſurgere dignæ
Fluctibus, & noſtræ potuit conſidere concha.

Inde eſt quod Diva ipſa apud *Horat. Carm. l. 7. Od. 26. & l. 4. Od. 11.* dicitur *Marina*; & pari ſenſu ab *Artemid. de Inſomn. lib. 2.* vocatur *Pelagia*. Quocirca *Lucret. l. 1.* de ipſa canit:

Quæ mare navigerum, quæ terras frugiferentes
Concelebras, &c.

(13) *Medoaci*. Medoacus, veteribus *Meduacas* etiam, nonnullisque autem *Brinta*, & *Brenteſia*, nunc communiter *Brenta* dictus, Patavini territorii celebris fluvius eſt, ut omnibus conſtat. Oritur in Tridentinis montibus, decem circiter ab urbe ipſa Tridento milliaribus, fluitque recta quaſi a Septentrione in Africum Patavium verſus. Non inde autem longe in duo dividitur cornua, quorum dextro, quod minus eſt, in Bacchilionem influit; ipſique ſociatus, Medoaci minoris, ſeu parvi, apud quosdam Auctores aſſumpto nomine, Patavium ingreditur. Urbe inde digreſſus, iterumq; aquis immixtus tum ex lęvo cornu, tum ex Bacchilione profluentibus, in alios dividitur ramos, quorum altero in æſtuaria noſtra Veneta, reliquis in mare, non lōge a Foſſa Clodia ſeſe exonerat.

(14) *Socioque p. i. amni*. Bacchilionem

Digitized by Google

Quave ſupinatis lato æquore lætius arvis
Tenditur, atque Adriæ propiores reſpicit oras
Pingue ſolum; molles calido aut qua gurgite ſaltus
Fœcundant (15) Aponi clivoſaque paſcua fontes,
Accipe Bombycum queis legibus, accipe, prolem
Ducere, qua valeas reparare ac paſcere cura;
Et gaudere opere, ac larga contendere gaza.

Sum-

intellige ſuperius dictum, qui & *Botro* apud *Cavac. Hiſt. Monaſt. S. Juſtinæ Patav. lib. 2.* vocitatur. Fluvius hic territorio quidem Vicentino adjudicari ſolet, ſed & Patavini nihilominus dici meretur. Oritur ipſe aliquot ſupra Vicentiam milliaribus, Tridentinis ex Alpibus quamvis ipſum profluere tradat *Ferrar. Lex. Geogr.* interque orientem atque occidentem Patavium tendit, ad quam urbem antequam perveniat, cum Medoaco, ut ſupra dictum, ſe commiſcet; exinde vero multifariam diviſus, & intra urbem ipſam varie exceptus, eandem irrigat. Ex ea vero dilapſus, Medoaco ſociatus iterum, ſeſe cum eodem in Adriaticum defert. Per rura igitur, quæ ſuperiori Medoaco ac Bacchilione alluuntur, indicatur hic illa ferme Patavini territorii portio, quæ Septentrionem reſpicit: Per ea, quæ Venetias verſus protenduntur, illa innuitur, quæ ad Ortum & Meridiem eſt: Per illa demum ad Aponi fontes ſita, iisque finitima, quæcunque occidentalem plagam proſpectant, intellige.

(15) *Aponi.* Aponus, nunc *Abano* vulgo, Patavini Territorii vicus ad Colles Euganeos, ab ipſa urbe quinque millibus paſſuum diſtans. Celebratiſſimus olim fuit, tum calidarum aquarum fontibus, tum Geryonis oraculo, de quo mentio extat apud *Sueton. Tiber. c. 14. Cum Illyricum peteret*, inquit, *juxta Patavium adiſſet Geryonis Oraculum, ſorte tracta, quæ monebatur ut de conſultationibus in Aponi fontem talos aureos jaceret*, &c. Ad Oraculum ipſum reſpexiſſe videtur *Lucanus l. 7.* dum cecinit:

Euganeo, ſi vera fides memorantibus, Augur
Colle ſedens, Aponus terris ubi fumifer exit, &c.

Comendatur ulterius locus ille civibus Tito Livio, inſigni illo Romanæ Hiſtoriæ Scriptore, Val. Flacco Poeta illuſtri, Aruntio Stella, de quo *Martialis, l. 1. epigr. 62.* & alibi; item poſtremis temporibus Petro, Aponenſi comuniter dicto, Philoſopho, Medico, & Aſtrologo celebratiſſimo. Erat autem vicus ipſe & privatis & publicis ædificiis quondam ornatiſſimus, necnon ex porticibus & arce munita inſtructus; at ab Attila primum, deinde ab Agilulpho Longobardorum Rege, ab aliisque poſtea Italiæ everſoribus, pro variis bellorum eventibus, inde vexatus, & ſemel atque iterum ferro ignique traditus eſt, ut modo nonniſi rudera ferme, & vix aliud viſendum præbeat, quam jam dictos aquarum fontes, quæ ſalubritatem pluribus morborum generibus, & iis quidem præcipue, qui ex frigidis humoribus procedunt, conferre creduntur. Aquæ ipſæ mirando utique calore pollent, ut immiſſa in easdem manus uſtuletur, & incolis ad quemlibet ferventis aquæ uſum ſatis inſerviant. Hinc ad ipſas apte tepentiores redditas non mediocris ſtatis anni temporibus curandorum frequentia ſolet convenire. Earundem habetur mentio, a Theoderico Italiæ Rege facta, qui fontes illos dixit *Fornaces anhelantium aquarum*, apud *Caſſiod. Variar. lib. 2. epiſt. 39.* Operæ pretium videtur totam percurrere epiſtolam ipſam, qua Rex ille Aloyſio Architecto imperat, ut *antiqua illic ædificiorum ſoliditas innovetur*; item ut *virgulta noxia importunitate naſcentia, evulſis ceſpitibus, auferantur; ne radicum capilli quidam paulatim turgentes fabricarum viſceribus inſerantur*, &c. *unde ſe compago caſura diſrumpat*, & plura alia, ex quibus conjectes, Regem illum Aponenſium decori & commodo non parum proſpicere ſtuduiſſe. Lege de Apono ſpeciale *Claudiani* Carmen.

Digitized by Google

Summa (16) tibi ſtudio pecoris generoſa propago,
Non dubiis ſuſcepta toris, pulchrisque probata
Fœtibus, & multos haud illaudata per annos.
Optima non omnis mater, nec quolibet anceps
Ex utero præſtat ſoboles. (17) Pulcherrima nempe eſt
Perquirenda diu, moneo, ac diſcrimine multo
Perque greges lætos perque alma cubilia puris
Exoptanda parens thalamis, cui fertilis alvi
Gloria, & ingentes robuſto corpore vires,
Prævalidique animi. Procul, oh, quam turpior eſca
Imbuerit triſtisque lues; cui læva ſupremos
(Infelix nimium!) fraudarit tarda labores
Auſtrove brumave diu perculſa ſenectus.
Semina, (18) cum placido dimoverit axe pruinas,
Aurea ſyderei perſtringens cornua Tauri,
Majoresque dies erecta lampade Titan
Jam propior tulerit, vitali perluat igne
Aura tepens, medio quam plumea (19) culcitra lecto,
Impexæve olim facilis præſtare bidentis
Exuviæ valeat, ac pinguia terga ſolocis.

Fas

(16) *Summa tibi*, &c. Ad bene inſtituendam Bombycum ſobolem præcipuum monitum eſt, ut ſeminum ſeu ovulorum omni cum ſolicitudine aptoque examine delectus habeatur. Illud nempe curandum maxime, ut de admodum probato genere eadem ſint, ac parentibus edita diligenter educatis, qui nec ullo morbo laboraverint, nec ſupremo præſertim ſenio aut æſtibus laxati, aut nimio retardati frigore, indeque male affecti, optimæ reddendæ proli ineptos ſe ſe præſtiterint; Præterea quoque nec famem inediamque aliquando paſſi, hebetes idcirco viribusque minoribus fuerint. Ex talium ſane parentum ſeminibus timendum eſt ſemper, ne pravi fœtus, & ad minus perfectum ſericum reddendum apti prodeant,

Invalidique patrum referant jejunia nati,

prout de alio animantium genere cecinit olim *Virgil. Georg. l. 3.*

(17) *Pulcherrima* &c. Multum facit ad futuræ ſobolis perfectionem & pulchritudinem in omni animantium genere parentum optima habitudo, quod & quotidiana experientia patet, & extra omne dubium jam eſt. Hinc præceptum obſervamus & *Virg. Georg. l. 3.* ut ad boves optimos procreandos matris delectus habeatur; quare ipſi dictum,

Corpora præcipue matrum legat, &c.

(18) *Cum placido*, &c. Procedente ſcilicet vere, hoc eſt poſt idus Apriles circiter,

Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus,

prout cecinit *Virgil. Georg. l.* 1. Quoniam vero non eadem aeris temperie eadem quotannis tempora reverturtur, ſed aliquando ver ipſum citius, aliquando tardius tepeſcere incipit juxta pluviarum, niviumque, ventorum autem præcipue majorem minoremve ingruentem copiam, ideoque & arborum frondes plus minusve mature pergunt erumpere, tunc opportune Bombycum ovula incubationi apte ſubjiciuntur, cum frondes ipſæ ſummis ramulis prodeuntes apparent, nec antea id temporis ſane, juxta monitum ipſius *Vidæ l.* 1.

Neve fames teneris, neve obſint frigora alumnis.

Circa vigeſimum quintum Aprilis ova Bombycum, &c. *exponebam Solis radiis* &c. inquit *Libanius*.

(19) *Culcitra*. Multifariam noſtrates fœminæ ſeminalia ovula calore fovent. Et

Digitized by Google

Fas niveis etiam prolem geſtaſſe papillis,
Ac puro foviſſe ſinu. Fas ſyderis ipſos
Excepiſſe ignes, atque almum lumine ſolem.
Longa tamen cave fallat ne te flamma diei,
Ovaque ne incumbens torrentior axis adurat,
Fac pateant modicum, objectaque intercipe palla:
Sæpius ac tenta nimione efferveat æſtu
Turba levis, ſenſim quippe eſt blandeque fovenda,
Aptandusque calor. Tacitas penetrabilis ille
Veſtigat fibras, (20) & clauſos excitat ignes;
Deſuetamque animam (21) fœcundæ ſydere tedæ
Emovet, atque auris hilarem vitalibus afflat.
Jamque excuſſa ſubit paulatim, ac permeat artus
Illa, legitque viam, & cœco ſe carcere ſolvit.
Nec mora: Diffractis erumpunt agmina clauſtris,
Milleque jam reptant, atque alto vertice dulces
Suſcipiunt auras, cœlumque diemque ſalutant.

Qua-

ſiquidem vel inter ipſas lectulorum culcitras collocant, vel lanoſa quapiam agni aut vervecis pelle contegunt, vel ſoli ipſi exponunt, caute tamen & cum modo, nec nili inter eadem ac Solis radios indumento aliquo, aut ſudario conſimilisve generis linteo interpoſito, ſeu radiis ipſis *per feneſtrales orbes incidentibus*, ut tradit *Libavius*. Scribunt *Vida*, & *Malpighius*, ſinu quoque mulierum ova foveri ſolita, nec inficias eam ſic illis quoque aptum ad fœtum excludendum comparari calorem poſſe; apud nos tamen, quod ſciam, hoc uſu eſſe non ſolet.

(20) *Clauſos excitat ignes*. Spiritus nempe vitales, aut quam plurimi vocant animam ſenſitivam, in ovo deliteſcentem & ſopitam. *Animam* ſiquidem *& vitam calore quodam contineri* docet *Ariſtot. L. de Reſpir. c.* 8. Et *Cic. de Nat. Deor. l.* 2. *Omne*, inquit, *quod vivit, ſive animal, ſive terra editum, id vivit propter incluſum in eo calorem*. Apud optimos quoque recentiores Philoſophos, cum anima eadem, ſenſitiva vulgo dicta, non ſit niſi quædam ſubtilis actuoſaque ſubſtantia, ex puriore ſanguinis expreſſa portione in cerebri cortice glandularum ope, quibus cortex ipſe inſtruſ ab oculatiſſimis Anatomicis obſervatur, ignis idcirco nomine gaudere poſſe videtur, cum ſubtilior nulla, aut plus efficax vivaxque captui noſtro occurrere ſubſtantia videatur, quam ignis. Qua ſuper re conſuli meretur, inter cæteros præclaros Auctores, *Cl. Villiſius, de Anima Brut. c.* 2. & 4. præſertim, ubi diſertiſſime docet ipſe, *Animam Brutorum non modo corpoream & extenſam, ſed naturæ cujusdam igneæ, ejusque actum ſive ſubſiſtentiam aut flammam eſſe, aut halitum flammæ proximum & affinem*.

(21) *Fœcundæ s. tedæ*. Vi nempe atque efficacia maxima propria ad agendum, non inani illa qualitate, quam nonnulli, indito caloris nomine, confingunt. Aut igne ipſo ſcilicet, ſine quo juxta plerosque nullus datur calor; aut celeri perturbatoque inſenſibilium partium motu, ſubtiſſima exagitante materia, ex quo calorem excitari plures alii Philoſophi pro certo tenent. An vero agens præcipuum ad fœtus in utero formationem, vi incubante commotum & a quodam veluti ſopore excitatum ſit Lux, ut quibusdam placet, non meum eſt, neque loci hujus excutere, nedum definire. Quæſivit hanc lucem ſolertiſſimus *Malpighius*; ſed inquit *Diſſert. de format. Pulli; Inter obſervandum, in obſcuro etiam conclavi, nunquam micantem in corde lucem etiam minimam attingere potui*.

Digitized by Google

Qualiter innumera farris populatur acervos
Tempus in hybernum condens (22) formica cohorte,
Denſaque continua nigricans ferrugine terram,
Obagit, ac nunquam requieſcens itque reditque,
Haud aliter noſtræ primum creſcentia gentis
Serpere conſpicies patriis examina lectis.
Ipſe labor ſimilis: Fallunt te parvula membra,
Exuviæ fallunt; ſtratisque tumentia colla
Undantem paribus prætendunt flectibus æquor.
Lenta teres pecori producit corpora forma;
Craſſior aſt turget cervix, poſtremaque molli
Increſcit tergo ſurgens non noxia (23) cuſpis,
Obſcœnoque patet qua ſcinditur inguine cauda.
Imparibus totos geſtit producere fœtus
Segmentis, (24) multoque animal compingere nexu
Lex Superum. Furvis hinc indeque picta renident
Ilia (25) ſtigmatibus, pariterque nigrantia circum

Ter-

(22) *Formica*. Formicæ ſollicitudinem, induſtriam, laboresque in colligendo ac reponendo quidquid ſibi ad victum aptum ſit, quotidie obſervamus. De mirabili ipſius ingenio & natura ſuper hoc vide *Plin. l.* 11. *c.* 30. Plura vero apud *Ionſton. Hiſtor. Nat. lib.* 2. *cap.* 1. & *Maiol. Dier. Canic. Colloq.* 5. a quo tanquam idea induſtrii hominis ipſa eruditiſſime proponitur *T.* 5. *Colloq.* 1. Videtur Formica tamen & avaritiæ indolem quandam exhibere; nec aliter ſenſiſſe *Horat. l.* 1. *Sat.* 1. cum ejus exemplo adverſus avaros uſus, de ipſa dixit:

Ore trahit quodcunque poteſt, atque addit acervo.

Nec aliter intellexiſſe videtur *Theocr. Idyl.* 17. Ptolomæum laudans;

Sed nec inutilibus tam regia dives abundat
Divitiis, quibus in capſas & avita repoſtis
Scrinia parcatur, nullum admittentibus uſum,
Ceu formicarum congeſtis nuper acervis.

(23) *Cuſpis*. Mentionem ipſius, quam non omnes diſtincte adnotant, facit *Jonſton. lib.* 2. *art.* 3. *In fine dorſi, ubi eſt alvi exitus, pinna quædam parva prominet*. Hæc ſane in acutum deſinit, ſed molliſſima omnino eſt.

(24) *Segmentis*. Sectionibus, quæ & *Inciſuræ* dicuntur, & *Anuli*. Inciſuræ, quod animalculi corpus quodammodo incidere videantur; quare *Plin. lib.* 11. *c.* 1. habet, *Inſecta appellata ab inciſuris, quæ nunc cervicum loco, nunc pedum atque alvi ſeparant membra, tenui modo fiſtula cohærentia*, &c. Anuli vero a circulari ſeu anulari forma, quam præſeferunt; quare ipſa animalia *anulata* etiam dicuntur, & a nonnullis *cincta*, ut videri poteſt apud Gloſſographos. In Bombycibus ſegmenta iſthæc impariſa numero eſſe ſolent, undecim nempe, quibus hinc capitis, inde caudæ extremitates adhærent; eodemque impari numero gaudere videntur Inſectorum omnium bruchi, prout repetitis obſervationibus hactenus percipere mihi datum. Bombyces autem cornua in capitibus geſtantes nec apud nos vidi unquam, neque aliis viſos noſtris hiſce in regionibus unquam reperi. Mentionem tamen faciunt SS. Patres *Ambroſius* & *Baſilius* Bombycis, tanquam vermis ſui initio cornuti, prout videre eſt apud *Majolum, To. ſupracit.*

(25) *Stigmatibus*. Duplicis generis ſtigmata ſeu maculæ in Bombycibus obſervantur; alia nempe ad ornatum, ad uſum, ut creditur, alia. Illa per totum corpus

Digitized by Google

Tergora ſigna notant. (26) Gemino micat ordine longo
Corpore turba pedum, camuro quos plurimus armat
Unco unguis, validoque ſagax munimine cornu,
Hinc ſeptem atque illinc, varia ſignante figura;
Tenuia ſex etenim, primo ceu brachia ventre
Exertant populi; reliqua aſt ſub mole locantur
Majores octo, atque ima his protenditur alvus.
Nec (27) color uſque idem populis; nam fuſca per ævum
Obducit primum non digno cortice fœtus
Mox mutanda cutis: Creſcentes (28) albida ſenſim
Lætior optato recreat lux tegmine, quosdam

Exci-

varie diſperſa conſpiciuntur; hæc autem certo numero ac loco in extremis inciſurarum partibus hinc & inde collocata ſunt, decem & octo numero, bina ſcilicet in ſingulis inciſuris, ſecundam & tertiam ſi excipias quæ iisdem carent. Patent ſtigmata ipſa eodem numero ac ſitu, non in Bombycibus ſolummodo, ſed & in erucis aliis, inſectisque ſimilibus; cumque ex ipſis per diligentiorem anatomen inſpectis quædam vaſorum propagines deducantur, quæ per univerſum animalculi corpus protenduntur, recte conjectavit inde diligentiſſimus *Malpighius*, eadem totidem trachearum orificia eſſe; e quibus pulmones deriventur, quæque externum aerem reſpirationi ac refrigerio maxime neceſſarium excipiant, ac totius corporis interioribus partibus elargiantur; adeo ut, juxta eundem Auctorem, *ſingula quæque pars etiam viſcerum derivatis pulmonibus gaudeat.*

(26) *Gemino*. Pedibus quatuordecim numero, ſeptem ſcilicet hinc & illinc, fulciuntur Bombyces. Duplicis generis pedes ipſi ſunt: Sex primi namque, ſeu tria prima paria, minora, & ad uſum quodammodo brachiorum, primo ſecundo ac tertio anulo ſubjecta, poſt caput ipſum ſtatim, ac ſub primi pectoris ſede ſita obſervantur. Quatuor reliqua paria, quæ & craſſiora ſunt & firmiora, ſub ſexto ſeptimo octavo ac nono collocata, ad præcipuum corporis fulcimentum, ejusdemque movendi adminiculum inſerviunt. Singuli pedes pluribus unguibus inſtruuntur, quæ quidem, ut adnotatum ſupra laudato *Malpighio*, ſunt ut plurimum *in ſingulo pede quadraginta*; eaque ex ſubſtantia valde ſolida, ceu cornea, vel oſſea; adeoque tenaciter quidquid apprehenderint detinentia, ut nonniſi difficillime, & ſæpe nonniſi cum læſione tenuis in brucho corii divelli inde poſſint.

(27) *Nec color* &c. Naſcentes Bombyces ſubobſcurum quendam colorem præferunt; album vero non multo poſt aſſumunt, quem uſque in ſenium tuentur; eſtque color ipſe albus eorundem ſanitatis optimæque habitudinis ſignum certiſſimum. Quocirca donec Bombyces candidi apparent, maxima noſtrates villici exultare fiducia ſolent, uberrimumque ſibi follium proventum ſpondere: Contra vero, cum ad flavum colorem vergere illi cœperint, ipſos dubio procul quapiam correptos ægritudine jure dubitant. Nonnulli quandoque tamen, pauci quidem, e Bombycibus occurrunt, qui nigricante ſeu ferrugineo corii colore per totum vitæ curriculum conſpiciuntur, prout & infra *n.* 29. dicetur. Hi prout obſervare datur, optimi generis, pravisque affectionibus minus obnoxii ſolent eſſe. Auctor eſt *Libavius*, ſpicei quoque ac citrini coloris Bombyces extare: Quidam etiam teſtatus eſt mihi, virides ſe nonnullos, necnon & roſeos vidiſſe. At per Euganeam conterminasque regiones, quod ſciam, præter albos ac nigellos modo dictos, cæteri omnes aut ignoti omnino ſunt, aut certe nullius uſus.

(28) *Albida*. Ita quidem in Bombycibus obſervatur. At non incongruum huic loco ſit, ut memoriæ prodam quod mihi ſuper Erucarum ſpecie quadam contigit obſervare, quas Pyri ſativæ foliis inſidentes anni præteriti menſe majo repertas ut

Digitized by Google

Excipe, quos dubio ſuffuſos lumine natos
Inſtituit natura parens, atque improba nigros
Eſſe jubet, (29) variosque pari de ſemine naſci.

Bom-

curarem collegi. Illæ quidam tunc temporis ſuis ex ovulis vix eruperant, ut ex minimo ipſarum corpuſculo conjectandum videbatur; eramtque coloris omnino nigri, dorſo nigris pariter pilis inſtrato, indeque aliquantulum aſpero. Poſt decem circiter dies, tenebricoſo illo decuſſo corio, viride elegantiſſimum exhibuerunt, varia quidem nigrorum ſtigmatum pictura, tum prope anulorum inciſuras ſupra dorſum, tum in lateribus & alibi excitatorum jucundiſſime varium. Tam ſubitam inſignemque coloris mutationem demiratus, ut ipſas diligentius alerem omnem operam dedi, quod ſemper quidem ejusdem Pyri foliis a me præſtitum: Ipſæque poſt octo circiter dies, quadam ſomni ſpecie, prout in Bombycibus obſervatur, apertiſſime exhibita, ſpoliis iterum depoſitis, nova inde aſſumpſerunt, eaque viridia ſane, aſt diverſimode punctata ac variegata. Præterquamquod etenim alio ſitu aliaque figura diſpoſita & locata ſtigmata viſebantur, nonnulla quoque cærulei coloris nigris admixta ſe ſe conſpicua reddiderunt. Quantum adnotare igitur potui, bis Erucis iſtis mutatus eſt color, poſt penultimum nempe atque ultimum ſomnum: Nec tamen affirmarim, non ex prioris ſomni tempore mutata iisdem pariter ſpolia fuiſſe, quamvis hoc mihi obſervare vel ex earumdem exigua mole, vel ex minus diligenti forſaſſe inſpectione adhibita contigerit; tam immanem ſiquidem mutationem ſuſpicatus quis fuiſſet? Spoliis ſuprema vice depoſitis, per dies octo circiter cibum ſumpſerunt, quibus transactis, Folliculorum conſtructioni operam dare viſæ ſunt. Erant autem folliculi ipſi figuræ ſubrotundæ, & pene ovalis, altera tamen parte aliquanto plus acuminata, & perforata, quæ ſtaminibus alioquin tam ſolicite diligenterque circumplexis muniebatur, ut nullum ibidem extantis oſtioli ſignum prorſus appareret, ad illius omnino ſimilitudinem, quem a brucho maximo nocturni Papilionis conſtrui infra *l. 3. n. 50.* adnotabitur. Noſtri autem magnitudo eadem fere eſt, ac qua bombycini donari ſolent. Ex folliculis tali modo conſtructis, ſub proxime elapſi veris finem, hoc eſt poſt octo circiter menſes, prodiere Papiliones ex nocturnorum pariter genere, elegantiſſime varieque depicti, ab eoque maximo, quem memoravimus modo, magnitudinem ſi excipias, parum diverſi. Non minus mirandam raramque coloris mutationem, ſed contra ex viridi in nigrum, obſervavit in erucæ cujusdam altera ſpecie *Goedartius*, de qua tradit ipſe, *L. de Inſect. n. 85.* quod *una nocte omnem ſuam viriditatem amiſit, totaque nigra evaſit.*

(29) *Variosque.* Inter miranda naturæ, divinæ ſcilicet omnipotentiæ opera, quæ obſervantibus objiciuntur, adnotanda merito venit ſeminum, non quoad genus quidem, ſed quoad ſpeciem degeneratio. Frequentiſſimam hanc, & in infinitum propemodum procedentem experimur quotidie pluribus in herbis, iis præſertim, *quæ flore placent*, ut verbis utar *Hiſt. Lugd. l. 7.* Ranunculo nempe, Anemone, Caryophyllo, Tulipa, Hiacyntho, ac ſimilibus aliis pluribus, ex quorum ſemine tanta prodeunt colorum varietate novi identidem flores, quantam ſpectare amœnioribus in hortis licet, in quibus pulcherrima, nova ſemper, nec antiquitus unquam viſa florum ſupellex, nonniſi ex repetita ſingulis annis ſeminum poſtione elicitur, & ad jucunditatem & miraculum ferme exhibetur. In aliis etiam non paucis varii generis herbis non ſemel ſpecificam obſervant mutationem Botanici, apud quos plantæ quædam appellari ſolent ex alterius ſemine degeneres, ut quilibet eorumdem libros volutans facile certior fiet. Facilius autem eas degenerare quæ ex earum ſemine proveniunt, quæ flores candidos ferunt, tum experientia conſtat, tum & obſervatum olim fuiſſe *Cluſio* teſtis eſt *J. Bauh. Hiſt. Plant. lib. 19.* Eadem degeneratio in pluribus

Digitized by Google

Bombyci non longa dies, (30) nec tertia pleno
Cynthia ſuſpicitur ſuccedere ſolibus axe:
Aſt brevior quamvis, magnis tamen eminet ætas
Laudibus, ac pulchro teritur perfuncta labore.
Exiguum nec ſperne animal. Non altior ullis
Cura Deum gregibus, cœlique potentia favit,
Quotve colunt ſylvas, aut quot vada cœrula verrunt,
Atque alto immenſi conduntur gurgite ponti,
Montanumve genus, latisve errantia campis
Armenta, aut levibus tranantes æthera pennis.
Jamque ſatos qua fronde greges, quo munere paſcas,
Protinus effari aggrediar. Sua pabula norunt,
Nec dubios petiere cibos: Non dira per agros
Exitia immiſcent avidi, morſuve maligno
Floresque ſegetesque urunt, longique labores
Temporis, ac multum expectata arbuſta colonis.
Hos neque fœcundis timeat (31) Mevania campis;
Nec qua flaventes Myſi mirantur ariſtas,
Gargarus irriguis revocet de collibus Idæ.
Tu quoque vitiferi cuſtos redimite Falerni,
Pampineo ſolers inimica examina (32) thyrſo

Terre-

tum quadrupedibus tum volatilibus paſſim occurrit, in quibus & color & magnitudo mutari ſæpe ſolent, ut in Canibus, Equis, Pullis Gallinaceis, Columbis, aliisque; cum e contrario tamen pluribus aliis in generibus animantium, licet non minori colorum varietate diſtinctis, tum color ipſe, tum omnes colorum varietates exactiſſime ſerventur, neque immutentur unquam, prout in tot aliis plantis, avibus, quadrupedibus &c. conſtantiſſime obſervandum occurrit. Degenerare igitur dicuntur & e Bombycibus nonnulli; ſiquidem inter ipſos, albos alioquin, nonnulli quandoque prodeunt ſubobſcuri coloris, qui ex eodem ſemine provenire communiter feruntur, ex quo & cæteri albo colore donati prodierunt. Mutationem hanc utique

Difficile eſt ratione docere, ac reddere verbis; prout cecinit olim *Lucret. l.* 5. ipſaque iis omnino rebus videtur accerſenda, quæ illi unipatent, qui *mundum tradidit diſputationi*. Hinc optimum *Sapient. c.* 9. dictum: *difficile æſtimamus quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt, invenimus cum labore; quæ autem in cœlis ſunt quis inveſtigabit?*

(30) *Nec tertia*, &c. Bombycum ætas, initio facto a tempore, quo ex ovulis prodeunt ad illud, quo, poſtquam e folliculis papilionum habitu prodierint, ſemina ad venturi anni prolem deponunt, duorum cum dimidio circiter menſium eſt, neque ad tertium completum unquam protendi ſolet.

(31) *Mevania*. Umbriæ civitas, ad Clitumnum fluvium, nunc *Bevagna*, feraciſſimo territorio Scriptoribus commendata. Nec pro minus celebribus habendi, qui mox recenſentur, Gargarus, & Falernus. Ille locus fuit in ſummitate montis Idæ in Troade, qua Myſiam ſpectat, frugum proventu, & aquarum ſcaturiginibus inſignis, unde, teſte *Macrobio, Saturn. l.* 5. proventus ipſe procedit. Hic in Italia Campaniæ tractus eſt, in quo colles vitibus conſiti, & vino generoſiſſimo apprime fœcundi prædicantur, eodem nomine gaudentes. Apud Auctores, Poetas præcipue, nulla frequentior occurrit mentio, quam ipſorum.

(32) *Thyrſo*. Thyrſus haſta fuit, Bacchi

Digitized by Google

Terrere, o Lenæe, ſaves: Tu diceris hoſpes
Propitius; tu genti adſtas, coramque ſecundo
Flumine perfundis, viresque animosque miniſtras;
Innocuamque tuis gaudes large addere terris.
Dat facilis menſas arbor, parcasque laceſſit
Unus (33) amor mori pecudes. Dat prandia morus,
Morus (34) Thysbæum quondam miſerata cruorem,
Dat cœnas pariter. Morum optat tenuior ætas,
Optant & validis jam viribus inclyta pubes,
Maturumque genus, labensque in fata ſenectus.

Nec

olim propria, in cujus ſummitate ferrea eminebat cuſpis, frondibus obvoluta, ut colligitur ex *Nonno Dionyſ. lib.9. & 14.* ex *Catull. Epithal.* aliisque Auctoribus. Erant autem frondes illæ non ex Hedera tantum cum ejusdem corymbis, ut ex *Nonno* citato conſtat, ſed & ex Vite cum pampinis, ut innuit *Ovid. Metam. lib.3.* Hac haſta fabulati ſunt Antiqui uſum fuiſſe Bacchum adverſus Indos, contra quos pugnaſſe dicitur, ac de ipſis victoriam retuliſſe. Ad ejusdem Numinis memoriam idcirco moris fuit ſemper in ſacrificiis, quæ Baccho fiebant, hujusmodi haſtam adhibere, quæ a Bacchantibus geſtabatur: Et quotieſcunque Bacchantium ſpecies aliqua exhibebatur, Thyrſi ſemper inter cætera uſus interveniebat. Hinc de Meſſalina Auguſta legimus apud *Tacit. Annal. l.* 11. cum Bacchantis ſpecie Vindemiæ ſimulachrum celebraret, Thyrſum ab ipſamet quoque geſtatum. *Urgeri præla*, inquit ille, *fluere lacus; & fœminæ pellibus accinctæ aſſultabant, ut ſacrificantes vel inſanientes Bacchæ. Ipſa crines fluxa, Thyrſum quatiens*, &c. Non diſſimilem ſcenam luſit Antonius Triumvir, referente *Velleio l.2. cum redimitus hederis, coronaque velatus aurea, ac Thyrſum tenens, cothurnisque ſuccinctus, curru, velut Liber Pater, vectus eſſet*, &c. Baccho autem ſacra vitis fuiſſe traditur, quod ipſe primus ad nos eandem invexiſſe credatur, ſi *Athenæo* fides; vel, ſecundum alios, quod primus vinum conficere docuerit. Cur vero & hedera eidem Numini dicata fuerit, unde appellatam ipſam Botanicis & Dionyſiam, & Nyſiam, & Bacchicam obſervamus, rationem affert Auctor citatus *Deipnos. l.*15. quod nempe *eorum, qui nimium bibiſſent caput vinciebant hederacea præcipue corona* &c. *quoniam ipſa refrigerat vitra odoris gravitatem*. Unde & *Levin. Lemn. Arb. Bibl.* tradit *quod ebrietati obſiſtat, ac diſcutiendis capitis doloribus ex temulentia contractis ſit accommoda*. Quinque aut ſex *hederæ acini ante poculorum certamen comeſti ebrietatem arcent*, ſcribit *J. Bauh. Hiſt. Plant. l.* 15. *c.* 8.

(33) *Unus amor mori*. Unicum Bombycum cibum vere & avide expetitum mori folia eſſe ſatis jam notum. Et quamvis nonnunquam, deficientibus moris, alia ipſis eſca exhibeatur, ut infra adnotabitur, nulla tamen gratior iisdem erit, quam ex dictis frondibus mori: Quare *Milius de Hort. Cult. l.*1.

Optanda eſt Morus in hortis,
Pabula quæ aurivomis gratiſſima vermibus edat.

(34) *Thysbæum*. Thysbis nimirum & Pyrami. Hi cum ſe invicem amarent, ſub moro arbore convenire ſolitos fuiſſe Poetis fictum. At vero, dum quodam die Thysbes puella propter viſam Leænam in ſylvam fugiſſet, feraque ipſa veſtem a virgine relictam ore cruento fœdaſſet, adveniens amaſius Pyramus virginem a leæna jam devoratam arbitratus, ibidem ſe ipſum occidit. Ex ſylva digreſſa inde Thysbes, viſo juvene mortuo, eodem ferro ſibi necem intulit, *quorum cruore* (Morus) *aſperſa albos ſuos fructus in ſanguineum convertit colorem*, ut inquit *Meurſ. Arbor. Sacr. lib.*1. *c.*20. Vide fabulam fuſe apud *Ovid. Metam. l.*4.

Digitized by Google

Nec tamen, exhibeas quondam si lenta (35) rosarum
Germina, respuerint, quasve altior exerit ulmus,
Quasve rubus tenero erumpentes palmite frondes.
Ast brevis hæc genti, si quid me judice credis,
Esca detur: Morum citius, morum improba quærit,
Congeneremque petit succum, carumque saporem.
Sunt gemmæ mori soboles: Insignior albis
Una scatet baccis, nigrantes altera præfert.
Hac illaque tui nullo discrimine fœtus
Gaudebunt, nigro nostris ast incola fructu;
Rarior est campis: Miseram, quo nescio fato,
Percellit ferale solum. (36) Felicius alba
Provenit Euganeis, pinguique innixa profundo
Tollitur, & gravibus cœlum ferit ardua ramis.
Una (37) nec est sexu morus. Quam plurima proles

Pen-

(35) *Rosarum Germina*. Solent mulieres nostræ ulmi, rosæ, rubique tenella folioła, de summis præsertim plantarum illarum ramulis prodeuntia Bombycibus apponere, quoties per immaturum tempus aliam vel causam Mori frondes adhuc omnino pręsto non fuerint. Nonnunquam siquidem contingit, ut enascantur Bombyces ipsi priusquam germinare cœperint mori arbores, quarum gemmæ erumpere non solent, *nisi ver stabile sit*, ut ex observatione patet, & adnotatum etiam *Levino Lemn. Arb. Bibl. c. 34.* atque ante ipsum *Plin. l. 16. c. 25.* scribenti; *Morus novissima urbanarum germinat, nec nisi exacto frigore; ob id dicta sapientissima arborum*. Prædicta vero ulmi, rubi, reliquarum plantarum folia a Bombycibus quidem non respuuntur: Ubi tamen liceat, moris semper uti præstat; aliarum frondium siquidem incertus est cibus, & quandoque noxius, prout adnotatum rite *Jo. Bauh. Hist. Plant. l. 1. cap. 63.* Quod autem refertur a quibusdam, teste *J. Cæs. Scalig. de subtil. exercitat. 158. Bombyces in Syria & Ægypto ficulnis ali frondibus*, id ægre crediderim; cum ejusmodi folia apud nos quibusdam tantum animaliculis ex Cimicum genere observemus grata esse, quæ ipsis insidere, & immensa ovulorum edita copia largissime solent propagari.

(36) *Felicius alba*. Contrarium innuere videtur *Vida* dum canit,

Quamvis Ausoniis Lauderur nigra puellis.

At morum albam & frequentius faciliusque provenire, & ejus frondes multo majori usu esse, non tantum apud Euganeos, sed & in aliis regionibus observatur, quod & ab Auctoribus passim traditur. *Dalech. Hist. Plant. l. 3. Abundat albis Italia ad alendos Bombyces.* Sic *Jo. Bauh. Hist. Plant. l. 1. c. 63. Alba ubique scatet in Italia, & etiam Hispania, ad alendos Bombyces tantum satæ.* Non aliter *Malpighius; In nostris finitimisque regionibus alba morus pro Bombycum alimonia usurpatur; nec nisi in summa inopia nigræ offeruntur folia*. Apud Euganeos quinimmo hæc non tantum vera sunt, sed & nigram difficillime provenire satis constat, ideoque & apud illos communiter raram esse. Et vix alibi sane, quam in nostra Venetiarum urbe, prout animadvertere licet, ad eam exsurgere solent nigræ mori proceritatem, propter quam Morus ipsa a Botanicis *celsa* nuncupatur, ut videre est apud *C. Bauh. Pin. l. 12.* adeo ut cum Platanis iis conferri mereatur, quas & Athenis & in Veliterno rure, alibique mensarum ac plurium convivarum capaces olim fuisse refert *Plin. Hist. Nat. l. 12. c. 1.*

(37) *Una nec est*, &c. Præcipua quidem Mororum apud Rei Herbariæ Scriptores divisio est in albas ac nigras, prout apud Botanicorum principes *Bauhinos* fratres, apud *Tournefortium*, & alios animadvertendum occurrit. Apud nostrates autem Geoponi-

Digitized by Google

Pendentique onerat felix vindemia bacca,
Auſonii dixere marem: Circumflua luxu
Quæcunque eſt ſterili, atque udæ multo aptior umbræ,
Nomine fœmineo gaudet. Tu reſpue primum
Hanc, Dis ſi placeat, quondam potiora daturam
Fercula, ſupremis merito ſepoſta diebus.
Diſce etiam, moneo, (multum hæc dignoſcere præſtat,
Nec te decipiam) varii nam fronde coloris
Induitur Thysbæa arbor; ſeu ſtirpis origo,
Seu (38) terræ ingenium valeat, cultusque frequenter
Additus, ac ſtirpes caſtigans cura coloni.

Eſt

cos, ex quibusdam minoribus notis, alia rurſus habetur albarum ipſarum diſtinctio, in mares videlicet & fœminas. *Plinius* quidem *l* 15. *c.*24. *mas ſit*, inquit, *an fœmina ſterilis* inter *Auctores non conſtat:* At noſtri mares illas appellare ſolent, quæ fructibus fœcundiores ſunt, fœminas autem, quæ fructu fere ſteriles, & ſtamineis tantum floribus inſtructiſſimæ, qui *Gattole* vulgo nuncupantur, cujus ſpeciei plurimę quidem ad foliorum ſolummodo uſum paſſim coluntur. Dignoſci autem hæ ferme ſolent ex ipſa foliorum figura, ex colore, aliisque notis; nam & ipſarum rami multum luxuriantur, & latiores plerunque & cordiformes præferunt frondes. Mares autem e contrario, ad maximam licet proceritatem excreſcant, in minus tamen latum gyrum ramos effundere plerunque ſolent; quin ſurſum potius ac recta tendunt, foliisque donari ſolent inciſis fere, &, ut Botanici appellare conſueverunt, *digitatis*, ſeu *palmatis;* quarum genere frondium quasdam e nigris in Belgio potiri teſtis eſt *Levin. Lemn.* loco alias relato, eſſe nempe *foliis in expanſæ manus modum*, *diſſectis*, *ficui non abſimilibus*. Rurſus apud *Tournef. col.*19. *ſect.* 4. mentio fit Mori *fructu nigro*, *minori*, *foliis eleganter laciniatis*. Hac quidem Mori ſpecie caremus omnino, nigrarumque noſtrarum, quæ maxima alioquin copia noſtra in hac Venetiarum urbe proveniunt, folia nunquam niſi cordata mihi contigit intueri. Mori fœminæ folia præterea pinguioris cujusdam, ac hebetioris laxiorisque ſucci ſunt, & ad quendam veluti ſubflavum colorem tendere nonnunquam ſolent; maris vero atro-virenti quinimmo ſuperficie gaudent, & quamvis ambitu minora ſint, ſucci tamen ſunt præſtantioris. Solent igitur Bombycum curatores moris fœminis non uti, niſi temporibus ſupremis; & quoties optio detur, mori maris folia exhibere ſemper ſtudent; ipſis ſiquidem meliorem animalibus hiſce nutritionem conferri experientia ſatis eſt exploratum. Et hæc ſane Mororum in mares fœminasque diviſio noſtrates tantum apud agricolas & geoponicos, ut ſuperius dictum, invaluit. Ceterum quælibet de ſexuum in plantis diſcrimine ſententia, quamvis apud veterum plurimos præcipuum locum obtinuerit, & nonnullis etiam inter recentiores arrideat, rejicienda tamen videtur, & ad fabellarum claſſem ableganda. Optimis namque Naturalis Hiſtoriæ ſtudioſis ad evidentiam jam pœne conſtat, fœminas vulgo putatas plantas maſculorum ſemine, quo florum earundem apices turgere bona fide creduntur, minime fœcundari; ſed quidquid variis in plantis, unius ad alteram appoſitione, contingere obſervatur, uti in Palmis, in Ficubus, & ſi quæ extant aliæ hujusmodi notæ in Ægypto præſertim & Græcia provenientia, id nonniſi minimorum Inſectorum fructus terebrantium opera præſtari, ex quo fit ut fructuum ipſorum, perturbato nutritii ſucci curſu, corruptio, indeque maturitas citius ſequatur.

(38) *Terræ ingenium*. Nullum dubium quin plantæ omnes ex terrarum, quibus creditæ fuerint, varietate variam quoque indolem, & quaſi naturam aliam ſortiantur. Quocirca optime *Macrob. Saturn. l.*5.

ait:

Digitized by Google

Eſt quæ ſplendenti viridantes cortice frondes,
Cara gregi dulcisque, refert: Aſt germine pallens
Flaventi ignavoque comas circumdata limbo
Altera deſpicitur, triſti namque imbuit eſca,
Et pecus emollit fallax, nimiumque madentes
Indigno infractas enervat flumine vires.
Laudo etiam (39) ſi qua eſt pungentibus horrida ramis
Sylveſtrique animo, nec palmite denſa fluenti,
Sed tenuis folioque minor, cui ſcinditur æquo
Ora ſinu, geminoque cava inſtat margine rima.
Hanc certus præfer lectiſſima pabula dantem.
Non ego ſat referam potiora ut ſtamina genti
Ingenerat, quantaque illam virtute tuetur.
Ergo edico ſtatim terris educere moros
Ne ceſſes patriis, potioresque addere ſtirpes,
Qua ſeptis propius ſecurior imminet arvis
Circumquaque domus, tibi promptæ ut copia frondis
Sint ſubito, facilesque dapes. Quam læta recenti
Accumbet menſæ pubes, atque improba mandet!
Ignavum ſuccide nemus, plantasque ſiniſtras
Devehe, nec vano ſuccreſcant vertice ſylvæ.
Non acer aut fagus, nigrisque (40) inviſa chelydris
Fraxinus, aut ſterilis placeant tibi germinis orni.
Populus hinc alta, hinc ulmi, lentisque recedant,

Vimi-

ait: *in arboribus etiam & frugibus, ad indolem vel detrectandam vel augendam, major plerunque vis & poteſtas eſt aquarum & terrarum, quæ alunt, quam ipſius quod jacitur ſeminis. Ac ſæpe videas lætam nitentemque arborem, ſi in locum alterum transferatur, ſucco terræ deterioris elanguiſſe.*

(39) *Si qua eſt*, &c. Species quædam mori albæ maris inter cæteras reperitur, quæ foliis minoribus eſt, & utrinque admodum emarginatis & cavis, ſive, ut ſupra n. 37. dictum, ad palmæ humanæ modum inciſis, & laciniatis; prætereaque ramulis quibusdam ceu mucronibus duriusculis & quaſi pungentibus refertis inſtructa. Hanc optimæ Bombycibus eſcæ loco ſemper habitam novi, cæterisque ſpeciebus a noſtratibus prælatam; perfectius enim ſericum exinde prodire communis opinio eſt.

(40) *Inviſa chelydris Fraxinus.* Inter illa, quæ ſerpentibus nocent Fraxini umbra recenſetur a *Plin. l.16. c.13.* Refert ſiquidem ipſe, ejus arboris frondes adeo inviſas iisdem eſſe, ut in ignem potius ſe ipſi projicere, quam per easdem tranſire velint. Non tantum vero contra Serpentes hæc arbor præſtare creditur, ſed & ex pluribus aliis muneribus ac prærogativis admodum commendatur, ſi fides habenda iis videtur, quæ leguntur præſertim apud *Schott. Ioceſer. Nat. & Art. Cent. 3.* referente *Vallemontio*, *Curioſit. ſuper Vegetat.* elegantiſſimo quidem, at cui cautius credatur, opere Gallico ſermone conſcripto. Cæterum ſerpentibus inimicum Galbanum etiam eſſe, ſuccum nempe in gummi modum e planta Ferula, quæ & Galbanifera idcirco Botanicis dici ſolet, in Syria expreſſum teſtatur *Plin.* idem *l.12. c.25.* Quocirca *Virg. Georg. l.4.* dictum:

Galbaneoque agitare graves nidore chelydros.

Digitized by Google

Viminibus ſalices, hinc (41) ſacræ Numine quercus
Chaonio, fructuque (42) nucis laudabile lignum.
Jamque age, præſtantes operi conſurgere moros
Unus amor, princepsque tibi coluiſſe voluptas;
Semine (43) ſeu poſito, ſeu pinguibus advena mavis
Surculus, atque alio raptus de ſtipite ramus
Succedant ſcrobibus: Creſcet felicius hoſpes,
Feſtinasque feret meſſes, & brachia tendet
Denſa comis, gregibusque pares largo ubere frondes.
At vero metare locum qua figere plantas
Lege velis, ſpatioque pari, ſeu tramite longo
Ad borean auſtrumque magis, ſeu limite quadro
In latera, atque omni cœlum regione tueri.

Aſt

(41) *Sacræ n. quercus*. Quercus Jovi ſacra arbor fuit apud antiquos, prout ex innumeris Auctoribus liquet: Unde inter cæteros inquit *Virgil. Ecl. 7.*

Sacra reſonant examina quercu.

& clarius *Georg. lib. 3.*

Sicubi magna Jovis antiquo robore quercus.

Hinc celebratiſſimum olim Dodonæum nemus, in Chaonia Epiri regione, quod totum quercubus conſitum erat, Jovi ſacrum, ubi & ejusdem Numinis delubrum Oraculo clarum extabat; immo arbores ipſæ loquaces eſſe, & reſponſum dare ſolitæ dicebantur. De ipſis idem *Virgil. Georg. lib. 2.*

Habitæ Graiis oracula quercus.

De inſignibus miræ craſſitudinis & proceritatis quercubus videatur *Hiſt. Lugd. l. 1.*

(42) *Nucis laudabile lignum*. Juglandis Nucis intellige, prout Latinis nucis nomine indicari conſuevit, ut notat *J. Bauh. Hiſt. Plant. l. 3. c. 1.* Arbor hæc, ut notum omnibus, non ad immanem modo proceritatem creſcit, ſed & tam late ramos diffundit, ut immenſum occupet ſpatium, ingentique inde umbra vicinis arboribus infeſtam quodammodo ſe præbeat, longioribusque radicibus proximum omnem terræ ſuccum abſorbeat. Quapropter odium illud, quod ex inani antipathiæ ſententia inter Nucem ac Quercum intercedere legitur, tum apud *Plin. l. 24. c. 1.* tum apud Botanicorum alios, exinde naſci dicendum, quod Nux ipſa & maxima umbra ſua & Quercui & aliis arboribus ſibi proximis noceat, & longius productis radicibus alimentum cæteris etiam neceſſarium in ſui unius uſum trahat, & convertat, jejunas plantas alias relinquens. Cæterum Nucis Juglandis fructus laudabilis dici poſſe nobis videtur, quod ſit, teſte *Varrone, de Ling. Lat. l. 4. glans optima, & maxima, ab Jove & glande Juglans appellata*, quaſi glans ac fructus Jovis, ſeu Jove dignus. Non aliter apud *Macrob. Saturn. l. 3.* dicitur; ex eo nempe quod *id arboris genus nuces habet, quæ ſunt ſuaviore ſapore*, &c. quæ plura vide apud eundem. In nuptiis etiam antiquorum commendatiſſimi fuere Nucis fructus, teſte *Plin. l. 15. c. 22. honor his naturæ peculiaris gemino protectis operimento; pulvinar primum calycis, mox lignei putaminis; quæ cauſa eas nuptiis fecit eſſe religioſas, tot modis fœtu munito, quod eſt veriſimilius, quam quia canendo tripudium ſonumque faciant:* Hoc eſt ne puellæ virginitatem amittentis vox audiatur, ut Criticorum plerique conjectant, atque interpretantur. Videri poſſunt *Scalig. ad Catull. Carm. 2. Pontan. ad Virgil. Ecl. 8. Alex. ab Alex. Genial. Dier. l. 2. c. 5. Anton. Hotman. de Vet. Ritu Nupt.* & alii.

(43) *Semine ſeu poſito*. Moros arbores talea plantari ſolere innuere videtur *Plin. Hiſt. Nat. l. 17. cap. 17.* Aſt ſemine quoque provenire experientia docet. Verum illud quidem eſt, ex Geoponicorum præceptis, non parum præſtare ſi plantentur ipſæ *a talea, & clava; nam ex ſemine nata degenerant*, juxta *J. Bauh. Hiſt. Plant. l. 1. c. 63.*

Digitized by Google

Aſt teneras primum cave ne vel ſaxa maligna,
Ingeniumve loci durum, ac telluris iniquæ
Difficiles urant glebæ, indignamque miniſtrent
Stirpibus, ac triſtem bibulis radicibus eſcam.
Irriguis (44) mori gaudent: Subtermeat imas
Uda vias radix, epotaque flumina lætos
In ramos frondesque vocat. Nec ſegnius arbos
Decumbat cuicunque ſolo, dubioque tabeſcens
Hæreſcat campo; duris nam terra lacertis
Sæpius, atque unco multum ſubigenda ligone eſt.
Sentiat ipſa diem, (45) fœcundumque hauriat alte
Aera, & admiſſi ſcrutentur viſcera ſoles.

Qua-

ex *Pallad. l. 3. tit.* 25. Præterquamquod, prout *Virgil. Georg. l.* 2. cecinit,

Quæ ſeminibus ſe ſuſtulit arbos
Tarda venit, ſeris factura nepotibus umbram.

Pulchriores omnino tamen inſitione comparari moros ſatis uſu compertum eſt.

(44) *Irriguis.* Ait ſiquidem *Palladius*, loco ſupracitato, quod Mori amant *loca plerunque maritima*. Hinc opinor eſſe quod in noſtra Venetiarum urbe ad tam ingentem altitudinem attollantur: Neque enim, licet arbores ipſæ radices profundius egerint, quo ſane quotidianum marinæ aquæ incrementum pervenit, humor ille, qui per easdem radices excipitur, ullo modo ipſis nocere animadvertitur. Quod quidem ex eo contingere opinari ſubit, quod cum per terræ meatus & poros aſcendant aquæ, in illa ceu filtratione quadam multum ſalinarum acriorumque particularum deperdant, inter ipſos terræ poros ſecretum, ac depoſitum. Ulterius etenim obſervatur, quod ſi maris aqua altius excreſcens deſuper noſtros hoſce hortos invadat, atque in ipſis decumbat, herbæ tunc plantæque ſimiles minores, quarum radices parum ſub terra conditæ ſunt, omnes fere enecantur, craſſiores autem arbores, ſolo altius defixæ nulla pene noxa afſici videntur; quoties autem aqua eadem ſubtus permeet & aſcendat, quod frequentiſſime contingit, in Noviluniis præſertim ac Pleniluniis, ac Solſtitiorum maxime temporibus, in quibus vehementior maris curſus, indeque & majus ejusdem in fluxu incrementum, & in refluxu a ſolito termino major receſſio fit, tunc ſane temporis nec arbores nec herbæ pereunt, nonniſi quia, prout videtur, antequam ad utrarumque radices aqua perveniat, non brevi itinere per terræ viſcera percolata, inertior ipſa invadat.

(45) *Fœcundum h. e. Aera.* Aeris nomine craſſiorem illam humilioremque ejusdem portionem hic intellige, quæ atmoſphæram conſtituit. Nullum autem dubium, quin ejusmodi aer, cum humidis craſſis nitroſisque præſertim particulis conſtet, multum fœcundandæ terræ conferat, proindeque plantis bene nutriendis. Quocirca ſeminum vegetationi nitrum admodum utile eſſe notum ſemper fuit: Unde *Virgil. Georg. lib.* 1.

Semina vidi equidem multos medicare ſerentes,
Et nitro prius & nigra perfundere amurca.

Quod adnotatum animadverto ex *Cl. Ramazzino*, *Ephem. Barom.* ubi docet, nihil eſſe, *quod majorem terræ fœcunditatem & ſeminibus robur largiatur, quam nitrum.* Hinc ſpiritus ille nitro-aereus Philoſophis prædicatus, qui de utilitate ipſius ac præſtantia plurima protulerunt, ut videri poteſt apud *Jo. Mayow*, ſpeciali ſuper hoc tractatu. Ex hoc pariter eſt, quod *Columel. l. 3. c.* 12. tradit, *perdenſam humum cœleſtes aquas non ſorbere, nec facile perflari.* Et *Pallad. l.* 1. *tit.* 5. terram fœcundam illam eſſe docet, quæ *corporis rari aliquatenus atque reſoluti eſt*; nonniſi ſcilicet quia, &

Digitized by Google

Quaque ſedet jejuna virum fruſtrata labores
Glarea, quave tenax miſeros impervia caules
Strangulat argilla, & ſtirpes non victa repellit,
Plurima (46) jam putris veterique uligine fœta
Importanda locis terra eſt, rurſumque per annos
Ignavo immiſcenda ſolo. Labor improbus urget
Naturam, vitiumque domat. Tunc inſcia mores
Exuet antiquos, ac lætior ubere tellus
Spem dabit ingentem, ac tantum ſe poſſe ſtupebit.
Ocyus hinc dives pretio lætabere magni,
Macte, operis; nam fulta loco ſtabit ardua circum,
Spectatumque caput tollet ſuper æthera Morus;
Pubentesque comas late ramosque feraces
Pandet, & æſtivis jucundas ſolibus umbras.
Fac pariter, facilem dum fert primæva juventam,
Ne temere creſcat, gracilisve, aut vertice curvo,
Teve indignorum fallat turbata maligno
Ramorum plexu, vili ſeu prole parentem
Inſideant ſtirpes, atque agmina vana ſtolonum;
Sed qua lege jubes ſurgens adoleſcere diſcat.
Ergo aptare ſudes firmoque pedamine vallos
Admoneo teneris, recto ut conſurgere trunco
Aſſueſcant, ſolemque pati, ac faſtigia cœlo
Tendere, & adverſas non formidare procellas.

Atque

denſiorem terram difficilius pervadit, & raram ac reſolutam facilius permeat ſpiritus ille fœcundans, de quo modo dictum. Plantis ipſis externum aerem neceſſarium eſſe obſervavit accuratiſſimus *Malpighius*, *Anat. Plant. idea*; cum eodem ipſas abundare manifeſte pateat, pluribusque meatibus ac fiſtulis ad eundem per radices hauriendum inſtructas eſſe. Docet idcirco laudatus Auctor, *beneficio aeris plantas ſurſum erigi in germinatione, tales conſervari in augmento, & vitæ proceſſu; ſuccorum pariter aſcenſum & fermentationem facilitari*, &c. Quibus omnibus addi poteſt, ab aere ſales ipſos, ſeu ſpiritus nitroſos in nutritio plantarum ſucco contentos ſolvi, atque ita actuari, qui alioquin non agerent niſi ſoluti, ut Chimicorum conſtans principium videtur eſſe. Aeris viam in plantis elegantiſſime deſcribit Botanicus ac Poeta pariter egregius *P. Franciſcus Eualius Savaſtanus S. J. Botanic. lib.* 1.

Latet illa ſub altis,
Plurima quas trachea ſecat, radicibus. Auris
Certior hic aditus diducta per oſcula ſucco.
Hac ſe ſe immixtus non ſegnior ingerit aer;
Tracheasque replet, ſtirpemque invadit in omnem.

(46) *Jam putris*. Gaudent mori *ſtercore*, & *foſſione*, prout ſcribunt *Jo. Bauh.* & *Dalechamp.* ex *Palladio*. Addit ille; *Morus ſi tardius folia producat pro Bombycum alimento, Novilunio ſimum radicibus ejus exhibeatur*, &c. Quod tamen inter illa bonæ fidei monita recenſendum judico, quæ non raro, apud veteres præſertim, occurrunt obſervanda.

Digitized by Google

Atque ubi jam prima incipiant revireſcere ſylva
Scindere ne trepida, incauto ſi qui ordine rami
Prodierint, curvaque illos compeſcere falce.
Quinetiam, qua nuda latus, nondumque bicorni
Finditur in ramos alternaque brachia trunco,
(Nec te creſcentis pietas avertat) in ipſam
Irrue non apto fluitantem pondere Morum,
Transverſamque (47) ſeca; atque omnes evertere ferro
Invalidos aude, decuſſo vertice, ramos.
Illa quidem ſqualet, primumque ignobilis arvis
Deſpicitur truncus; ſed mox interrita fato
Pulchrior inſurgit, robuſtosque exerit artus,
Ingentem renovata comam, renovata juventam:
Compulſus namque enſe latex, juſſusque reverti,
Funditur in latera, & vires vitalia circum
Largior ingeminat. (48) Turget radicibus arbos,

Irri-

(47) *Transverſamque ſeca.* Moris hoc geoponicis eſſe ſolet, ut non modo ramos nimium luxuriantes, ſed & ipſum novæ tenellæque plantæ caulicem transverſa cædant, quibusdam tantum in inferiori parte relictis gemmis, de quibus inde rami validiores erumpant: Hoc ſiquidem modo caudex ipſe firmior, ac ſolidior exſurgit, & præſtantioribus ad fructus ferendos ramis inſtruitur. Quocirca *J. Cæſar. Scaligero, de ſubtil. Exercit.* 271. dictum, *Craſſeſcunt arbores decacuminatæ;* & ibidem, *accretio in longum aufert craſſitudinem.* Quotidiano ſane uſu recentiores noſtri hortorum cultores hoc experiuntur, qui plantis nova quadam methodo ad ipſorum hortorum delitias & luxum tondendis atque educandis diligentiorem operam navare ſolent.

(48) *Turget r. arbos.* Alimentum pro nutritione plantarum e terra per radices in totas ipſas plantas derivari extra omne dubium jam eſt. Conſulatur ſæpius mihi laudatus laudandusque *Malpigh. Diſſert. de Radic. Plant.* cujus doctrinæ ſumma eſt, *radices plantis datas eſſe, ut ipſarum præcipua portio ſub terra condita alimentum ſibi adſciſcat, & in aliquibus diu præparatum conſervet pro germinatione.* Eadem & in tractatu de *Anat. Plant.* docet, ubi plurimarum fiſtularum, aliorumque ſuculentorum vaſorum, pro varia plantarum indole, habitum exactiſſime deſcribit, adeoque clare atque ex veritate repræſentat, ut quæcunque ſuper hac re docet ipſe & libenti animo & ſecure omnino ab omnibus naturalium rerum ſtudioſis excipi poſſint. Concinit merito iterum allegandus *Savaſtanus:*

Nunc flecte acies, fibrasque cavatas,
Queis cortex lignumque pari munimine præſtat,
Contemplare. Vehit lignoſa hæc fiſtula lymphas:
Hinc dictus lymphæ ductus, qua limpidus humor
Inſilit, herbarumque ſinus pura irrigat unda.

Nutritium vero plantarum ſuccum non ex ſolo aqueo humore procedere docent optimi ex Philoſophis, ſed tum ex nitro, de quo ſupra *num.* 45. tum ex ſulphureis, mercurialibus, bituminoſis, vitriolicis, aliisque metallicis particulis, quibus terræ viſcera ſcatent, conſtare, ex iisque pinguiorem fieri. Has autem omnes particulas ſatis probabile eſt aqua ſolutas aptiores fieri ad ſe elevandas, ut intra radicularum tubulos excipiantur, & ad plantæ univerſæ nutritionem aſcendant.

Digitized by Google

Irriguasque (49) bibit lymphas, ac mole ſua ſtat.
Deſpicietque Notos illinc, largasque refundet
Innumeræ meſſes, & pinguia pabula genti.
Nunc docuiſſe locus, domino quæ cura legendis
Frondibus, & Moros pecudi proferre valentes,
Ac reparare dapes. Non hic quibus otia cordi
Ignava, aut qui degeneri vertigine lapſent;
Sed vigil atque agilis tibi ſint ac (50) dura juventus,
Urentes perferre dies non ſegnis, & audax
Inſtare arboribus, ſummumque putare cacumen.
Eurusque Boreasque ruant, aterque procellas
Miſceat, ac diris reboet fragoribus æther,
Illa tamen patiens quaſsatam ſcandere ſylvam
Geſtiat, ac lentis certet non cedere ramis.
Hinc tu, vimineis collecta meſſe caniſtris,
Sparge recumbentes populos, atque obrue fronde.
Nec mora: Jam pernix (viſu mirabile!) pubes
Admotos ſentire cibos, lectisque cieri
Certatim, inque vicem rapta concurrere menſa;
Nam dire quatit ora fames. Vix omnia cernis
Arbore ſtrata tegi, aggeſtaque virescere moro,
Ocyus abſumptas epulas, tenuesque tueris

Reli-

(49) *Bibit lymphas.* Plantas per intraſumptionem juxta vulgarem dicendi modum diſtendi & creſcere extra omne dubium eſſe jam videtur. Quomodo autem ipſæ nutriantur, & *alimentum radices ſubingrediatur, meos adhuc ſenſus fallit*, inquit peritiſſimus alioquin *Malpighius*. Sunt ſane qui nutritii ſucci per univerſum plantarum corpus progreſſum non aliter contingere opinentur, ac contingat aquæ alteriusve liquoris per laneum lineumve pannum ad ſuperiores partes aſcenſus. Nam ſi panni ejusdem extremitatum altera in pelvim ſit immerſa, in quo liquor aliquis contineatur, liquor ipſe paulatim ad oppoſitam panni ipſius extremitatem provehi obſervatur. Alii alio modo jam dicti nutritii ſucci aſcenſum & progreſſionem per plantas explicant. Quæcunque tamen ratio progreſſionis ejusdem reddi poſſit, eam tamen ab omnibus plus minusve in aerem refundi adnotare facile eſt; & jure quidem, cum nil probabilius videatur, quam plantarum nutritionem ab eodem tum externo tum interno maxime promoveri. Hoc autem ea fieri lege credendum, ut externus aer calore ſolis permotus ac dilatatus vim elaſticam, qua pollet, exerens, nutritium ſuccum in ipſas radicum fiſtulas propellat, interior autem pariter expanſus lignoſas comprimens fibras, impulſum ab externo aere ſuccum ſurſum inde trudat; hocque ſucceſſive per totos plantarum tubulos peragatur, invicem ſibi interno externoque aere opitulantibus, talique ordine atque ſtructura diſpoſitis meatibus, ut anteriori progreſſioni aptiſſimæ viæ parentur, & ſuccus idem, dum progreſſionem ipſam molitur, relabi nequeat, neque ad imam partem reverti, niſi aſcenſione ac circulatione tota peracta, propriis inde ad deſcenſum viis ac fiſtulis diſpoſitis, atque aptatis.

(50) *Dura juventus.* Docet *Palladius, l. 1. tit. 6. in rebus agreſtibus maxime officia juvenum congruunt, imperia ſeniorum.*

Digitized by Google

Reliquias, nudosque aula decreſcere truncos.
Tanta gregi ingluvies. Sed tu lætare voraci,
Si tibi Dj talem dederint. Juvat, eja, comantes
Sæpius oppleto tondere examine ramos,
Adque altas iterum atque iterum procurrere ſylvas:
Præmia quippe tuos æquabunt magna labores,
Læta expectatas dum condent horrea meſſes.
Tunc fallunt pecudes, tunc ſpes fruſtrantur heriles,
Languida (51) cum veſcas vix prenſat bucula frondes,
Et plenis ſuperant ſordentia pabula menſis.
Aſt ne decipiat cuſtos te ſegnis, & æqua
Fercula ne deſint, ſi quando ſcandere ſylvam
Non ſinat aut ſubito commiſſus flamine turbo,
Præcipitive diu nubes pallentior imbre,
Craſtina ſint cordi; prudensque recondere larga
Perge manu, lectisque alias ſuperaddere frondes,
Inque ſecuturas Morum ſeponere luces.
Hanc nitido committe ſolo, cautusque tuere
Limine præcluſo; namque hædi agnique petulci,
Setigerique ſues, ſoboles turpiſſima, dire
Inſultant avida dulcis prurigine baccæ,
Indignisque terunt pedibus: Fœda ungula menſas
Conſpurcat, pravoque toros perſtringit odore.
Nec ſuperimmineant ſoles, ne læſa potenti
Sydere deficiat, ſuctoque humore fatiſcat.
Neve illam agglomera, lato ſed divide campo,
Altius irriguas ut laxior ebibat auras:
Nam ſe ſe congeſta premit, compreſſaque fervet,
Ac ſudat, triſtique humens aſpergine manat,
Supremo non apta operi, gregibusque neganda;
Mollia namque atro fœdans præcordia tabo
Solvit; (52) & adverſis, heu! disjcit agmina fatis.

Aſt

(51) *Languida*, &c. Bombycum curatoribus nihil triſtioris omnis loco eſſe ſolet, quam ſi eosdem advertant modicam appoſitarum frondium portionem abſumere; inde quippe conjiciunt, morbo aliquo ipſos jam laborare, aut jam jam laboraturos, cum ægrotantibus cujuſcunque generis animalibus naturalis fere ſit nauſea ciborum. Contra vero lætantur ipſi maxime ſi voraciſſimos eosdem viderint, qui uberrimam foliorum copiam brevi temporis ſpatio derodant; quod jucundiſſimo ſane ſpectaculo intueri datur, quoties animalia ipſa plena viribus & integra fuerint valetudine.

(52) *Solvit*. Mori folia, quæ in diem proximum reconduntur, ſi non rite aſſervata fuerint, ſed acervatim congeſta, æſtuant, & quodam veluti ſudore madent; ex quo arguitur, nutritium ipſorum ſuccum propter quandam ebullitionem commotum atque inverſum, non parum exin-

Digitized by Google

Aſt te ſepoſitis jam certum frondibus olim
Læta quies, ſeriesque operum tranquilla tenebit;
Nec trepidus quidquam volves, dulcique ſopore
Perfundes oculos, ac membra oblita laborum.
Dein matutinus ſurges cum blanda quadrigas
Laxavit roſeas Aurora, ac ſydera cœlo
Depulit, & (53) croceo promiſit lumine Phœbum:
Solicitusque urgebis opus, famulosque ciebis.
Afferat heſternas pars frondes, dividat illa
Annonam populis, & fercula rite miniſtret.
Hæc iterum nemus, ac moros audacior altas
Inſiliat, tonſisque legat nova pabula ramis;
Quæ (54) rurſum exhibeas pecori, cum lucidus orbe
Præcipitet medio Titan, jamque æquore pronus
Geſtiat Heſperio rapidos laviſſe jugales.
Venturis (55) ſtatio populis aptanda memento,
Ut neque ſol medius longo ferventior igne

In-

de depravatum ex eorundem foliorum poris emicare. Quocirca, ſi tunc folia ipſa Bombycibus apponantur, alvus iisdem procul dubio ſolvitur, macies inducitur, & triſtis omnino exitus imminet. Amant ſiquidem animalia noſtra, experientia docente, cibum mollem quidem ac tenellum, ſed qui ſucci ſit firmioris, nec multum laxi. Inde eſt quod, ſi lactuca aut alia quapiam naturæ conſimilis alantur herba, intereunt, prout adnotavit *Jo. Bauh. n.* 35. ſupra relatus. Diligenter idcirco folia condenda ſunt; late ſcilicet ſupra ſolum nitidum effundenda; arcendus item eſt ſol, admittendus autem mediocriter aer; cavendumque præcipue, ne fœdorum animalium pedibus, & pravis halitibus inquinentur. *Vida* quidem *l.* 1. vetat in craſtinum aſſervari folia, quoniam

Dulcis ſucci corrumpitur aura;
Et ſapor ingratus ſubit, atque inamabilis hauſtu.

At contra hoc ſtat ſane uſus; certumque eſt, folia, ſi bene cuſtodiantur, non modo non corrumpi, ſed aptiſſima eſſe non modo pro altera, ſed & pro tertia die, quæ ad eſcam exhibeantur. Ex eodemque uſu ſatis patet, multum conferre ſi parata aſſerventur folia; cum ſæpe contingat, ipſa nequaquam ſeu ex ventis, ſeu ex pluvia ſupervenientibus, ſemper recens collecta Bombycibus præberi poſſe.

(53) *Croceo.* Vere croceus eſt lucis illius color, quæ ſub Auroræ tempus conſpicitur, ex rubro nimirum flavoque mixtus, qualis communioris croci color eſt. Quare *Virgil. Georg. l.* 1. cecinit

Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Et *Ovid. de Arte am. l.* 3.

Croceo velatur amictu
Roſcida luciferos cum Dea jungit equos.

(54) *Rurſum exhibeas.* Apud noſtrates communiter in uſu eſt, ut quousque Bombyces ad mediam circiter ætatem non pervenerint, iis nonniſi bis in die pabulum apponatur; prima nempe vice matutino tempore, altera veſpertino. Creſcentibus autem ipſorum corpuſculis, tunc etiam ter, pro animalium eorundem voracitate, frondes exhiberi ſolent; poſtremis autem diebus etiam quater. Tunc ſane immani Bombyces torquentur fame, atque avidiſſime quæcunque appoſita depaſcuntur. Plura dicentur *l.* 2. *n.* 22.

(55) *Statio.* Locus Bombycibus educandis eligendus is eſt, qui neque totus ad Meridiem, neque totus pateat ad Septentrionem, ſed conſtitutus ita ſit, ut utrunque, ſi fieri poſſit, reſpiciat plagam, ut calore apto ab illa, ab hac vero apta pariter

Digitized by Google

Inſtet; & immites incumbens excitet æſtus,
Tota neque in Borean, & (56) non merſas fluctibus Arctos,
Non viſura diem, pateat, ventisque geluque
Horrida; ſed gemini proſpectet limina cœli,
Et brumam pariter ſolemque admittat, utroque
Axe valens, felixque pari contermina ſorte.
Hic tibi propitium prætenſa foramina flamen
Admittant, ſpatioque apto diſpone feneſtras
Adverſas in ſe hinc illincque, & cratibus intro
Vallatas vitreis, almæ quas flamma diei
Vitalisque ultro pervadant gaudia lucis.
Eduram at laricem, (57) pinumve, aut abiete ſecta

Com-

ter refrigeratione perfundi poſſit. Habeat autem, & ſi poſſibile eſt, etiam ad reliquas cœli plagas, Ortum nempe, & Occaſum oſtia vergentia, ut parte ex qualibet ingrediantur venti, atque ex adverſo exeant ad placitum curatoris. Aeri ſiquidem, ut ſaluberior ſit, debet eſſe patentior locus, ne forte diutius incluſus ac detentus vitium patiatur. Præſtabit idcirco feneſtras ſibi mutuo oppoſitas excitare, ut qui per unam admittitur ventus, per eam, quæ ex adverſo pateat, digrediatur, nec multum in cubiculo ſubſidat. Feneſtræ autem muniendæ ſunt in eius vitreis cratibus de more, exterius vero firmioribus tabulatis, ex abiete, larice, pinuve, quæ pro præſtantiori utique habenda eſt, prout inferius n. 57. adnotabitur; quibus omnibus pluviæ, grandines, ventorumque impetus repellantur, ne delicatulis animalibus noxam inferant.

(56) *Non merſas ſ. Arctos.* Æquore non mergi a Poetis ſigna illa dicuntur, quæ non longe a Polo conſtitura, propter ejusdem elevationem reſpectu noſtri non occidunt, ſed orbita ſemper conſpicua volvuntur; quo ſenſu ab *Ovid. Triſt. l. 3. Eleg. 10.* dictum,

Suppoſitum ſtellis nunquam tangentibus æquor.

Contra vero mergi cenſentur, quæ ſub hæmiſpherio noſtro conduntur, mergi idcirco dicta, quod in mare ipſum decumbere creditum olim fuerit. Ex iis autem ſignis, quæ nobis non merguntur, ſunt geminæ Arctos, de quibus cecinit *Virgil. Georg. l. 1.*

Arctos Oceani metuentes æquore tingi.

Hæc latino vocabulo Urſæ, ut ſciunt omnes, nominantur, quarum altera minor Urſa, ſeu Plauſtrum minus vocitatur, ſeptem ſtellis inſignis, quarum præcipua caudæ extremitatem occupans *Cynoſura* dicta, vulgo nunc *Tramontana*; altera vero Urſa major, ſeu Plauſtrum majus nominatur, viginti ſeptem circiter ſtellis inſtructa, quarum celebriores ſeptem illæ ſunt, quæ *Septem Triones* appellantur, quandam Plauſtri figuram reddentes. De utraque *Manil. l. 1.*

Majoremque Helice major diſcriminat axem, &c.

Anguſto Cynoſura brevis torquetur in orbe.

De hiſce quæ olim conficta fuerint, videre obvium eſt apud Mythologos.

(57) *Pinumve.* Speciem illam Pinus hic intellige, quæ *Pinus ſylveſtris montana tertia C. B. Pin.* & *Pinus, cui officulæ fragili putamine, ſive Cembro ſo. Bauh.* appellatur. Et ſane *Cembro*, communiusque *Cirmolo* apud nos dicitur; quod adnotavit etiam *Matthiol. in Dioſcor. l. 1. c. 71.* Ideo in *Hiſt. Lugd. lib. 1. c. 12.* vocatur Pinus hæc *Teda arbor, Cembro Italorum*; ubi tamen adnotandum videtur, minus appoſite forteſſe arborem hanc Tedam dici; nam, ut inquit *Bellonius, Lib. de arbor. conif. nullam eſſe arborem, quæ peculiari nomine Teda vocetur, Theophraſti auctoritate freſus & Dioſcoridis affirmare auſim: Nam Teda pinguior Piceæ tantum pars eſt.* Immo, juxta laudatum *Bellonium*, omnium *coniferarum arborum*

Digitized by Google

Compages ſuſpende foras; brumamque nivalem
Hinc ſiſtant hyemesque, illinc & temporis æſtus;
Prohibeantque feros tabulata impervia ventos.
Teque precor, magni blanda o Regina Tonantis
Et ſoror & conjux (58) Juno, teque, Æole, cœli
Aura-

materia, *ob vitium pinguior facta* (*ſi modo fiat*) *Tedæ nomine vocari poteſt*. Optimæ autem notæ multoque conſimilibus præſtantiores ad feneſtrarum tabulata conſtruenda ex hac Pinus ſpecie aſſeres eſſe experientia patet, quippe qui cum reſina plurima ſcateant, tum adverſus pluviarum vim, tum contra ſolis æſtus validius etiam ac ſecurius ſunt muniti: Quare & diutius durant, & recta conſiſtere ſolent, neque in obliquum curvari, multo plus ac abiegni aut laricei, qui tamen pro firmiſſimis communiter reputantur. Non immerito igitur arboris hujuſce ſubſtantiæ æternitatis jura tribui poſſent, quæ Cedro magnæ ſeu Libani tributa olim fuiſſe videre eſt apud *Volaterr. Commens. Urban. l.* 26. & apud *Cel. Calcagn.* ſpeciali Diſſertatione *de Citro*, *Cedro*, & *Citrio*. Et plura quidem, quæ de Cedro Libani ac de Pinu noſtra obſervantur ac dicuntur ita conveniunt, ut una eademque planta ipſæ pene eredi poſſent, niſi pro certo ſciremus, ex Botanicorum, *Cl. Tournefortii* præſertim auctoritate, Libani Cedrum Laricibus eſſe adjudicandam, ita ut, juxta ipſum Auctorem *Inſtit. R. Herb. Cl.* XIX. *Sect.* III. *Gen.* III. dici debeat *Larix Orientalis*, *fructu rotundiore*, *obtuſo*. Subit hic autem adnotare, Laricis ſpeciem hanc, quam Cedrum eſſe dicimus, folia hyeme decidua non præſeferre, contra ac in aliis Laricibus obſervatur, quibus ſolis ferme inter coniferas plantas hyberno tempore folia decidunt. Hinc anſam perperam ſumptam video a *J. Bauh. Hiſt. Plant. l.* 9. *c.* 15. arguendi *Melchiorem Guilandinum*, quod *Epiſt. ad Stanislaum Roſarium* Cedrum magnam ſeu Libani inter Larices repoſuerit. At vero tunc temporis *Bauhinus* ipſe ejusdemque aſſeclæ, nulla ad dignoſcendas plantas methodo uſi, non parum cœcutire viſi ſunt, cum non adverterent, verum plantarum characterem non ex foliis, aut conſimilibus aliis notis educendum, ſed ex flore fructuque ſimul inſpectis, atque invicem collatis, prout ſuperius laudatus *Tournefort.* tanta Botanicæ facultatis felicitate nos tandem edocuit. Cum igitur Cedrus illa magna cum communioribus Laricis ſpeciebus, tum amentorum atque apicum ex quibus flores componuntur, tum fructuum pariter ratione conveniat, inter Larices merito connumeratur. Præterquamquod ipſiusmet folia, ut unanimi conſenſu tradunt Auctores, plurima ſunt ab eodem exorta, & pennicilli ad inſtar, quemadmodum & cæterarum communium Laricum folia ſcimus eſſe; quam notam obſervandam monet laudatus Auctor, ut genus hoc plantæ a conſimilibus diſtinguatur, puta ab Abiete, Pinu, aliisque, inter quorum alioquin folia parum diſcriminis intercedit. Non implicat autem quod Arbor folio non deciduo inter Larices, quæ deciduo ſolent eſſe folio, reponatur, cum idipſum in aliis generibus obſervetur, ex. gr. in Thymelæa, &c. prout Botanici probe norunt.

(58) *Juno*. Jovi ſoror & conjux, Deorum Regina; quæ ſingula de ſe ipſa prædicat apud *Virgil. Æneid. l.* 1.

Ego, *quæ Divum incedo Regina*, *Jovisque*
Et ſoror, *& conjux*, &c.

Aeris etiam Ventorumque domina olim credita fuit; immo pro ipſo aere frequenter, Poetis maxime, ipſam legimus uſurpatum. Suum eadem idcirco in aeream regionem imperium exaggerat apud eundem *Virgil. l.* 4.

His ego nigrantem commixta grandine nimbum
Deſuper infundam, *& tonitru cœlum omne ciebo*.

Quapropter Æolus ventorum princeps, apud citatum Poetam *l.* 1. poteſtatem ſuam ipſi Junoni acceptam refert:

Tu mihi quodcunque hoc regni, &c.
Nimborumque facis tempeſtatumque potentem.

Digitized by Google

Aurarumque potens, ventos laxate secundos;
Et pluvium cohibete (59) Notum, (60) nimbosque minantes,
Arida quos Libycæ propellunt littora terræ,
Corporibusque gravem flabris humentibus (61) Auſtrum.
Da (62) Zephyros, da, Diva, leves, blandoque ſerenum
Fla-

(59) *Notum.* Sunt qui Notum cum Auſtro commiſcent. Alii inter Auſtrum Eurumque collocant: Eaque eſt apud Veteres nonnunquam in reddendis Ventorum nominibus varietas, ut recentiora cum antiquis conferre ac reddere difficillimum nonnunquam ſit. Quæſtionum tamen rixarumque inutilitate rejecta, Notus hic ſumitur pro vento inter Ortum ac Meridiem perflante, ubi recentioribus *Scirocco*, ſive *Oſtro-ſcirocco* collocatur, ex qua cœli plaga nonniſi humidi flatus, parumque ſalutares ad nos perveniunt. De eodem Noto *Ovid. Metam. l. 1.*

Madidis Notus evolat alis,
Terribilem picea tectus caligine vultum;
Barba gravis nimbis, &c.

(60) *Nimbosque minantes*, &c. Procellas intellige excitatas ab Africo vento, qui, reſpectu noſtri, ab Africa ſeu Libya ſpirat, propterea & Libycus etiam, & Libs appellatus apud *Senec. Natur. Quæſt. l. 5. cap. 16. Gell. Noct. Att. lib. 2. c. 22.* & alios. Ventus hic procelloſus admodum eſſe ſolet, repentinosque turbines agere, prout frequentiſſime, æſtivo præſertim tempore, noſtris in æſtuariis experimur. Unde Sacris in *Bibliis Iſaiæ c. 21. v. 1.* legimus: *ſicut turbines ab Africo veniunt*, &c. Ideo ab eodem *Seneca, loc. cit.* dicitur Ventus hic *furibundus, & ruens*; & a *Virgil. Æneid. l. 1. creberque procellis Africus.* Nobis dicitur *Libeccio*, vulgatius autem *Garbino*.

(61) *Auſtrum.* Nullus ventorum eſt, qui apud Scriptores omnes tam male audiat, quam Auſter, a Meridie ſpirans, nobis *Oſiro*; nullusque creditus eſt unquam, ſive plantis, ſive animalium corporibus magis infeſtus: Eſt etenim, noſtris quidem regionibus, in quas a mari perflat, humidus, & pluvius; unde etiam *Ovid Metam. l. 2.* dicitur *aquaticus*. Eſt præterea etiam æſtuoſus, ac laſſitudinem corporibus ingerens; uno verbo, pravæ omnino naturæ. Quare *Statio Sylv. lib. 3. Carm. 3.* dictum:

Pubentesque roſæ primos moriuntur ad Auſtros.

Et *Horatio l. 2. Od. 14.*

Per Autumnos nocentem
Corporibus metuemus Auſtrum.

Idem Poeta *l. 2. ſerm. 6. plumbeum* ipſum appellat, quoniam corpora ab eodem utpote inſalubri afflata, pallida fiant, & luridum plumbi colorem adipiſcantur. De peſſima hujuſce venti natura innumera legenti occurrent Veterum teſtimonia; quæ referre ſuperſedeo, uno contentus *Virgilii* loco *Georg. l. 3.* canentis,

Unde nigerrimus Auſter
Naſcitur, & pluvio contriſtat frigore cœlum.

Ad quem locum apte *Ruæus*, nomine frigoris non frigus innui proprie ſumptum, ſed pluviam ac tempeſtatem, quemadmodum & hyemis vocabulum ad eadem hæc ſignificanda Poetis ſæpe ſolet uſurpari.

(62) *Zephyros.* Zephyrus, ab occidentali plaga, vulgo nobis *Ponente*, ſpirans, ventus placidus blandusque; in delitiis ſemper habitus, atque omnino expetendus. Ideo legimus apud *Silium l. 12.*

Blandisque ſalubre
Ver Zephyris tepido mulcebat ruta ſereno.

Et apud *Virgil. Æn. l. 4.* dignus ipſe a Jove judicatur, qui nuncios Superum deferat;

Tum ſic Mercurium alloquitur, ac talia mandat:
Vade, age, nate; voca Zephyros, & labere pennis.

Latinis Favonius dicitur, a *fovendo*, ut nonnullis placet, quod terram herbasque foveat; ſive, ut aliis magis arridet, a *favendo*, quia rebus naſcentibus faveat. Quare *Lucretio l. 1.* dictum

Genitabilis aura Favoni,

parique ſenſu *l. 5.*

Veneris prænuncius ante
Pennatus graditur Zephyrus veſtigia propter.

Digitized by Google

Flamine, & optatum potiori frigore (63) Caurum;
Da quoque, nec renuam, cœli triſtiſſima quondam
Nubila pellentem (64) Borean, æſtusque fugantem,
Aeris antiqui vitium qui concitus alte
Differat, immutetque omnem ſtationibus auram.
Aſt tu, cui præſens Bombyces cura tueri,
Diſce gravem cautus ſtabulis arcere (65) mephitim;
Et cave ne ſobolem muriæ grave olentis odore
Imbuti piſces ſalſave aſpergine perdant.
Tuque rubens refugas uſque hinc avertere chelas,
Cammare, feſtina; cancerque, & flumine quidquid
Multipedum, aut duro ſabuloſæ cortice teſtæ
Gignitur, eſte procul. Populis hæc peſſima cladem
Extemplo inſpirant, atque atro funere ſedes
Subvertunt; & tanta unum quatit agmina fatum.

Infe-

(63) *Caurum*. Inter Occidentem perflat ac Septentrionem, nobis vulgo *Maeſtro*. Ventus hic, quamvis nonnunquam procelloſus, grandinesque frequenter importans, corporibus tamen ſaluberior eſſe creditur: Cumque frigidior ſiccusque ſit, æſtum a meridionalibus ventis inductum temperat, & humiditatem nimiam depellit.

(64) *Borean*. Hic ventus ejusdem fere naturæ cum Cauro eſt, ab ipſa Artici Poli plaga proveniens, dictus vulgo *Tramontana*; Bombycibusque ex eo præſertim favere creditur, quod Auſtro noxio animalculis noſtris vento recta opponatur; & quod ſtabula, expulſo veteri ac forte emarcido aere, recentibus optimæ indolis admiſſis auris, altius expurget. Illud igitur pro rei ſumma tenendum, & ad optimam Bombycum curam obſervandum, ipſos calore quidem, utpote naturalibus operationibus propitio, multum gaudere, aſt hunc ipſum ſic ab iisdem expeti, & tali cum ſiccitatis ac frigoris temperamento, ut multo minus damni illatura ſint iisdem frigora, quam nimius calor, præſertim ſi cum humiditate ſit commixtus. Uno verbo Occidentales, ac ſeptentrionales Venti, qui ſunt juxta *Ovid. Metam. l.* 1.

Quæcunque fugant inductas flamina nubes,

cæteris præſtantiores ſemper habentur. Hocque loco non injucundum ſcitu ſit quod a *Seneca Nat. Quæſt. l.* 5. *c.* 17. refertur de Circio, qui & Cæcias olim dictus, vulgo nobis *Greco*, inter Septentrionem atque Orientem perflante, atque inter Septentrionales Ventos fortaſſe minus expetendo, quoniam frequentiſſime pluvias inducit. *Galliam*, inquit ipſe, (infeſtat) *Circius, cui ædificia quaſſanti tamen incolæ gratias agunt, tanquam ſalubritatem cœli ſui debeant ei*.

(65) *Mephitim*. Recenſentur hic nonnulla, quæ noxia Bombycibus eſſe ſolent. Primo quidem odores pravi, qui præſertim a piſcibus ſale muriaque imbutis proveniunt. Secundo Teſtacea quælibet, ſeu Cruſtacea, tum marina, cum fluviatilia & terreſtria, ut Cammari, Cochleæ, Cancri, Pectunculi, & ſimilia concharum genera, quæ menſis uſu eſſe conſueverunt; ex ipſis etenim quædam derivari putantur effluvia, animalibus noſtris plane lethalia. Cujus quidem rei illud forte in cauſa eſſe credendum, quod, cum Teſtacea ipſa ad eſcam elixata oleo condiri ſoleant, oleum autem ærumnoſiſſimum Bombycibus ſit, prout infra *n.* 71. dicetur, exinde fiat ut & piſcium ipſorum effluvia per odorem emanantia labem animalibus tenerrimis inferant. Cancrorum nidorem etiam Apibus infeſtum eſſe ferunt *Virgil. Georg. l.* 4. & *Columel. l.* 9. *c.* 5.

Digitized by Google

Infelix magni jacturam passa laboris
Bombycum gens! Ast tu animis ne concide fractus:
Desperare veto. Medicæ quin ferre valentes
Artis opes propera, & miseræ succurrere pubi
Nil trepidans aude. Sique ulla cadavera letho
Corruerint tabido, stratis removere memento,
Funeraque extrema longe deducere caula.
Hinc languor saniesque abeant. Mox (66) spargite mensis
Purpureasque rosas pueri, thymbramque, apiumque,
Et pariter suavi præstantes vertice (67) menthas.
Cecropiumque thymum large, poliumque, recentemque
Hyssopum miscere toris, atrosque juvabit
Verrere fœniculo, aut (68) casiis, lentumque frequenter

Ser-

(66) *Spargite mensis.* Si forte pravus odor irrepserit, non est omnino desperandum; sed ad remedia confestim confugiendum. Juvabit ergo suavia odoramenta ex multis foliorum florumque bene olentium generibus importare, illisque ipsos Bombycum lectos tergere, atque stationem omnem semel iterumque lustrare; novisque semper herbarum florumque manipulis uti: Hoc siquidem rite præstito collatam fuisse languentibus opem sæpius constitit.

(67) *Menthas.* Omnes fere menthæ species grati odoris esse solent; plurimæ vero etiam jucundissimi sunt aspectus, utpote quæ partim spicatis, partim verticillatis ordine pulcherrimo floribus conspicuas se reddunt. Inter ipsas autem optato usui apprime inserviunt species illæ *Menthæ aquaticæ quæ Pulegia* Botanicis olim nominatæ sunt, ast ad Mentharum genus in floris fructusque gratiam merito reductæ a laudato nobis alias *Cl. Tournefortio*, in Horto Regio Parisiensi Botanices Professore, paucis abhinc annis, maximo facultatis hujusce detrimento, e vivis sublato; cujus quidem præstantissimi Viri nova methodo ad Rei Herbariæ doctrinam nulla, meo judicio, aptior, nulla facilior excogitata hactenus fuit, nec excogitabitur fortasse: Ea siquidem quilibet, Herbarum etiam imperitus, sic instruitur, ac veluti manu ducitur, ut & sine magistro, dummodo acie quapiam ingenii, ac modica solertia non omnino careat, proprio ipse marte plantarum non classes tantum ac genera, sed & species ipsas consequi, easdemque plantas nunquam alias visas propriis nominibus reddere prorsus ac secure valeat.

(68) *Casiis.* Casiæ nomine varias dissimilesque plantas vocatas olim observare est apud veteres Scriptores. *Plinius* siquidem *l.12. cap.19.* Casiam inter orientales plantas odoratas & sane exoticas, una cum Cinnamomo & Xylocinnamomo recenset: Deinde vero *l.21. c.9.* ex Hygino Casiam inter nonnullos ex coronariis floribus, & quidem domesticis enumerat; ex quo argui sane potest, hanc ab illa non specie modo sed & genere multum distare. *Theophrastus* similiter pluribus locis plures Casiæ nomine plantas refert, quæ inter se diversæ admodum sunt putandæ. *Libro* siquidem *4. c.6.* Casiam reponit ipse inter arbores odoratas, ex Arabia, Syria, & India, quales sunt *Thus, Myrrha, Casia, Cinnamomum;* & iterum *l.8. c.4.* ait: *gignitur Thus, & Myrrha, & Casia, & Cinnamomum, regione Arabum media*, &c. Quam quidem Casiam eandem crediderim cum illa, quæ inter Judæorum odoramenta pro sacrificiis ex Dei præcepto usu fuere: Unde habetur *Exod. c.30. v.23. Sume tibi aromata primæ myrrhæ & electæ quingentos siclos, & cinnamomi medium*, &c. *Casiæ autem quingentos siclos in pondere Sanctuarii*, &c. Ast *l.6. c.2.* Casiæ genus varium omnino describit Auctor citatus una cum Edera, Origano, Thymo, Salvia, Marrubio, &c. illasque huic plan-

Digitized by Google

Serpillum, & caras apibus proferre (69) meliſſas.
Quin, nec vana fides, molli (70) petaſone madentes,
Sumineve aſſuerunt olido & farcimine pingui
Fumantes aula foculos incendere matres.
Continuo arrexere animos grex, oraque; Late
Fertur odor ſtabulis; cana occupat omnia nubes,
Perque domum levior volitat; tecto inde repulſa
Sæpius in thalamos fœtusque relabitur: Illi
Intento excipiunt undantem gutture fumum;
Et craſſa gaudent avidi fuligine paſci.
Aſt moneo imprimis ne forſan adhæſerit ipſi
Pingue oleum pecori; ſubit (71) inſanabile virus,
Cæſumque ingeſto laterum præcludit hiantes
Glutine, & ætherias vetat ire meatibus auras.

Nec-

tæ notas affigit, ex quibus non improbabiliter argui poſſit, indicari eo nomine plantam illam, quæ *Oſyris fructeſcens baccifera C. B. Pin.* nuncupatur; *Caſalpino* autem *Goniſta rubea*; *Lobelio* vero *Adverſ. No. Caſia Poetica Monſpelienſium*, quo nomine appellatur etiam a *Tourneforzio*, qui ex eadem *Claſſi XIII.* ſuarum Inſtitutionum novum genus adjecit, ut videre eſt apud ipſum, *Inſtit. Rei Herb. pag. 664.* & *Coroll. pag. 53.* An vero Caſia Poetica modo dicta illa ſit, quæ nunc Lavandula dicitur, prout notat ad *Virgil. Georg. l. 4. Farnabius*, judicent alii. Cæterum recentioribus pluribus in Anguillaræ ſententiam euntibus Caſiæ nomine Rosmarinus potius intelligendus videtur, ita ut ſit idem ipſa Hygini Caſia, de qua *Plinius* ſuprarelatus. Quæ opinio, *Lobelio* quamvis improbetur, videtur tamen locum mereri, cum certum ſit, Caſiam inter odoratas plantas, gratasque Apibus reponi, prout adnotari poteſt apud *Virgilium* præcipue, & pluribus quidem locis; e. g. *Eclo. 2.*

Tum Caſia atque aliis intexens ſuavibus herbis.

Item *Georg. l. 2.*

Vix humiles Apibus Caſias roremque miniſtrat.

Et *lib. 4.*

Paſcuntur & Arbuta paſſim,
Et glaucas Salices, Caſiamque, Crocumque rubentem.

Nos pariter idcirco Caſiæ nomine hic Rosmarinum intelligimus.

(69) *Meliſſas.* Meliſſa vulgaris herba, in viarum marginibus, ad foveas, ac prope ſepes præſertim ſponte proveniens, odoris gratiſſimi, qualem Aurantiorum Citriorumque flores ac folia reddunt. Hinc eſt quod Latinis *Citrago* dicitur, Hetruſcis autem *Citraggine*, & *Cedornella*; nobis autem vulgatius eodem ferme ſignificatu *Naranzata*. Appellari autem Meliſſa fertur a Græco ſimili vocabulo, quo Apes indigitantur quæ quidem ipſa præ cæteris herbis ſolent maxime delectari. Cæterarum, quæ hoc loco innuuntur, herbarum nomina, omnibus jam nota ſunt, ex uſu, ſuavique odore, quo præſtant; quas idcirco *Chabræus*, *Sciagr. Stirp. Claſ. 28.* Aromaticas nuncupavit.

(70) *Petaſone.* Hoc pariter optimi remedii loco male affectis Bombycibus eſſe ſolet; ſæpius ac feliciter quidem experiri mihi datum. Jucundiſſimum autem eſt ipſa intueri animalcula magnis niſibus caput attollentia, & ceu aſſurgentia ad captandos halitus illos adipoſos, & olentem gratumque fumum, qui ex petaſone, farcimine, ſimilibusque in ſubjecto foculo uſtulatis late diffluit, ac per totum, quo detinentur Bombyces, cubiculum diffunditur.

(71) *Inſanabile virus.* Peſſimum lethiferumque Bombycibus oleum eſſe monuit jam *Vida lib. 1.*

Præterea liquido reſpergi corpora olivo
Mors erit extemplo, ah! miſeris, &c.

Digitized by Google

Necnon & longe ſtabulis inimica volucrum
Turba abeant; avido nec limina gutture paſſer
Obſideat, tecto prædam meditatus ab alto.
Neu te dulciſonis fallat Philomela querelis;
Pullatisve olim pervadere libera natis
Progne ſueta domos, hoſpes jucunda quotannis.
Eſt etiam illa adeo caulæ ſolertia danda,
Ne tacita forte obrepat (72) Solpuga caterva
Improba; nam facilis trahitur prurigine prædæ,
Et furit in populos, ac roſtro lancinat unco,
Ingeminatque neces. Fit non medicabile vulnus,
Membraque lethali rigueunt mollia morſu.

Ah!

atque elegantiſſime poeticam rationem reddit; ex inveterato nempe Junonis adverſus Venerem odio. Phyſicam autem veramque illam eſſe cauſam juvat opinari, quod, cum bruchi noſtri tracheis abundent, ut jam dictum *n.* 25. per quas externum aerem, ſibimet ipſis admodum neceſſarium inſpirant & reſpirant, eumque ex olei glutine earundem trachearum orificia obſtruantur, ſuffocatio ipſis, aut ſimile quidpiam ſymptoma ſuccedit, quo enecantur; non ſecus ac nobis eveniret, ſi nares & os, quibus ad hauriendum exhauriendumque aerem utimur, præcluderentur. Nili forte etiam arbitrari velimus, Bombyces oleo illitos exinde mori, quoniam, cum oleum latentes particulas acidas ſulphureis involutas contineat, dum ſulphurea obſtructione ipſa veluti alligantur, acidæ interim quibusdam veluti ſpiculis ac pugionibus tenella corpora confodiant. Obſervamus namque, aceto aliisque acidis liquoribus vermes omnes ad interitum deduci. Quod vero noſtris in bruchis ex vi olei ſuccedere animadvertitur, illud in cæteris etiam vermibus conſimilibusque inſectis oleo itidem aut butyro aliave quapiam oleoſa & glutinoſa materia illitis contingere non dubiis experimentis confirmarunt tum *Malpighius*, tum non minori laude in naturalium rerum obſervationibus celebrandus *Franciſcus Redi*, *Obſerv. Vivent. in Vivens.*

(72) *Solpuga*. Species de Formicarum genere inſignis. *Eſt & Formicarum genus, venenatum, non ferè in Italia. Solpugas* Cicero *appellat, Solpugas Batica*, inquit *Plin. Hiſt. Nat. l.* 29. *cap.* 4. deque ipſis *l.* 8. *c.* 29. refert; *citra Cynamolgos Æthiopas late deſerta regio eſt, a Scorpionibus & Solpugis gente ſublata*. Quod quidem, fateor, inter familiares Auctori illi fabellas libenter recenſerem, niſi & a quibusdam, qui in Americam navigarunt, jurejurando affirmaretur, aliquibus in locis adeo prævalidas Formicas reperiri, ut hominibus, præcipue dormientibus, mortalia ab iisdem vulnera inferantur. Nec molis minimæ eæ quoque, ut viderut, eſſe debent, quibus, teſte *I. C. Scalig. de ſubtil. Exercitat.* 196. Mangi populi, *ut nos Gammaris, cum pipere veſcuntur*. Adde & illas, quæ *ſex digitos longæ, ac craſſæ digitum latum, coloris nigri nitidique, rictu dimidii digiti, prædura maxilla* &c. eſſe perhibentur in Philippinis inſulis a *Jo. Jonſto. Hiſt. Nat. Inſect. l.* 2. Verum ut ad Solpugam redeamus, dicta ipſa fuit etiam *Soliſuga, quod diem fugiat*, auctore *Solino*, *cap.* 10. qui ſpeciem hanc Inſecti in Sardinia frequentem eſſe ſcribit: Unde *Lucan. Pharſ. l.* 9.

Quis calcare tuas metuat, Solpuga, latebras?

Species hic autem a nobis pro genere ponitur; cæterum Formicæ omnes Bombyces infeſtare ſolent, ipſosque crudeliter mordicare. Non ſolis autem Bombycibus, ſed Erucis Bruchisque omnibus, qui cuncti fere delicatulo corio ſunt, infeſtiſſimæ atque lethales Formicæ ſunt, quod obſervanti paſſim dabitur intueri. Ad ipſas arcendas igitur, gregesque noſtros tutandos optimum eſt ex minutiſſimo ſabulo ſeu cine-

Digitized by Google

Ah! miſeri periere greges. Ceu concita ventis
Grando ruit cœlo, & ſonitu perterruit arva;
Effugiuntque agris omnes pecudesque hominesque;
Intonuere cavæ commiſſæ turbine nubes;
Illucet ferale polus, fractusque minatur
Ignibus, ac certam portendunt ſigna ruinam;
Illa autem citius victrix illapſa per agros
Spes capit ingentes, culmisque ac vitibus annum.
Vidi egomet ſæpe innumeras (lacrymabile dictu!)
Bombycum ſoboles, denſisque examina lectis,
Spes domini dulces, ac præmia certa laborum,
Terrificis disjecta feris; & pectore queſtus
Urgente, ac, dirum paſſis ululante capillis
Nequicquam domino, glomerato funere rapta.
Djque Deæque juvent: Aſt tu ſubſellia circum
Funde levem cinerem, ſabulive tuere minuti
Aggere continuo thalamos; nam ceſpite arena
Deſidit laxo, turbatque impervia greſſus.
Palantes etiam profuſo cogere melle
Lacteve præſtabit, vel odora accerſere lympha.
Feſtinat decepta cohors; incautaque dulcem
Irruit in prædam, & fallenti carpitur eſca.
Tunc hilaris beluas merito proſterne nocentes:
Obvia jam clades, ſi mavis, mulcibre toto,
Urentique face, aut multum ferventis aheni
Admoto latice, atque ingeſta ſæpius unda.
Macte animis: Inimica pares dant agmina pœnas;
Flumine merſantur turbæ, viduasque reviſit
Nulla redux cellas ſupremi nuncia fati.
Diſce etiam, nec falſa, operi vel inania credas,
Triſtior (73) appoſitis ne forte inſederit unda
Frondibus, aut Phœbo nondum diſcuſſa pruina.

Fata

re, qui operi huic aptior & uſitatior eſſe ſolet, aggerem quendam ducere circum tigna ſeu fulcra, quibus impoſiti fuerint Bombycum lecti: Ad ipſum ſiquidem cum Formicæ pervenerint, recedunt; lapſant enim dum pervadere tentant, nec pedes ad progrediendum ſecure ac firmiter figere poſſunt. Reliqua, quæ contra Formicas præcipiuntur, ex ipſis videntur eſſe carminibus ſatis clara.

(73) *Triſtior*, &c. Alterum ad Bombyces tuendos monitum eſt, illudque magni faciendum, ne folia, quæ ad eſcam ipſis apponuntur, pluvia ſeu rore pruinaque madida fuerint. Ad periculum igitur damnumque, quod ex pluvia imminere poteſt, arcendum, repetenda ſunt quæ ſupra n. 52. adnotantur, ut nempe folia in diem proximum rite afferventur. Quoad rorem vero ac pruinam illud modo præcipitur, ne ipſa folia ſummo mane colligantur, cum nempe arbores ex matutino adhuc rore ma-

Digitized by Google

Fata bibunt pecudes; gelidum nam pectore virus
Serpit, & infausto solvit præcordia tabo.
Parce igitur temere tondendam scandere morum,
Nec lectura cibos properent incauta juventus,
Dum matutino canent stillantia rore
Gramina, sive acto diris aquilonibus imbre
Sylva madet; primum sine sed sol aureus axem
Linquat, & elato multum temone recedat.
Tunc operi tempus, tunc actæ ad prandia frondes,
Laudandusque labor solemnes sternere messes.
Hæc præcepta diu non duro pectore conde;
Solicitusque time semper, pecudesque tuere;
Nec te incauta fides, nec te præsentia fallant.
Momento fortuna ruit, subitoque tenellos
Morbique maciesque greges, infandaque pestis,
Heu! nimium subeunt, & spes mutantur inanes.
Ubera, jamque age, nunquam te exoptata laborum
Gaudia decipient; operumque haud impiger ordo
Aurea non dubia portendet stamina sorte.
At vos, quæ patrias servatis, Numina, terras,
Panque (74) hominum custos pecudumque, almique Penates,
Huc mites armenta vocant, huc nostra precantur.

Vos-

madent; sed expectetur donec, erecto aliquantulum sole, humor omnis ab ipso exhaustus fuerit; quod præstandum pariter est quotiescunque pluviæ deciderint; frondes etenim si madentes colligantur, æstuant, & corrumpuntur. Quapropter in summa foliorum inopia moris esse solet ramos ipsos ex arboribus cædere; deinde sub porticibus aliisve locis aperto aeri perviis ita reponere, ut aqua omnis foliis insistens tum deorsum fluat, tum aeris ejusdem ope desiccetur. Folia inde ipsa leguntur, & nutriendis Bombycibus importantur.

(74) *Panque.* Pan Regulus olim Arcadiæ fuisse traditur, Tegeæus *Virgil. Georg. l.* 1. nuncupatus, & *Propert. l.* 3. *eleg.* 2. a Tegea regionis illius oppido: Cumque & pastor, & venator, & agricola fuerit, mox etiam ut pastorum oviumque Deus est adoratus. Quare *Virgil. loc. cit.* ipsum ovium custodem appellat; & *Ecl.* 2. de ipso canit,

Pan curat oves, oviumque magistros.

At non tantum pastorum, sed & totius naturæ Deus reputatus est, nomenque accepisse dictus a græca simili voce, qua omne vel totum significatur. Hinc *Natal. Com. Mythol. l.* 5. *c.* 6. inquit; *Orpheus Panα universam naturam esse intellexit; quippe cujus elementa & cœlum sint membra, ut patet ex his versibus,*

Panα voco magnum, qui totum continet orbem;
Qui mare, qui cœlum, qui terras frugiferentes,
Æternumque ignem. Hæc Panos sunt omnia membra.

Et paulo post: *Nihil est aliud Pan, quam Natura ipsa, a Divina providentia mentequε proficiscens, ac procreata.* De Pane aliisque Numinibus consimilis generis, puta Nymphis, Silenis, &c. lege *Kippingium, Antiqu. Roman. l.* 1. *c.* 4. ubi ex professo agit *de Diis Rusticanis*, Auctor ipse, eruditissimus quidem, at omnino caute legendus.

Digitized by Google

Vosque, o, virgineus, Nymphæ, queis blanda colorat
Ora pudor, dextris prolem sinubusque fovete.
Vos populis frondes, vos gratam promite metam.
Noſtris veſtra toris vitali flamine cura
Aſſideat, luſtretque greges, ac noxia pellat.
Et nos, cum pinguis glomerabit vellera meſſis,
Exta ſacris, pulchrasque focis libabimus agnas;
Jucundosque modos, choreasque ac thura feremus;
Aurea Bombycum largi dein dona graveſque
Promemus calathos, veſtrisque dicabimus aris.

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS.

JAM pecudis varios, Phœbo indulgente, labores
Exequar, ac certas pubescente agmine leges,
Depulsoque potens renovari corpora somno
Bombycum genus. Huc pronum te, (1) Morphea, Numen,
Huc de Cimmeria venientem sede vocamus
Propitium. Oh propera; & nostros fac roscida spargat
Unda toros, qua læta quies animantibus ægris,
Te donante, favet. Tu fessa in membra soporem
Inspira, placidusque fove mitisque rogantem;
Nec pubem suffunde gravis, ne subruta forte
Flumine decumbat nimio; sed vivida magnas
Optata exiliat reparare in munera vires.
Septima (2) cum gregibus phœbeia fulserit ortis
Luce dies, tristes jam pabula grata videbis
Respuere; insuetum tumefacto vertice vultus
Jactare; ac gelido perstringi frigore membra;
Immotosque (3) hærere toris, ac si algida cana

Cor-

(1) *Morphea*. Morpheus somni a quibusdam filius, a plerisque autem minister dicitur. Videatur de ipso fabula, & quæ tum de somno ipso tum de aliis ejusdem ministris afferuntur ab *Ovid. Metam. l.* 11. a quo mutuati auctores reliqui videntur, quæ de illis scripserunt. Hic Morpheus pro Numine somni præside accipitur.

(2) *Septima*. Cum Bombyces ad septimam circiter ab ortu seu nutritione diem pervenerint, corio renovari pergunt, quam mutationem trium fere dierum spatio, per quandam quietis vel somni speciem, præstare observantur. Futuræ autem renovationis signa solent esse abstinentia cibi, capitis tumefactio, totius immobilitas corporis, unum si excipias caput, quod identidem aut jactitant, aut curvant; membra frigescentia, & quædam alia vulgo minus observata, quæ apud accuratissimum *Malpighium* videri possunt. Eadem fere signa eleganter reddit *Vida*, *l.* 1.

Celsæ capita arduus tollent
Arrectæ, spernentque dapes. Tum pigra notabis
Corda, animos resides, insuetæ silentia mensis.

Septimum circiter innui diem, quoniam terminus hic constanter apud nos observandus occurrit, quoties Bombycum ortus tempore consueto contigerit, prout dictum est *n.* 18. ad *Lib.* 1. idemque laudato alias *Libavio* adnotatum animadverto. *Malpighius* vero minus temporis intercedere scribit, quatuor nimirum cum dimidio dierum circiter spatium; & sic quidem mense Julio: Autumno autem & vere in longius hoc spatium protrahi solitum Apud nos utique, cum verno tempore ovula incubationi supponantur, septem ante quietem dies semper elapsos animadverti.

(3) *Immotosque*. Citatus *Libavius*: tunc *videas eas, instar statuarum aut eorum qui catoche laborant, pectusculis sublatis cum osculo, in foliis quasi obriguisse.*

Digitized by Google

Corpora concreſcant glacie, ſeu robore ficta
Præduro, ac toto rigeant præcordia ſaxo.
Hæ leges illis, nec vana hæc ſigna ſequentur.
Ergo parce diu, populorum parce quieti,
Nec turpi crede ignavos vileſcere (4) ſomno:
Quin cœco vigiles prona intra viſcera motu,
Ac diro ſe niſu agitant, primique laborant
Disjicere exuvias ævi, dum candida membris
Succedit renovanda cutis; meliusque recensque
Subſtruitur, veteri diſcuſso cortice, tegmen.
Interea media ſenſim ſupereminet illis
Fronte (5) nota, extremo propior quo adlabitur ori,
Quam dubiusque color ſignat, laterumque trigona
Spectanti facies; dependentemque videbis
Tertia dum gelidas pellat lux clara tenebras.
Hinc capitis (viſu mirum!) prorumpit imago,
Deciduumque novo vetus os propellitur ore:
Jam caput exeritur; mox lubrica membra ſequuntur;
Continuoque omnis, perfracto corpore, læta
Progreditur ſoboles, ſuperasque in luminis auras
Emergit ſpoliis melior (6) pulchraque juventa;
Exuviasque toris ac terga ignava relinquit.
Non aliter, verno accedunt cum tempore ſoles,
Triſtia ſi quondam hiberno membra extulit antro,
Ac tepidum lente ſerpens prodivit in axem,
Squameus exultat coluber; cœloque potitus
Solvitur indignæ turpi ſqualore ſenectæ,

Men-

(4) *Somno.* Ex animalium ipſorum immobilitate arbitrantur imperitiores, eadem tunc temporis ſomno torpeſcere: *Quis tamen*, inquit *Malpighius*, *tam laboriosam metamorphoſin, renovato capite, dentibus, corio, pilis, & forte quibusdam muſculis, ſomnum appellet?*

(5) *Nota.* Statim ac incipiunt ſomnum fingere Bombyces, ſtigma quoddam ſupra ipſorum caput apparet, ſeu nota ſubobſcuri coloris, triangularisque figuræ, quæ per totum ejusdem ſomni tempus augetur. Hanc nonniſi novi in Bombyce corii principium, ipſumque ejusdem oſculum eſſe repetita obſervatione didici; nam ex eo loco renovatum animal primum prodire, ſubtusque ipſum veteris bruchi exuviæ decidere conſpiciuntur. Notam hanc *Cicatricem* alii, vel *Oſcillum* appellant; at a nullo, quod miror, mentio fieri figuræ illius triangularis videtur, quæ ſe ſe tamen omnino conſpicuam exhibet.

(6) *Pulchraque juventa.* Pellis etenim renovati Bombycis ſemper candidior emicat, adeo ut poſt ultimam mutationem, de qua infra dicetur, candidiſſima appareat, prout adnotavit etiam *Libavius*: Quod tamen verum eſt quoties Bombyces ipſi male non ſint affecti; nam ſi morbo aliquo laborent, tunc ſane nequaquam candida cernitur eorum cutis, ſed ad flaveſcentem colorem, triſtem nempe funeſtumque vergere videtur.

Digitized by Google

Mentitusque annos hilari juveneſcit amictu,
Et premit abjecto pubentes cortice glebas.
Tunc populis vires noſtris, tunc conſcia virtus
Decerptumque decus redeunt, ac pallida rurſum
Excitat ora fames. Lætis diſcurrere ſtratis,
Oreque ſublato veſcas perquirere frondes,
Atque avide luſtrare vias, ſi pabula forte
Deſueta inveniant. Aſt tu ne crede labori
Illorum; (7) paſtusque nega dum ſingula ſomnum
Agmina diſcutiant, ac dulcis pabula mori
Inſimul incipiant paribusque reſumere menſis.
Omnes jamque pari fœtus pubeſcere mole,
Ac totidem cunctis abſumi prandia cura;
Scilicet una omnem ſuprema in tempora gentem
Eſca æquat, (8) vitæque gradus dant fercula certos.
Ergo ſimul linquantque cibos, ſomnoque recumbant
Grex iterum, pariter renovato ut tegmine rurſus
Ad menſas avide intermiſſaque paſcua ſurgant.
Felix, ſiqua fides, largos tibi copia cœtus
Curandi facilisque via eſt, par ſi omnibus ætas,
Par fuerit ſtudium. Varii te muneris ordo
Diſtrahet ancipitem, ac ſtudia in contraria ſcindet.
Jamque diu lentos refugosque aut pellere ſomnum,
Aut poſitas prenſare dapes, avertere fas eſt,
Deſpectisque locare toris. Sua limina ſervent
Turba minor; pudeatque pari non tendere niſu

Quo

(7) *Paſtusque nega*. Primo quia, famem licet non mediocrem patiantur, adhuc tamen propter recentium inſtrumentorum infirmitatem, minus idonea ſunt animalcula ipſa ad cibum triturandum. Inde vero quoniam illud maxime Bombycum curatoribus eſt advertendum, ut ipſi omnes paribus numero prandiis veſcantur, ut mox dicetur. Cum autem non omnes una hora Bombyces, neque uno die a ſomno excitentur, ſi primo excitatis exhiberentur ſtatim folia, hi alios anteirent; indeque confuſio maxima ſequeretur.

(8) *Vitæque gradus*, &c. Illud absque dubio eſt, non ex ſingulis vitæ diebus, ſed ex ſingulis vicibus, quibus animalia noſtra nutriuntur, certum ſtatumque augmenti gradum eadem adipiſci. Si unus idcirco Bombyx per ſeptem e. g. dierum ſpatium bis in die nutriatur, in grandiorem utique evadet illo, qui per idem ſpatium prandio aliquo fraudatus fuerit. Hocque fortaſſe in cauſa eſſe ſuſpicari licet, cur alii citius, tardius alii ſoporem pati incipiant, & ab eodem exinde non pariter excitentur; quoniam ſcilicet hi minus, illi vero plus pabuli deglutierint. Cum igitur excitari Bombyces incipiunt, non illis confeſtim apponenda folia ſunt, ſed expectandum ut omnes ſimul ſint excitati. Hocque curatoribus noſtratibus adeo cordi ſolet eſſe, ut parvipendant ſi per binos etiam dies jejuni Bombyces perſtent, dum interim expectant, ut omnes expergiſcant, & omnibus ſimul ad comedendum paratis & aptis primum pabulum exhibeatur. Si vero con-

Digitized by Google

Quo pubes impigra vocat, dominique labores
Fallere, & extrema caulæ vileſcere ſorte.
Ollis parce tamen primum; namque arte magiſtra
Creſcere ſors validos ac feſtinare videbis,
Diſſimilesque greges committi. (9) Prandia namque
Ingeminant doctæ matres: Cumque ordine certo,
Aureus illucet noſtro dum Delius axi,
Paſcantur gemini electa examina menſis,
Hiſce iterum frondes ac pabula tertia largæ
Propinant, numerisque vices æquantibus addunt.
Turgent ecce pares populi; ſociataque rurſum
Agmina non æquis miraberis æqua diebus.
Fit clamor ſtabulis: Pſallunt, lætisque ſequacem
Suſcipiunt ulnis pubem mirata juventus;
Et circum choreas ducunt; & Numina donis
Alma colunt, ac templa terunt, arasque coronant.
Nunc moneo (10) ſedes ac multa cubilia texas,
Queis pecus innumerum creſcentiaque agmina rite
Diſtribuas: Citius ſoboles cunabula prima
Implebit, vincetque toros, ſociasque prementes
Dum luctata premit, loculos non paſſa minores,
Corruet, ac vitam miſere colliſa relinquet.
Jamque & præcipere, atque operis monſtrare laborem
Ocyus expediam. Levibus primum obvia (11) vallis
Res agitur mitique ſude. Aſt non protinus omni
Credendum ſylvæ; neque hic tibi robora dura
Implexisque graves rapiendæ vitibus ulmi:

Non

tingat, ab aliquibus ſomnum illud contumacius excuti, tunc eosdem a cæteris ſejungunt, ſeparatimque curant; jamque excitatis ac famelicis frondes apponunt, nec diutius ſane ipſos inedia laborare patiuntur.

(9) *Prandia* &c. Cum pabula, ut modo dictum, Bombycibus incrementi menſura ſint, excogitatum eſt quomodo etiam tardius excitati ciboque reſtituti pares illis, qui cibum antea ſumpſerint, reddi poſſint. Illis ergo plura numero prandia exhibere ſatagunt quam iſtis; adeo ut, ſi bis per dies ſingulos de more frondes iſtis appoſitæ fuerint, ter illis apponantur, donec per easdem vices tam illi quam iſti fuerint enutriti. Hoc modo Bombyces æquari ſolent; nihilque tam familiare, tamque probatum ac jucundum apud nos uſuvenit, quam Bombyces magnitudine alioquin diſpares eo, quo docuimus modo, ſibi invicem pares reddere.

(10) *Sedes*. Primis diebus, quamvis magno numero Bombyces fuerint, breviſſimo tamen tabellæ linteolive ſpatio excipiuntur, & continentur: Aſt cum augeri cœperint ipſorum corpuſcula, & quotidiana nutritione diſtendi, opus eſt aptioribus & capacioribus ſedibus, quibus commode ſiſtere valeant, ne ſe invicem aut premant, aut compellant, atque deturbent, quod noxium eſt, & omnino cavendum.

(11) *Vallis*. Paxillis nempe, aut perticis, ſudibusve, quibus rite ſtratis, ut inferius dicetur, Euganeis ſedes conſtrui ſolent, ad Bombyces excipiendos, & *Pez-*

Digitized by Google

Non ornus par, aut cerrus, non æsculus alta eſt,
Non ramoſa ilex, (12) lethalive arbore taxi.
Utere populeis, levioribus utere ramis,
Quos piceæ tiliæque ferunt, glaucoque ſalicta
Palmite, & irriguis gaudentes amnibus (13) alni.
Scilicet eſt geminis firmanda haſtilibus olim
Machina delectis, raſo quæ cortice rectus
Producat ſtipes, parilisque decempeda ſiſtat.

Ho-

zoni vulgo, ſeu *Poreoni* nuncupari. Sumuntur igitur primo ad ſedem quamlibet efformandam ſudes geminæ, octo vel decem circiter pedum longitudine, plusque aut minus protenſæ pro libito, rectæ, teretes, aptæ craſſitudinis, lævigatæ, ex arbore non prædura aut gravi, ſed ponderis omnino mediocris, puta ex Salice, Alno, Abiete, aut conſimilibus. Sudes ipſæ ſic invicem parallelæ ponuntur, ut deductis hinc inde, ipſisque utrinque ad rectos angulos infixis quatuor aut quinque firmioris ligni baculis, quadratum altera parte longius exhibeatur. Hoc ipſum, quod eſt veluti ſecti fulcrum, integitur & inſtratur vel Arundine, vel alia Cannarum Calamorumve ſpecie, ut infra tradetur, illud apprime ac ſolicite animadvertendo, ut quocunque tegetum genere uti velimus, id non ſit niſi penitus exſiccatum, & omnimodæ lævitatis. Si namque ſtrata, quibus Bombyces imponuntur, humida ſint, ſuboritur inde ſitus & mucor, ac poſtea putrefactio; ſi vero aſpera fuerint & ſenticoſa, molliſſimæ eorundem corpora non mediocriter læduntur.

(12) *Lethalive a Taxi.* Inter noxias infauſtasque arbores Taxus antiquitus fuit repoſita. De ejus ſiquidem fructu ſcripſit *Plin. l. 16. c. 10. lethale baccis, in Hiſpania præcipue, venenum eſt.* Succo ipſius quoque ſi paſtæ fuerint apes, amariſſimum mel conficere creditum: Quocirca *Virgil. Georg. l. 2.* longe ab ipſarum alvearibus Taxi plantas arcendas docet; & *Ecl. 9.* abteſtanti adhibita formula, cecinit:

Sic tua Cyrneas fugiant examina Taxos.

Inde eſt etiam, quod, cum Corſica Taxis abundet, mel Corſicæ ab *Ovid. Amor. l. 1.* infame dictum fuit. Umbram ipſam huiuſce plantæ mortiferam eſſe a nonnullis ſcriptum, & vulgo etiam credi notum eſt. Hæc autem ſingula non omnino vera eſſe colligi poteſt ex variis apud varios Auctores ſententiis, apud quos etiam fructus ſine noxa comedi & ab animalibus, & ab hominibus traditum obſervatur, Unde & *Theophr. Hiſt. Plant. l. 3. cap. 10.* inquit: *Si jumenta* (alii legunt *veterina*) *comederint* (fructum) *emoriuntur, ſi ruminantia, nihil patiuntur.* Conſulatur *Hiſt. Lugd. l. 1. c. 6. & 21.*

(13) *Alni.* Alnus nota planta, *Onio* & *Ontano* Hetruſcis, noſtratibus autem *Onaro*, & quibusdam *Alnaro*. Humido ſolo gaudet maxime, & per Euganeam regionem in ſovearum fere fluviorumque marginibus ac ripis tum ſponte provenit, tum ſedulo etiam educatur, ut radicibus implicitis ripurum ſoliditatem inibi tueatur. Quare eleganter *Plin. l. 16. c. 37.* de Alnis ſcripſit, quod *contra erumpentium amnium impetus ripurum munio in tutelas ruris exurgent, in aqua ſana*, &c. De hac planta *Vitruv. Archit. l. 2. Proxima fluviorum ripis procreatur.* Et *Jo. Bauh. Hiſt. Plant. l. 8. c. 16. Gaudet plurimum aquis, ut haud fere quam humectis & uliginoſis naſcatur; potiſſimum vero frigidis & opacis, ad fluviorum ripas.* Nec abſimiliter *Virgil. Georg. l. 2.* antea cecinerat: *craſſisque paludibus alni Naſcuntur.* Miror vero, ab eodem *Baubino loc. cit.* ſcribi, quod Alnus *rarior ſit in Italia*, cum in hac noſtra præſertim Italiæ parte nulla tam obvia planta paſſim occurrat. Sed quot quantaque a Scriptoribus congera veritatem pronunciantur! quoties aut aliorum relationibus faciliorem auditum præbeant, aut generaliter aliquid affirmare ex una tantum vel altera, hic aut ibi tantum, adhibita obſervatione non dubitent.

Digitized by Google

Horum e conſpectu latera interjunge bacillis
Quattuor, aut, cautus ſi præfers grandia, quinque;
Quæ pariter diſtent, aptoque foramine utrique
Defixa, in longum quadrata mole recedant.
Ardua fulcra tori tenui vel (14) arundine comple,
Lævibus aut calamis ac lento ſtipite culmi;
Virgarumve tegant plexus, ulvæve paluſtris,
Vel teretis ſcirpi: Rigida ſed cuſpide carex
Abſit, & immiti non dignus caule cyperus.
Diſce iterum cautus; nam dira eſt noxa recentes
Suppoſuiſſe gregi tegetes: Fac tabidus imis,
Judice te, prorſus venis præterfluat humor,
Pervadantque diu frigentia viſcera ſoles.
Ergo recumbentis congeſta examina turbæ
Divide, & in plures transfer recto ordine ſedes:
Lætaque Bombycum quoties tibi corpora creſcent,
Complebuntque toros, aliis lecta agmina ſtratis
Succedant, denſamque ſagax deducere gentem,
Atque iterum aptatis propera ſecernere lectis.
Aſt ſi quos dudum compleverit improba pubes,
Felici diſtenta cibo, diſponere geſtis,
Innumerosque brevi thalamos committere caulæ,
Fert (15) quantum ſtatio primum memor ardua præfer
Tigna duo: Illinc rite æquato vertice ſummis
Inſtent eduro laquearibus inſita vecte,

Hinc

(14) *Arundine*. Si vulgares ſumantur arundines, e gracilioribus ſeligendæ ſunt, cum & molliores ſint, & aptius invicem jungantur. Inſerviunt autem pari modo cannæ Milii Arundinacei *Sorgo* dicti C. B. *Pin.* quod *Saggina* Tuſcis, nobis vulgo dicitur *Sorgo roſſo*, quo quidem noſtrates utplurimum uti ſolent. Nec aliter uſuveniunt Ulva ſeu Typha paluſtris, maxime vero Scirporum caules, qui ob lævigatiſſimam rotunditatem aptiſſimos ſe præbent. Rejiciendi autem omnino ſunt Carex; ſive is ſit *Juncus Acutus C. B. Pin.* ſive *Cyperus maritimus capitulis glomeratis Tournef.* & Cyperi omnes reliqui, propter triangulares ideoque minus aptos caules, qui molliſſimis Bombycibus ſubſternantur.

(15) *Fert quantum ſtatio*. Ut plurimi lecti in anguſto etiam cubiculo ſcite & commode collocentur ac diſponantur, hoc a noſtris præſtari ſolet. Sumuntur primum duo tigna, aut alii aptæ firmitudinis ſtipites, ſummoque vertice apto inter utrumque interjecto ſpatio ipſius cubiculi lacunari, ima vero parte ſolo infiguntur. Iis mox plurima foramina pro lectorum numero pari intervallo, ac in parem utrimque altitudinem excitantur, in quibus totidem inſeruntur duri firmique baculi, puta ex Ilice, Robore, Acere, Ceraſo, quibus brachiorum ad inſtar hinc indeque exertis lecti Bombycibus jam referti gravesque ſuperimponuntur; hocque modo per totam lateris unius in cubiculo altitudinem ab imo ad ſummum eorundem Bombycum ſedes poſſunt collocari. Totidem inde pari arte, ſi opus fuerit e conſpectu in adverſo cubiculi latere diſponentur, iterumque totidem cæteris in lateribus, quin & in ejusdem media area, adeo

ut

Digitized by Google

Hinc alto defixa ſolo. Stet machina nullis
Cernua ponderibus, nec deturbanda frequenti
Inſultu, puerique diu ſecura petulci.
Limite mox in ſe tignis diſtantibus æquo
Fraxineasve ſudes, robuſtave ilice ramos
Fige operi validos; exertaque brachia tende,
Suſceptura tuæ fœcunda cubilia gentis,
Quam ſuperimpones. Jamque haud incondita ſurgent
Quanta tibi creſcent, aptos ſi tendere rurſum
Malueris ramos, centumque adjungere lectos.
Plurima dein nimio ſi fervens agmine denſis
Exundet pubes loculis, aliosque requirat,
Tu latere adverſo totidem conſurgere rurſus
Tigna jube, rurſusque pares rite inſtrue ſedes
Iliceis ſudibus, largasque reconde catervas.
Sis memor eroſæ deverrere frondis inertes
Reliquias, fœdæque imbutos ſordibus alvi
Expurgare (16) toros. Nimium ſi inſederit atra
Inficit illuvies; udisque innaſcitur aulis
Triſtior ac putribus lethalis flatibus humor.
Noxia jamque patent immanis nuncia cladis
Omina; nam dubium haud ſueto perſtringit odore
Squalida gens dominum, ac flavo diſtenta (17) renidet,
Stillatoque madens conſpergitur ilia tabo.
Quare, oh! cum noſtro bis Phœbus fulſerit orbi,
Bisque aurora polo victis ſucceſſerit aſtris,
Surge apprime vigil. Lux molli tertia genti
Curandæ danda eſt. Hinc ſuetæ ad ſepta miniſtræ
Feſtinent, materque gravis, carique laboris
Conſcia turba nurum. Longe hinc longe eſte procaces,
Impatiens ætas, pueri, vetulæque trementes.

Ocyor

ut plurimi, &, pene dixerim, innumeri grandiores etiam lecti juxta cubiculi capacitatem, in eodem poſſint ordinatim & ſejunctim ſuo loco quilibet collocari.

(16) *Expurgare toros*. Non mediocri ſolicitudine ac diligentia præſtandum illud eſt, ut alternis diebus Bombycum lecticuli expurgentur, quorum infectio tum ex nimiis alvi excrementis exoritur, tum ex foliorum reliquiis & quisquiliis, quæ excrementis iisdem immixtæ citius corrumpuntur; ex quo fit, ut, prava excitata colluvie cum æſtu atque odore teterrimo, inquinati tabefactique Bombyces infeliciſſime pereant. Modus autem expurgationem peragendi videtur ex iisdem noſtris carminibus ſatis clarus, neque interpretatione indigere.

(17) *Renidet*. Videntur male affectorum Bombycum corpuſcula quodammodo ſplendeſcere; lucidam nempe quandam ſuperficiem eorundem cute ſuſcipiente, ſeu ex majori interioris ſucci, qui ſolutior eſt, copia, quique per ipſam cuticulam rariorem factam transluceat; ſeu ab eodem ſucco lævitate quadam in ipſam ſuperficiem indu-

Digitized by Google

Ocyor ipſe greges calathis frondentibus opple,
Ac nemore optato. Menſam feſtina reliquit
Certatim heſternam pubes, & vilia cœnæ
Fragmina; (18) ſubſiliuntque omnis, gaudentque recentes
Serpere per moros, ſapidæque inſiſtere frondi.
Jamque ſatis curæ: Facilis quippe excipe ramos
Gente graves avida, transferque in proxima raptis
Hærentem foliis, ac mandentem, Illa ſequetur
Agglomerata manus, & fœda cubilia linquet;
Gaudebitque novis ſe purior addere lectis.
Tunc populo vacuas ſedes purgabis; & atram
Illuviem ventris neglectaque pabula longe
Projicies, turpisque ſitus veſtigia tolles.
Hinc & (19) odoratis luſtratas tergere diſce
Frondibus, & large ſuaves ſuperaddere flores;
Purpureasque roſas, citreique virentia mali
Germina commiſce. Cœlum inde almasque diei
Fac patulæ excipiant auras, lucisque ſerenæ
Flamine, & objecto recreentur tegmina ſole.
Utere dein certus rurſum; rurſumque memento
Verrere, & inſtratas turbis creſcentibus imple.

Aſt

ſta. Bene affecti Bombyces utique albi ſunt, ſed nullo modo lucentes.

(18) *Subſiliuntque.* Adnotatum jam hoc *Libavio: Si pabulum injeceris*, inquit, *ſtatim excitantur, & comedunt rurſum. Olfactu videntur folia deprehendere nova; nam etiam nondum tangentia erectione corporis affectant*, &c. Et quidem mira eſt in minimis Inſectorum quorumlibet corporibus vis ac facultas, quibus illa Natura largiter ad ſenſationem eliciendam inſtruxit. Ideo recte *Plin. l.11.c.2. in his*, ait, *tam parvis atque tam nullis quæ ratio, quanta vis, quam inextricabilis perfectio!* &c. Non injuria igitur mirari ſubit, quod *Cl. Samueli Bocharto, Hieroz. Parte 1. l. 1.* ſcriptum olim, dum de Inſectis verba faceret; *taceo quod in plerisque viſus, auditus, olfactus, aut nullus eſt, aut hebetior.* Contrarium omni dubio procul experientia non fallax rerum magiſtra ſuadet; neq; aliter intellectum ipſi *Ariſtot. Hiſt. Animal. l.4. c.8.* dum ſcripſit: *Inſecta, tam pennata quam non pennata, procul ſentiunt, ut mel Apes* &c. *quod niſi oculos haberent, nunquam e longinquo ſentirent.* Quare *Lucret. l.4.*

Mellis Apes, quamvis longe, ducuntur odore.

Videri poſſunt ſuper hac re, inter recentiores optimæ notæ Philoſophos, *Franciſcus Redi, Obſerv. Viv. in Viv., Franciſcus Maria Nigriſoli, Conſid. 4. circa Generat. Viv.* & laudatus alias nobis *Antonius Vallisnerius* plurimis ſuis in Operibus. Si quis item mirandam, oculorum præcipue, in Inſectis fabricam perdiſcere ac veluti intueri cupiat, conſulat diligentiſſimi Viri *Jo. Baptiſtæ Hodiernæ* tractatum Italice ſcriptum, qui inſcribitur *l' Occhio della Moſca*, in quo tam exacta membri illius anatomes exhibetur, ut eruditæ cuilibet curioſitati non aliter, meo judicio, præſtantius ſatisfieri poſſit, nec luculentius ſtupendum Naturæ artificium in ejusmodi organis conſtruendis repræſentari.

(19) *Odoratis.* Non mediocriter conferre obſervatur ad Bombycum tutandam ſalutem, ſi ipſorum lecti, poſtquam ab omnibus inquinamentis purgati fuerint,

Digitized by Google

Aſt jam prenſantem frondes primoque ſolutam
Progeniem ſomno major tibi paſcere cura.
Ubera jamque feres delecti pabula mori;
Creſcit quippe procax, gravior pubentiaque urget
Ora fames. (20) Septena iterum ſtata prandia gnati
Depoſcent luce, ac menſa implebuntur opima.
Hinc rurſusque fames, rurſusque & alacria frontis
Gaudia deficient, & vires; pigraque ſomnus
Corpora, frigentesque ſtupor ſcrutabitur artus.
At mox exuviis poſt nota ſilentia rurſum
Solventur, pulchroque hilares ſternentur amictu;
Perquirentque dapes avidi, frondesque paratas
Ocyus abſument, ac tempora ſueta ſequentur.
Nec labor hic geminus: (21) Bis rurſum lenta ſopore
Membra premi duro cernes luctamine tegmen
Depoſitura vetus; bis rurſum carcere turbas
Exſolvi, ac ſentire diem, atque inſtare voraces
Frondibus, & rigido proſcindere fercula morſu.
Producta interea fervent examina mole,
Opplenturque loci populis. Ipſa arduus namque
Uſque premi adjectis circum faſtigia ſtratis,
Difficilesque teri ſedes mirabere denſis
Agminibus; tantisque gravem decreſcere caulam.
Tigna tremunt; preſſo curvantur robore rami,
Suppoſitæque ſudes. Victis hinc diffluit oris
Jam non apta loco ſoboles; majoraque geſtit
Serpere per ſtrata, atque novis ſuccedere lectis.
Creſcit opus domino immenſum; viresque animosque

Soli-

ac ſolibus aliquantum expoſiti, diligentius inde bene olentibus herbis ac floribus recreentur, Mali Citrei Roſarumque præſertim, quorum ſane communiorem eſſe uſum obſervo. Hiſce addi ſolent etiam folia Fœniculi, quorum odor aptiſſimus ad pravos omnes halitus caſtigandos ac depellendos judicatur.

(20) *Septena &c.* Cum per alterum ſeptem dierum ſpatium nutriti Bombyces fuerint, in ſoporem iterum pro ſecunda vice labuntur; quo depulſo, eadem omnino ratione, quam ſuperius de prima vice retulimus, excitantur, & pabulum reſumunt, veteri pariter depoſito corio, novoque inducto. Hoc ipſum rurſus non diſſimiliter tertia quartaque vice peragunt, nullo alio fere notabili diſcrimine, quam coloris in cute, quæ, prout dictum *num. 27.* ac 28. ad *Lib. 1.* & ſuperius *n. 6.* in candidiorem ſemper evadit.

(21) *Bis rurſum.* Quater mutari Bombyces jam dictum. Ita apud nos communiter contingit: Ita *Libavius* & *Malpighius* obſervarunt. Sunt tamen ex ipſis nonnulli, qui ter tantummodo mutantur; hique apud Euganeos noſtros appellari ſolent vulgari vocabulo *Terzaroli*. Tales fere curaſſe videtur *Vida*, canit enim *lib. 1.*

Ter pigra, dum vivent, renovabit corpora ſomnus

Digitized by Google

Solicitat frangitque labor. Nunc ſudet opimis
Plurima turba toris verrendis; plurima ſylvam
Conſcendat, frondesque legat, largasque recondat
Ventura pro luce dapes. Nec fercula primæ
Sufficiunt menſæ; ſed (22) terque quaterque diebus
Ingeminanda gregi: Rabide namque ocyus omnem
Diripiunt eſcam, & mori frondentis acervos
Raptim æquant, durisque volunt vix parcere ramis.
Tunc teneri cuſtos populi, tunc ipſe memento
Adſis here, o cui non ſegnis ſolertia cordi;
Nec te alio ſtudiis aliena negotia vertant,
Omnia ſed prudens ventura in tempora differ.
Curasque huc converte tuas: Noctesque diesque
Siſtere ne renuas qua te mitiſſima proles
Advocat, obſervanda diu, cauteque fovenda.
Inſomnes etiam ſi te producere noctes
Magnum quærat opus, ſuprema fovere laborum
Agminibus tu perge tuis: Heu parce periclo.
Tu dextra verbisque animos, tu ſuffice vires.
Te matrum, te turba virum non tarda ſequetur;
Inſolitumque animos tollent famulique puellæque,
Exemplo cogente tuo. Nunc ardua ſummi
Spes operis trepidat: Stabulo nunc triſtia clades
Omina portendunt, extremosque horrida ſemper
Fata dies agitant. Si aut atro longius axe
Intonet, & gravior jaculetur fulmina dextra
Jupiter (23) haud parcens terris; ſeu pallida Juno
Ingruat, & pluviis calidas commiſceat auras,
(Heu!) populos tumidi quatit inclementia cœli:

Den-

(22) *Terque quaterque*. Decuſſo poſtremo ſenio, diram animalia noſtra patiuntur famem, quæ ex aviditate, qua folia derodunt, arguitur. Unde *Malpighius* inquit: *Bombyx poſt ultimum ſenium impenſa nutritur, & verat*. Similiter *Libavius*, non minori laude cenſendus, poſt alia; *ter die, & ultimis diebus quater, vel ſæpius præbendus eſt cibus: Nam, cum ſerico & maturitati ſunt vicini, verant conſentius, invadentes folia cupidiſſime, atque & nervos abſumentes.*

(23) *Jupiter*. Inter plurima nomina, quæ a Veteribus Jovi legimus indita, invenire eſt illa *Pluvii*, *Tonantis*, parique ſenſu *Fulguratoris*, & *Fulminatoris*. Pluvii quidem nomine conſtat honoratum ipſum fuiſſe tum apud Græcos ex Auctoribus quos *Gyral. Hiſt. Deor. Syntag.* 2. affert, tum apud Latinos etiam: Unde *Tibull. lib.* 1. *eleg.* 8. cecinit,

Arida nec pluvio ſupplicat herba Jovi.

Et *Stat. Theb. l.* 4. *Tu nunc Ventis pluvioque rogaris Pro Jove*. Tonantis autem titulo cultum ipſum ab Auguſto teſtis eſt *Dio l.* 54. ædem quinimmo ab eodem extructam *Tonantis Jovis in Capitolio* ſcribit in ejus vita *Sueton. c.* 29. quam etiam aſſidue frequentatam ipſi tradit idem iterum *cap.* 91. Sicut autem Latinis *Tonantis* vocabulo,

Digitized by Google

Denſior aut multo ſi ſe glomeramine turba
Comprimat, & preſſa æſtuet, atque illiſa fatiſcat;
Aut liquido imbutæ madeant ſi ſtercore ſedes,
Neglectique tori, nam (24) turpior inguina ſolvit
Pinguia colluvies, labor hoc eſt, diraque peſtis.
Nec ſpes, nec ratio; ſubit irrevocabile fatum.
Undique jam mœror, ſævæ undique mortis imago
Diſcurrunt thalamis, & magno funera luctu
Ducuntur. Perit, heu! populus, perit inclyta pubes;
Fœdaque ſubvertunt omnem contagia cœtum.
Siſte igitur, moneo, pernix, adverte frequensque
An ſtabulum pravæ imbuerint immitius auræ,
Et blandas intrare jube; Zephyrosque ſalubres
Ocyus admitte, aut Caurum, Boreanve feneſtris
Sæpius expanſis ac rite, ut limine flabrum
Exeat adverſo, multus nec torpeat intro.
Sordida quin cunctis populi tabulata diebus
Expurges, jubeo: Teque alto fulgida cœlo
Stella Dionææ Veneris, te prima dici
Nuncia lux videat, tardosque Hyperionis ignes
Pervigil anteveni: Domini nam cura tenellam
Exhilarat gentem miſerans; æſtusque minaces
Naſcentesque lues pulſat; nec certior ulla
Docta machaonia manus illi profuit arte.
Aſt olim, (25) alternis dum ſolibus ipſe quieſcis,

Nec

in Græcis *Brontontis* voce dictus eſt Jupiter, quia idem ac illa ſignificatur; ſuper quo merito videatur eruditiſſimi *Jo. Antonii Aſtorii Epiſtola de Deo Brontonte ad Virum Cl. Apoſtolum Zenum*.

(24) *Turpior*, &c. Uſque ad quartam excluſive mutationem Bombycum ſtercora nigri coloris apparent, & duriuscula, ſi præſertim valida ipſi atque integra fuerint valetudine: Exinde vero ad mollitiem quandam coloremque ſubviridem ſimul inclinare eadem incipiunt, quandoquidem, ſenio jam frigeſcentibus Bombycibus, minus ſint concocta. Idcireo & quodam ichore ſcatent, qui facillime corrumpitur; unde æſtus ac fœtidus odor ſuboriuntur, quibus male affici Bombyces ſolent, ſi eorumdem lecti minus diligenter expurgentur. Prædicta vero ſtercora, prout adnotavit etiam *Libavius*, *ſunt ſexangula*, *oblonga*, *quaſi ſtellata*, *unde inteſtini vel alvi diſpoſitionem quis colligere poſſit*. *Virent quidem ex eſca*; *ſed tamen*, *quia ſtipantur denſe*, *& exſucca ſunt*, *nigra apparent*, *ſicut plus virideſcunt humidiora*.

(25) *Alternis*, &c. Primis ſtatim diebus a natis Bombycibus, quorum ſpatio nonnihil otii, nec multum negotii ſane eorundem curatoribus agitur, parandi ſunt faſces, ſuper quos animalcula ipſa Sericum tandem ſunt depoſitura. Struuntur autem faſces ipſi ſarmentis, virgis, ramisque varii generis arborum, diligenti tamen habito delectu; non enim aptæ ſunt operi plantæ illæ, quorum ramuli aut ſpinis muniti ſunt, ut inter obvias apud nos occurrunt Rubus, Juniperus, Ziziphus, aut gemmas præferunt nimium mucronatas, quemadmodum Populus, a qua noſtrates maxime abhorrent; in tales enim

Digitized by Google

Nec fœdos mundare toros labor improbus urget,
Cura ſit extremas populi componere ſedes,
Queis recubet ſenior, dominisque uberrima tandem
Præmia ſolicitis atque aurea fila reponat.
Hic tibi viminibus, tenui ſat germine ſylva;
Arbuſtive levis culmos, vanosque ſtolones
Eja legant famuli: Aſt tu prudens agmine multo
Implexum virgis varioque e ſtipite acervum
Digere; nec dubiis credas ſine judice ramis.
Scilicet haud omni devulſos arbore magnum
Poſcit opus. Gemma renuas quibus horridus acri
Exundat palmes, telove minatur acuto,
Lethali errantes figat ne vulnere turbas.
Jam neque juniperi, ſæva neque cuspide triſtis
Ziziphus, immanisve rubus, non (26) populus apta eſt.
Sentesque dumique procul; nec faſcibus unquam
Squameus aptandis hæreſcat carduus. Aſt tu
Et glaucas præfer ſalices, ulmosque valentes,
Molliaque extrema fluitantia vite flagella,
Quercusque, lentosque (27) opulos. Hiſce inſtrue faſces
Mole pares, geminoque levis committe geniſtæ
Implexos laqueo; varia ſed contrahe lege.

Ur-

gemmas impingentes tenelli bruchi lædun-tur, & pereunt.

(26) *Populus*. Licet Populi arboris rami neque hiſpidi ſint, neque ſpinoſi, prout alioquin ſunt in Rubo, Junipero, Zizipho ſupradictis, minime tamen uſui debent eſſe faſcibus componendis. Gemmæ ſiquidem, quibus iidem ramuli ſunt referti, adeo acuminatæ ſolent eſſe, ut ſi in ipſas forte Bombyces impingant ab iisdem transfigantur; ſic namque tenue Bombycum eorundem corium eſt, ſubimo ventre præſertim, ut a quolibet etiam minus acri mucrone perforetur, & lancinetur. Hinc, ut ſuperius dictum, Populus omnino rejici ſolet, & nihil frequentius a noſtratibus, quam Salix, aut Ulmus uſurpari.

(27) *Opulos*. Opuli nomine plantam hic eam fruticoſam, & nonnunquam etiam arboream intellige, quæ *Sambucus aquatica Caſp:* & *Jo. Bauh.* dicitur, & *Sambucus paluſtris Dod. Pempt.* ſive illa flore ſimplici ſit, ſive pleno; utraque enim frequenter apud nos invenitur, & pari uſui eſſe poteſt. Opulum dixerunt ipſam etiam *Ruell. de Nat. Stirp.* & *Tourneſ. Inſtit. Cl.* 20. *ſect.* 6. *Gen.* 2. quamquam *Ruellius* in ea deſcribenda nonnihil erraverit, ut videri poteſt apud *Jo. Bauh. Hiſt. Plant. t.* 15. *c.* 26. Cæterum Opuli vocabulo Botanicis nonnullis venit Aceris ſpecies illa, quæ *Acer campeſtre minus C. B. Pin.* nuncupatur, vulgo nobis *Oppio*, genus arboris *marisandis vitibus maxime idoneum*, ut habet *P. Virgil. Falugi*, *Proſop. Botan. Indice*, ubi tamen Vir egregius in re Botanica, neque in Poetica minus laudandus, deceptus videtur dum inquit, Opulum illam, quæ nobis *Oppio* eſt, *Tournefortio* eſſe *Sambucum Aquaticam*: Sambucus enim Aquatica *Tourneſ.* Opulus quidem eſt; aſt arbor, quæ nobis *Oppio*, illi eſt *Acer, Cl.* 21. *ſect.* 3. *Gen.* 2. inter cujus ſpecies ea ipſi refertur, quæ ab eodem dicitur *Acer major folio rotundiore, minus laciniato, an Opulus Italorum Raii Hiſt.*? Hinc error forte ſuprarelatus, *Opuli* nempe pro *Opali* vocabulo accepto.

Digitized by Google

Urgenda (28) inferius moles, dureque premenda eſt:
Laxior at contra multumque expanſa ſuperne,
Admittat facilis latoque animalia campo
Ire ſinat, pateatque vagis, ac lenta recedat.
Nec te forte (29) recens occulto flumine fallat
Virgarum cumulus, mucoque putreſcat iniquo,
(Humida quippe locum inficiunt ſarmenta, teneſſos
Corrumpuntque greges). Superos fac ſentiat ignes;
Sepoſitumque cave ne triſtior imbuat aula
Lucis inops, fœdove ſitu deſpecta latebra;
Longius aſt ſlabris & aperto gaudeat axe:
Nec præſtes operi, niſi multo vimina Phœbo
Aruerint, biberitque graves lux alta vapores.
Jamque ſatis vitæ populis: Ad munera tandem
Contendunt ſuprema pares, atque agmine prono
In funus fatumque ruunt. Nam (30) parcere menſis
Oſcula lenta vides, vacuisque rigentia membra;

Et

(28) *Urgenda inf. moles.* Faſces jam dicti humanæ ſtaturæ circiter æquales conſtrui ſolent, ejusque molis eſſe, quam non difficiliter etiam minores viribus fœminæ complecti, & quo opus fuerit transferre poſſint. Alligantur autem vinculis plerumque duobus ex Salice ſive Geniſta, aliave ſimili viminea planta, quorum inferius conſtringendum admodum atque arctandum eſt, ut faſces ipſi ſolidius conſiſtant, ſuperius vero contra multo laxius eſſe debet, ut vagantibus per ſarmenta Bombycibus libera prorſus & ampla ad diſcurrendum via pateat.

(29) *Recens oc. fl. fallat.* Illud quoque ſummopere cavendum, ne faſces iidem, qui præſertim recens collectis adhuoque viridibus ramis inſtructi ſunt, forte madeant, indeque humorem exſudent, ex quo æſtus ac ſitus oriantur. Præſtat idcirco ipſos opportune conſtruere, ut interim, quantum ſatis ſit, exſiccentur: Qui autem poſterius ac noviſſime ſunt conditi, non prius operi admoveantur, quam ad ſolem fuerint expoſiti per plures dies, ut quantum fieri poſſit ipſorum humiditas exhauriatur. Advertendum eſt etiam ne interim mucoſo quopiam ſqualidoque loco aſſerventur; quidquid enim pro Bombycibus ad munus quodlibet inſtruitur, id ſiccum omnino atque apprime nitidum debet eſſe.

(30) *Parcere menſis.* Cum poſt quartam mutationem ſatis pabuli Bombyces ſumpſerint, quod ſeptem circiter dierum ſpatio præſtare conſueverunt, ſupremam illam magnamque moliri metamorphoſin incipiunt, qua a vermium ſtatu ac figura ad aureliæ primum deinde ad volatilium habitum mirabili prorſus opere tranſitum ſunt facturi; atque interea optatiſſimum illud Sericum, quod tam ſolicitæ curæ totque laborum merces eſt quo inferius dicetur modo conficiunt. Signa vero mutationis hæc ſunt. A pabulo abſtinent, frigeſcunt, vagantur, nec ſolitos patiuntur lectulorum cancellos; caput identidem quaſſant, idque faciendo prima velleris rudimenta filamentaque eructant; minores aliquanto mole fiunt, cum enim cibo amplius non diſtendantur, muſculorum ac viſcerum fibræ aut contrahuntur, aut ſaltem non ultra, ut prius, diducuntur. Ceſſante pabulo idcirco ceſſant etiam alvi excrementa, inteſtinaque omni labe jam vacua nitidiſſima evadunt, ac plane diaphana, ut aperte patet ſi Bombyces contra Solem inſpiciantur; eoque tandem tota animalculi pars inferior flavo colore imbuitur, quæ Succinum ſeu Electrum præferre ſolet.

Digitized by Google

Et liquiſſe torum, atque omni diſcurrere caula
Agmina lanivomum, patulas fugientia ſedes,
Sepoſitumque larem ac cœcas meditata latebras.
Tum quaſſare caput, preſſoque incondita ventre
Stamina ructare, ac vanas jactare per auras.
Decreſcit gens mole minor, nullaque tumentes
Eſca concurrunt fibræ. Fluit inguine tota
Exhauſto fœda illuvies, alvusque colore
Purior illucet, qualem ſtillantia ramis
Populeis (31) electra ferunt, cum margine ſummo
Eridani dire illacrymant, alternaque fratri
Heliades alti promunt monumenta doloris.

Tune

(31) *Electra*. Variæ fuerunt olim de Succini ſeu Electri origine ac natali ſolo traditiones, quæ videri poſſunt apud *Plin. Hiſt. Nat. l. 37. c. 3.* Hoc loco Succini ortus poetice innuitur, juxta fabulam nempe, qua fictum olim, Sorores Phaetontis, Heliades a patre Sole, qui Græcis *Helios* eſt, appellatas, ex immodico luctu propter fratrem in Eridanum fluvium Jovis fulmine de Solis ejusdem curru præcipitem actum, ad ipſius fluvii ripas, in Alnos ſeu Populos arbores, Diis miſerantibus, converſas; indeque ex iisdem Electrum, lacrymarum in modum, ad perpetuum mœroris ſignum effluxiſſe. Fabula fuſe patet apud *Ovid. Metam. l. 2.* ubi poſt cætera habetur:

Inde fluunt lacrymæ, ſtillataque ſole rigeſcunt
De ramis electra novis, quæ lucidus amnis
Excipit, & nuribus mittit geſtanda Latinis.

Ideo *Martial. lib. 4. ep. 24.* Electri guttam Phaetontidem dixit:

Et latet & lucet Phaetontide condita gutta,
Ut videatur apis nectare clauſa ſuo.

Plures quoque alii, quos hic referre pretium non eſt, eadem adjecta voce Succinum indigitarunt. Ut fabulæ autem relinquantur, Succinum ſive Electrum communiter dicitur genus eſſe bituminis de terra effluens, primo quidem liquidum, mox autem ex maris, in quod labitur, frigore condenſatum atque obduratum. *Pinguem terræ ſuccum, ſeu oleum bituminoſum olim effluxiſſe & induruiſſe, & nunc adhuc effluere, ac a maris ſalſugine coaleſcere, tenuique portione excluſa indureſcere, vel a ſubterraneo calore pinguedinem hanc in ſpiritus reſolvi, ſublimari, & intra terræ poros a nitroſis ſpiritibus iterum figi ac coagulari exiſtimo*, inquit *Anſelm. Boet. de Gemm. l. 2. c. 29.* Large vero provenire fertur bitumen hoc in mari præcipue Baltico, ad littora Boruſſiæ & Curlandiæ Ducatus Brandeburgicæ ditionis in Livonia, cujus Duci magno proventui eſt; ibique reticulis, tanquam piſces, capi teſtatur *Jo. Jonſt. Thaumat. Natur. Cl. 4. c. 10.* Hoc idem tradit citatus *Boet. Succini ſpecies in Sudinorum Oceano Marique Boruſſico ab incolis piſcantur*, &c. Dari tamen Electrum foſſile etiam in terræ ſinubus locisque a mari diſſitis colligitur ex *Boccone, Muſ. Phyſ. Obſerv. 5. ex le Grand, Hiſt. Nat. Art. 9. Part. 4.* & ex *Hiſt. Acad. Reg. Scient. An. 1705.* aliisque nec uno tantum loco inveniri, ſed & in Boruſſia prædicta, & in Gallia, & in Sicilia, inque ipſa Italia noſtra, in Umbria nempe, ac prope Anconam & Bononiam, ubi ſi & olim Electrum forte inventum fuit, anſam inde fortaſſe Poetæ ſumpſerunt effingendi, ipſum ex arboribus ad Eridanum colligi. Non deſunt tamen qui opinentur, Eridani nomine innui Viſtulam Boruſſiæ fluvium, at qua ratione permoti incertum; aliis itidem eodem nomine Rhodanus ipſe pariter Boruſſiæ fluvius videtur intelligendus, qui non procul ab

urbe

Digitized by Google

Tunc trepidi miſerere gregis, miſerere laborum;
Errantesque animas, atque almam luminis auram
Suſcipe linquentes, adque apta cubilia transfer;
Electosque operi faſces committere perge.
Nec durus dubiusve labor; nam prona recedet
Turba toris, dominoque volens prenſante ſequetur,
Emeritosque cibos, tabulataque conſcia linquet.
Mollibus aſt jubeo parcas; & ſiqua (32) tenaci
Forte implexa locis. pede proles altius hæret
Difficilis vinci, temere ne diſtrahe ſævus
Luctantem, prona ſed mitior excipe dextra:
Rarum quippe levi diſcinditur inguine tegmen,
Continuusque alto manat de vulnere (33) ſanguis.

Vul-

urbe Dantiſco, ubi Electrum provenit, in mare labitur. At apud *Ovidium* citatum, Eridanum ſane Italicum, qui & Padus dicitur, ut notum eſt, intelligendum nemo non affirmet. Quidquid ſit autem ſuper hac re, ex Arboribus ideo forte dictum Antiquis Electrum fluere, quoniam, cum ſuccos varios, quandam cum Succino analogiam præſeferentes, ut ſunt Terebinthus, Teda, ſimilesque ex reſinoſis pineisque arboribus extillare obſervaverint, idem & in Electri productione contingere exiſtimarint. E Populis autem præſertim fluere ideo forſitan olim putatum, quod illarum arborum gemmæ, verno præſertim tempore, liquore quodam ſcateant odorato, ac veluti reſinoſo, & coloris electrini, qui & a *Matth. l. 1. c. 91. in Dioſcor. & a Jo. Bauh. Hiſt. Plant. l. 8. c. 8.* refertur, & a me frequenter eſt obſervatus. Quin & ſuper Populos ipſas intueri ſæpius contigit, Menſibus Majo ac Junio, Cantharides quasdam coloris rubicundi, eundem prorſus odorem efflantes, ac liquor ille, qui a populeis gemmis erumpit. Cantharides iſtæ per jam dictos menſes frequentiſſimæ ſolent occurrere; nec minus earundem etiam aureliæ obvias ſe ſe exhibent, & quidem extra folliculum, nullum enim condunt ipſarum bruchi, ex arborum ramulis foliisque dependentes, bruchorumque exuvias poſt ſe deciduas præferentes, colore albo præditæ cum maculis nigris, odorem acutiſſimum efflantes. Ibi vero eo modo pendentes conſiſtunt, donec in cantharides immutentur, ſingulis hiſce mutationibus, bruchi nempe in aureliam, aureliæque in cantharidem ſub dio peractis. Aſt ut de Succino verba abſolvamus, addere placet, ipſius ex mari proventum etiam Antiquis non ignotum fuiſſe colligi ex *Plinio*, loco ſuperius citato, & ex *Tacito Lib. de Morib. German.* quamvis illi aliter ac ſupra relatum eſt, materiem hanc gigni exiſtimarint.

(32) *Tenaci.* Quidquid unguibus Bombyces apprehenderint, illud ſic adſtringunt, *ut fortiter detineant, tantaque fiat adhæſio, ut animalis moles tuto ſuſpendatur* juxta *Malpighium*, qui, ut jam dictum *n. 26.* ad *Lib. 1.* eorundem ungues *in ſingulo pede quadraginta* recenſuit. Prout autem frequenter animadverti, ſi cui ex hiſce animalibus alæ hærenti vis inferatur, indeque tenuiſſimum corium ipſius diſrumpatur, quod in ipſa præſertim pedum ſeu crurum articulatione accidere ſolet, tunc idem animal ducendo ſerico ineptum redditur, neque auxilii quidpiam arte medica ipſi ferri poteſt; quare præſtat ipſum abjicere.

(33) *Sanguis*: Ichor nempe ſubflavus ſeu vitellinus, quo non modo Bombycis ventriculum, ſed interior omnis ejusdem cavitas repletur, exque eodem effluit quocunque loco diſruptum corium fuerit. Ichor iſte ſanguinis nomine appellari poſſe videtur, quemadmodum a nonnullis optimæ notæ Philoſophis hoc ipſo vocantur humores alii, cujuscunque ſint coloris,

Digitized by Google

Vulnera nec miſerans aude refovere; precantem
Incaſſum nam cura terat, vanasque medelas
Artis (34) Apollineæ tentes. Vis corruit omnis
Ægræ, atque irrevocanda fugit de corpore virtus.
Nullaque jam pretio, thalamis profuſa cruentis
Languet iners; fruſtraque adnixa ingloria ducit,
Deſpicienda ſuis triſtem fine munere vitam,
Multa gemens caram nequicquam cernere palmam,
Miraturque pares operi. Miſererę trementes,
Exanimesque artus expes inferre ſepulchro
Ne renuas precor, atque æterna condere nocte.
Verum ubi vimineis illæſo corpore gens eſt
Faſcibus impoſita, ut docui, (35) feſtina pererrat;
Milleque, per totos repetito tramite ramos,
Irrequieta vias prenſat: Ceu cum vaga ſylvis
Serperet in patriis, cellas nec paſſa minores,

Ipſa

in iis præcipue corporibus, in quibus potior fluidorum maſſa, & liquor ille, quem vitalem appellant, non eum ſortitur colorem, quem ſanguis, prout vulgariter ſumitur, præferre ſolet. Prout enim ait *Conrad. Peier. Epiſt. ad Jo. Harder. Sanguinis eſſentia* non in purpura conſiſtit, neque carnis *in rubore: Unde quod tu lympham appellas, ego ſanguinem dixerim.* Scimus nempe ex *Villiſio, de Anim. Brut. c. 3.* ſanguineum colorem liquori vitali jam dicto non aliunde conferre, quam *a majori ſulphuris copia* (quæ tamen, juxta alios Auctores, experientia etiam docente, cum ſalibus volatilibus intime commixta ſit;) *hocque animalibus ipſis quoad molem & robur augendis præcipue deſtinari. Nam ubi ſanguis vel in copia mediocri eſt, ibi muſculi, viſcera, præcordia, cerebrum, ac ſenſuum organa completa magis ac robuſta exiſtunt.* Ideo cum Inſectorum pleraque, juxta citatum Auctorem, *ſulphure perexiguo conſtent*, ſed potius *ſpiritu ac ſale volatili abundent*, hinc eſt quod ſanguine non donentur rubicunda tinctura ſaturato, prout in aliis animalibus extat, in quibus ex analyſi ſulphuris copia major, ſaliumque volatilium quantitati plus proportionalis ineſſe deprehenditur.

(34) *Artis Apollineæ.* Apollineæ nomine non unica tantum Ars donatur: Apollinem enim, prout ex Homero & Orpheo tradit *Gyrald. Syntag. 7. Hiſt. Deorum, Citharœdum Deum putavit Antiquitas; deinde Medicinæ inventorem, ac ipſum etiam Medicum conſtituit; tum jaculatorem & ſagittarium; poſtremo Vatem & vaticinii Deum exiſtimavit.* Quæ ſingula Apollo ipſe de ſe prædicat apud *Ovid. Metam. l. 1.*

Per me quod eſt, quod eſtque fuitque
Eſtque, patet. Per me concordant carmina nervis, &c.
Certa quidem noſtra eſt (ſagitta) &c.
Inventum medicina meum eſt, opiferque per orbem
Dicor, & herbarum eſt ſubjecta potentia nobis.

Hoc loco nobis Ars Apollinea pro medica ſumitur, prout ſumpta fuit ab eodem *Ovid. Triſt. l. 3. El. 3.*

Nullus Apollinea qui levet arte malum eſt;

Et *Faſtor. l. 3.*

Vos quoque, Phœbeja morbos qui pellitis arte, &c.

Ideo vero Apollini facultas medica ſubjicitur, & *eidem attribuitur medendi poteſtas, quia temperatus ſolis calor morborum omnium fuga eſt*, ut inquit *Macrob. Saturn. l. 1.*

(35) *Feſtina pererrat.* Jucundiſſimum viſu eſt, poſtquam in faſces translati Bom-

Digitized by Google

Ipſa toros frondesque pares, ipſa aptior aulas
Optatumque larem caperet ſedesque ſupremas.
Jamque manent priscumque decus fervensque paternæ
Libertatis amor. Nunc ergo per ardua pernix
Culmina diſcurrit, nunc ſtipite conditur imo;
Aſcenditque iterum, rurſusque revertitur. Ingens
Circum tentat iter; patulas nunc tendit in oras,
Nunc interna petit, ſpiſſumque invadit acervum.
Aſt ſibi quæque viam revocato conſcia greſſu
Cum tandem elegit pecus, & ſua limina ſervans
Segnior incumbit loculis, tunc (36) cogere faſces
Gente graves, denſeque omnes committere perge,
Seu ſtabulo innixos, adverſo mole ſuperna
Acclines lateri, media ſeu vimine recto.
Surgentes cella; inque vicem ſe vertice fulti
Suſtineant pariter. Moneo, ſic condere præſtat,
Omnis hero ut pateat luſtranti animalia circum-
Quaque via, atque obſepta nimis ne forte latenti
Te fallat cavea, & ſe intro mus improbus abdat;
Obvia quippe juvant nullo quæſita labore
Furta avidum: Prædam ipſe latens molitur opimam;
Erumpitque audax, ſupremaque fata minatur.
Non ſic, (37) Maſſylo ſi quando egreſſa Leæna

Ore

byces fuerint, ipſos intueri celeri motu diſcurrentes, & nunc ad ſuperiores faſcium eorundem terminos, nunc ad partes imas properantes, rurſumque ad ſuperiores quendam veluti in orbem redeuntes; ex quo mira in hiſce animalculis ſolicitudinis cujusdam ſpecies apparet, qua idoneum quærentes locum ut ad Sericum emittendum ſe ſe apte componant.

(36) *Cogere faſces*. Cum univerſa Bombycum turba per jam dictos faſces aliquantum erraverit, & iisdem ſecure inſtare cæperit, ſumendi ſunt faſces ipſi; & qui prius ſejunctim diſpoſiti fuerant, in unum poſtea locum ſimul reponendi ſunt, invicemque jungendi. Solent autem ſeu contra parietem parumper inclinari, ſeu in ipſo ſtabuli medio reponi, recta quidem ſurgentes, ſed taliter, ut ſe invicem fulciant, & unus contra alterum aliquatenus adnitatur. Quæ quidem eosdem collocandi ratio potior eſſe videtur, magisque, quoties facultas detur, uſitata, ex eo præcipue quod ipſis hoc modo ſtantibus, faſ eorundem cuſtodibus eſt quaqua verſum & circum undique prout libuerit viæ perluſtrare; & quod ſic latebrarum minus inſtruitur, quibus infeſta animalcula ſe abdant, mures præſertim, qui dire in miſerrimos bruchos graſſantur, quoties tuto faſces poſſint invadere.

(37) *Maſſylo*. Maſſylia Africæ provincia in interiori Mauritaniæ parte, non longe a loco, in quo Hortos Heſperidum extitiſſe fabulati ſunt Poëtæ. Africam vero Leonibus aliisque beluis ferociſſimis abundare ſatis omnibus ex tot Auctoribus notum. Videatur inter cæteros *Solin. cap. 39.* Notæ quoque Leænæ præ reliquis ferocia eſt; communiterque dicitur ipſa Leone ferocior, præſertim ſi catulos habuerit; pro quibus *dum fœta dimicat*, inquit *Plin. l. 8. c. 16. oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula expaveſcat.*

Digitized by Google

Ore inhians antro, frendenti pabula proli
Undique torva legit, pavidasque per arva capellas
Aggreditur, jejuna acuens in vulnera dentes,
Dat ſtragem, ſupraque famem crudelior omne
Divexat delira pecus, beluasque hominesque
Terret, & innocuo perſtringit ſanguine campos.
Sævior ille venit, rabidas ſpirantia clades
Ora ferens thalamis; & præceps omnia late
Illapſus per caſtra ruit, direque cruentat,
Inſanoque furit vidua ipſa in vimina morſu.
Fata arcete ferum, noſtrisque avertite ab aulis.
Aſt tu furacem (38) compeſces improbus, ipſis
Ardua ſi ſtabulis jubeas illuceat atram
Pendula per noctem lampas, patriove camino
Fumoſi crepitent ignes & virgea flamma.
Tunc ſe ſe ille diu cœcis perterritus umbris
Occulit, & vacuus dire fœdo infremit antro;
Nec dubiis audet prodire in furta latebris.
Poſtquam præcepto ſteterint ſimul ordine faſces,
Circum lenta ſtruem cæſis olim ulmea ramis
Ingere (39.) ſarmenta, ac tumuli capita ardua comple.
Necnon & mediis interſita faſcibus apte
Adjicies eadem paſſim, reptantia late
Agmina ut excipiat campus. Mox addere molles

Præ-

(38) *Compeſces*, &c. Solent diligentiores ex noſtratibus, quo tempore ſolliculos condituri faſcibus Bombyces inſiſtunt, ad terrendos mures lampadem in cubiculo per noctes ſuſpendere, ſive alio modo patentem ignem aſſervare. Obſervant etenim, Mures ipſos, viſo lumine non mediocriter expaveſcere, dum reputant, dominum ibi aliumve quempiam, a quo ſibi timent, adeſſe. Amant ſiquidem noxiæ illæ beſtiæ ſilentium tenebrasque, ſic eas natura mirifice inſtituente, utpote quod tenebrarum maxime beneficio ad perpetranda furta ſuis e latebris ſecurius procedant. Hinc eſt quod inter mirabilia recenſet *Jo. Jonſton. Thaumat. Natur. Cl. 7. c. 27.* Murem illum, *qui tenendo candelam miniſtrabat lumen comedentibus ad præceptum magiſtri*; cum alioquin ſciamus ex *Plin. l. 10. c. 45. e volucribus Hirundines eſſe indociles, e terreſtribus Mures.*

(39) *Ingere ſarmenta.* Ramos ex Ulmo, eosque recenter lectos ex arbore, ac modico aliquot horarum ſpatio ſolaribus radiis expoſitos, ut folia non omnino, ſed parumper tantum exſiccentur, atque aliquantulum contrahantur. Hoc autem ideo præſtari ſolet, quoniam arboris hujuſce folia ſic contracta, cum ſubrotunda fiant, quandam veluti cellulam reddunt; qua libentiſſime Bombyces reconduntur, in iisque facilius ſuum opus perficiunt, folliculum apte illi fornici optime conformantes. Ulmeas autem frondes ad hoc inſervire præ cæteris uſu compertum eſt, quæ quidem tantillum ſolummodo exſiccatæ debent eſſe, quia ſi aridæ omnino ſint, nimis in ſe ſe convolvuntur, & in fruſtula abeunt prorſus inepta. Hujusmodi vero rami tum ſuper faſces ipſos injici, tum iisdem quoque interſeri ſolent.

Digitized by Google

Præstabit (40) cirros, facili quos abiete læves
Impellens runcina acie crisparit acuta.
Proh Superi! Magna minimos quam provida mente
Instituit natura greges! Jam callida fertur
Turba subire cavos, queis aurea fila recondat
Certatim loculos, atque apto fornice gestit
Delectas implere domos. Non lætior hausto
Rore, per Hyblæos resonanti examine saltus
Ad socias festinat apis dulcemque reverti
Progeniem, ac notis iterum se reddere (41) cellis.
Addere pura etiam nostræ mantilia matres,
Linteaque alba solent adducere vimina circum,
Atque omnem cautæ prorsus prætexere acervum.
Concluduntque vias, obscuro ut fornice pressa
Ocyus incumbat, ne incondita longius erret
Bombycum non cauta cohors, neu vellus aperto
Disperdat campo, vanumque ignara laborem
Urgeat infelix, & inanis devoret aura.
Jamque leves populi fistentis perligat artus
Certa quies, captaque cava decumbere gaudet
Abdita sarmentis acies, atque uberis alvi
Pignora, & optatum tandem profundere stamen.
Est illis medio complexus viscera ventre,
Artis opus miræ, scandens ad guttura (42) ductus,

Ore

(40) *Cirros*. Ligulas illas, quas ex abiegnis lariciisque asseribus dolabra seu runcina fabri lignarii deradunt, præsertim dum asseres ipsos ad rectam lineam student deducere, in qua derasione ligulæ ipsæ crispantur, ac perinde in cirratorum capillorum modum contorquentur. Ipsæ hæ pariter, non secus atque Ulmorum folia, propter configurationem & arcuatos loculos, quos exhibent, Bombycibus sunt gratissimæ; ab iisque illico & quasi certatim condendis follibus occupantur.

(41) *Cellis*. Cavis nempe favorum receptaculis, in quibus teneri Apum fœtus delitescunt; & ad quos Apes parentes collectum e floribus liquorem deferunt. Hoc vocabulo usus & *Virgil. Georg. l.* 4. ubi egregie favos ipsos eorumque eorundem usum describit:

Primæ favis ponunt fundamina, deinde tenaces
Suspendunt ceras: aliæ spem gentis adultos
Educunt fœtus: Aliæ purissima mella
Stipant, & liquido distendunt nectare cellas.

(42) *Ductus*. Vere mirum Naturæ, omnipotentis nempe Dei opus est in animalculis nostris vas illud, sive intestinum, quod *Ductus Sericus* appellatur; quo nomine gaudet, quia succum continet pro Serico conficiendo. Ipsum igitur Sericum intra se Bombyx ipse elaborat, defœcatumque ac perfectum ad os emittit, sive ad tenuem illam sub ore latitantem promuscidem, quam acutissimus *Malpighius* inibi se docet detexisse, veluti mentum pendentem, e cujus minimo orificio stamen protruditur. Ductus hujusce descriptio, quæ carmine hoc loco profertur, interpretatione videtur non indigere. Si quis optet plura, petat apud modo laudatum Auctorem.

Digitized by Google

Ore minor ſupero tenuiſque; at largius infra
Tenditur, & vario circum præcordia lapſu
Mille per ambiguos texit molimina gyros.
Hac via ſinceræ, cum alvo deferbuit, eſcæ,
Imaque cum putres hauſerunt inguina fæces,
Apta datur. Fulva mutatam aſpergine lympham
Mens (43) addicta loco, præluſaque viſcere virtus
Conformat (44) fibris, ac longo incedere filo
Imperat, inque auras minimo prodire meatu,

Qua

(43) *Mens addicta loco.* Poetice iſthæc dicuntur, & quadam relatione ad *Paracelſi* ſententiam, ejusdemque Archeos, aut Vulcanos, Lumenve illud per Auctorem eundem in omni corpore exiſtens & agens; quibus omnibus concinit *Helmontius*, *Ors. Medic. Tract. de Form. brtu*, & alibi: Item & relative ad phantaſias illas, quas *Helmontius* idem, *de Magnet. vuln. curat.* in omni ſubjecto ineſſe tradit, ipſis effectus omnes adjudicans, non modo naturales, ſed & eos, qui præternaturales videntur, & quos magicos aliquando vocamus. Secundum ipſum etenim *Succini phantaſia paleas ac feſtucas trahit:* Sic phantaſia poli magnetem, magnetis autem ferrum: Sic medicamentorum ſympathicorum phantaſia vulnera ipſa curantur. Ejusdem verba ex loco citato *n.* 140. referre libet; *Spiritus*, inquit, *qui ante aura atheria erat purior, inſtar lucis ſubtiliatur, mediamque ſortem inter corpora & non corpora aſſumit. Mittitur autem eo, quo voluntas ipſum dirigit, vel ſaltem quo innata ſpirituum ſcientia infallibilis, juxta ſcopos rerum agendarum, eundem mittit. Idealis igitur entitas itineri jam accincta, quodammodo lux, & quaſi non amplius corpus, nullis ſtringitur locorum, temporum aut dimenſionum imperiis. Ea nec Damon eſt, nec ejus ullus effectus, nec ulla ejus conſpiratio, ſed ſpiritualis quædam actio illius, nobis plane naturalis, & vernacula. Hanc qui bene capit ſophiam, facile intelliget, materialem mundum utrobique ab immateriali & inviſibili regi, & coerceri*, &c. Et *n.* 161. *Jam probe, opinor, intellectum eſt; ineſſe nedum ſanguini phantaſiam & appetitum magicum, ſed & humoribus, cibis, & excrementis.* Phantaſia igitur cujuslibet ex viſceribus in corpore animali humores per viſcus ipſum colatos, ſecundum hanc ſententiam, diſponi, dirigi ac tali donari habitu &c. dici poteſt. Hæc autem *Helmontii* opinio quantum ſanæ Philoſophiæ rectæque rationi conſentanea ſit, judicent alii. Mihi ſane hujusmodi archeis & phantaſiis naturalium effectuum cauſas velle reddere idem eſſe videtur, ac per ignotius ignotum aliquid explicare: Quocirca de ipſis apte dici poſſe arbitror, quod de ideis dixerat jam *Ariſtot. Metaph. l.* 1. *c.* 7. nempe; *qui ponunt ideas, primum quidem cum quærerent horum exiſtentium cauſas habere, cetera æqualia his numero attulerunt; veluti ſi quis numerare volens, cum pauciora exiſtant, arbitratur non poſſe, plura vero ea faciat, & ita enumeret:* Aut illud, quod adverſus aſſerentes, animas primo ſibi corpora in aptum domicilium diſponere, cecinit *Lucret. l.* 3.

At neque cur faciant ipſæ, quærere laborent
Dicere ſuppeditat; neque enim, ſine corpore cum ſint,
Solicitæ volitant morbis, algoque, fameque;
Corpus enim magis his vitiis affine laborat, &c.
Haud igitur faciunt animæ ſibi corpora & artus.

(44) *Conformat fibris.* Non aliter in minimis hiſce corpuſculis vitalia animaliaque peragi munera ſane credendum, ac in majoribus, quorum partes & organa clarius oculis ſubjiciuntur. Sicut igitur, ſecundum optimorum Philoſophorum ſententiam, ſanguis perenni motu variis in viſceribus exceptus, ibidemque ſeu glandularum ſeu foraminum ope veluti percolatus, in varios naturæ alterius, coloris-

Digitized by Google

Qua brevior tenui latitat (45) promuſcide callis,
Oraque ſuffulcit. Cæco ergo pectore vellus
Advocat aggeſtum Bombyx, exertaque prudens
Expuit in ramos adverſaque vimina fila,
Inferius (46) media deprenſis faſcibus hærens,
Aſt reliqua pendens mole; atque undantia ſemper
Colla urgens circum irrequieto vertice ducit.
Aſpicis implexam ſubito concrefcere maſſam,
Intexique toros (47): Fila undique, & undique telas
Viminibus pandi, atque obduci vellere folles.

Jam-

que atque uſus varii humores pertranſit, dum in eodem partes illæ, quæ ſibi reſpondentes poros invenerint, prout nonnulli exiſtimant, ſeligantur: Aut ſicuti cibus ipſe, e ventriculo in proxima inteſtina delapſus, per plurima foraminula, in ipſis a Natura ad hoc excitata, periſtaltico eorundem inteſtinorum juvante motu, ſecernitur, perque longam ipſorum ſeriem ſic defæcatur & aptus redditur, qui in commune chili receptaculum admitti poſſit; pari prorſus, aut non multum diſſimili ratione in Bombycis ſeu ipſo ventriculo, ſeu aliquibus potius Ductus Serici partibus talem adeſſe crediderim Organorum ſtructuram, qua ſuſceptus nutritius ſuccus idonee veluti percoletur, & per ipſius longitudinem variosque plexus elaboratus ac perfectus diverſo habitu compingatur, illamque tandem ſortiatur figuram, qua prodit. Cui operi conficiendo inſignem Ductus ipſius dimenſionem multum conferre jure creditur, cum non alia de cauſa tum aliorum animantium inteſtinis, tum huic ipſi Bombycis ductui tale conſtructionis genus donaſſe Natura videatur, quam ex eo quod opus erat, ut ſuccus magno & præcipuo operi deſtinatus non ſemel, neque uno tantum adminiculorum genere elaboraretur, ſed pluries ac diverſimode a pluribus diverſisque adminiculis, in ipſa talium viſcerum ſubſtantia aut cavitate optatis ac diſpoſitis conformaretur, rudioremque hoc modo & craſſiorem ſui molem parumper deperderet; non ſecus ac aureus alterius ve metalli baculus, ut in ſubtiliorem evadat, per nova ſemper minoraque foramina, Artis Naturam æmulantis induſtria, protrahi ſolet. Idem plane ad genitalis quoque ſeminis perfectionem maximam comparandam a Natura ipſa depoſci obſervamus: Pro ipſo namque elaborando tanta Teſticulorum atque Epididimydum vaſcula extenſione donari voluit, quamvis, mille quidem mæandris varie implexa & implicata, loci modicum occupent, quantam per eorundem anatomen licet inſpicere; cum juxta celebrem illum genitalium partium perſcrutatorem *Regner. de Graaf. de Viror. Organ.* &c. harum dimenſio quinque ulnarum longitudinem, illorum vero viginti facile excedat.

(45) *Promuſcide.* Vide adnotata ſuperius *n.* 42.

(46) *Inferius* &c. Adnotarunt hoc pariter diligentiſs. *Libavius* & *Malpighius*. Ille: *Hærentes pedibus poſterioribus, caput & totum pectus ſurſum, deorſum, ante, retro, ad latera varie movent, ſicubi ſeſe offerat commodus bombycii affigendi locus; nec viſu, ſed tactu hoc peragunt.* Et non multo poſt: *os, pectus, & anteriores partes in continuo ſunt motu; poſteriora hærent.* Hic vero non aliter: *Animal dimidium corporis, hoc eſt extremam alvum, immobiliter figit*, &c. *tunc reliquo corporis, capite præcipue, continuatis compreſſionibus ſtamen ab interioribus trahit. Ubi vero ulteriorem optat progreſſum, mutatis ſex anterioribus pedibus, quorum unguibus corporis moles ſuſpenditur, caput anterius proſtudit, cujus vario motu circumducitur ſtamen*, &c.

(47) *Fila undique.* Super faſces plurima conſpiciuntur filamenta, nonnullæque pariter telæ expanſæ, ſolliculis ipſis, qui præcipuum Bombycis ſunt opus, admixtæ.

Digitized by Google

Sicubi forte palus pingues limoſa vapores
Impulit, Ionio perſtringens cardine Phœbum,
Non totus ſubito integitur, ſed lampade triſti
Fulget adhuc, dubiaque nitet per nubila luce;
Hinc refugit ſenſim, tandem ſed cana tenebras
Injicit obverſo nubes jam plurima, & omnem
Depellit victo denſiſſima ſydere ſolem:
Haud aliter caveis primum dum ſtamina tentat
Figere, & implexis fundamina texere cellis,
Emicuit, laxa veluti ſub nube repoſtus,
Lanivomum populus; ſpiſſo mox vellere totus
Conditur, & cœcis alte (53) ſe noctibus abdit.
Nonnunquam & (54) geminos ſimul uno carcere claudi,
Atque agere innixos pariter ſociata videbis
Bombyces fila, & pulchra contendere laude.
Tertia lux operi debetur, & abdita quæque
Folle ſuo proles tegitur generoſa, nec ullam
Vimineis errare toris, ſummisque moveri
Faſcibus, & vano fallentem munere ſpectas.
Cuncta ſilent, aſt fervet opus. Suus omnia ſignat
Fila color, variansque orbes diſtinguit imago.

Sunt

derodere, inde autem in Aurelias tranſire pulcherrimæ formæ, colorisque prorſus aurei, e quibus non multo poſt elegantiſſimi prodeunt Papiliones, varia colorum pictura decorati. Eodem modo & Bruchorum, qui Braſſicas depaſcuntur, & aliorum variæ propaginis Inſectorum, quæ enumerare non eſt hic locus, transmutatio fieri identidem obſervatur, quibus nempe proprium ac ſpeciale eſt, ut folliculum non condant, nec organa ad Sericum, aut aliud conſimilis naturæ filum conficiendum gerant, ſic rerum ferente varietate, quæ non mediocriter delectari natura ipſa videtur. In iis autem Bombycibus, qui ſollem præter cæterorum morem non condunt, illud non ex earundem tali natura, ſed caſu procedere dicendum; ex eo nempe quod canaliculi, ſuccum ad filamenta efformanda deferentes obſtructi ſint, ſive aliquo alio vitio male affecti; aut quod ſuccus ipſe, quæcunque ea cauſa ſit, non eo elaboratus artificio fuerit, quo opus alioquin erat, ut per meatus & Serici Ductus adminicula apte exprimi poſſet.

(53) *Se noct. abdit*. Haud abſimiliter de Bombyce ipſo *Georgius Piſida*, *Opif. Mundi*:

Mortem obit ſuo in ſepulchro conditus,
Idem domicilium eligens tumulum ſibi.

quo ſenſu etiam dicitur *Job cap. 27. v. 18. Ædificavit ſicut Tinea domum ſuam.*

(54) *Geminos ſimul* &c. Eleganter *Vida l. 1.*

Quin & nonnullæ paribus communia curis
Aſſociant opera, & nebula clauduntur eadem.

Quinimmo & tres viſos teſtis *Liberius* eſt: *Alii animadverterunt in uno folliculo etiam duos, quin & tres incluſos fuiſſe. Veruntamen, cum anguſtior futurus eſſet locus, ſectus ille folliculus communis tribus eſt, & in eo inventi Bombyces coarctati, adeo ut ſpeciem trium digitorum conjunctorum retulerint.*

Digitized by Google

Sunt quos (55) alba juvant nitido rutilantia limbo
Stamina, virginibus ſemper gratiſſima noſtris:
Flavum alii molles traxere ab origine tegmen:
Sunt quæ ſulphureos oſtentent vellera folles;
Sunt & quæ virides. Varium depicta coruſcat
Turba ingens, & mille refert jucunda colores.
Utere tu cunctis dives: Sed, carmina ſi quid
Noſtra valent (nec vana feram) tu vellera præfer,
Candida quæ flavensque pari diſcrimine mixta
Anceps lana notat, noſtræque ſimillima carni.
Siſtere ut aggeſtis Bombycum examina ramis,
Nec patulas ultra gentes, ſed follibus altum
Compleri tumulum, (56) prætenſaque ſtamina cernis,

Den-

(55) *Alba*. Recenſentur hic varii folium colores, qui utplurimum occurrunt. Qualis autem futurus ſit Serici color, ex ipſo Bombycis colore fruſtra conjectari poſſe quis putet. Conſtat hoc experientia; nec aliter citatus *Libavius* animadvertit. *Putabam*, inquit ipſe, *ſpiceos flavum, albos album reddituros, ſed falſo; nam album ab utrisque promebatur. Semel atque iterum ſcopum attigi, & vaticinatus ſum, citrinam fœminam tale edituram filum, quale tamen etiam tractum eſt ab illo Bombyce, cujus venter albo-plumbeus erat, macula frontis flava*. Inter omnes autem folliculos variis coloribus inſignes, nulli, longo uſu docente, præſtantius dant Sericum, quam qui coloris carnei ſunt, villicis noſtris vulgo *Carnaſoni*. Inferioris autem notæ illi ſemper judicantur, qui aut flavi omnino ſunt, aut ad flavum colorem inclinant.

(56) *Prætenſaque ſtamina*. Præter ſtamina in orbes ac folliculos circumducta, univerſi ferme faſces aliis ſcatent ſtaminibus ac filamentis, iis nimirum, quæ a Bombycibus jam tumidis atque eructantibus primo jaciuntur, dum non adhuc ulli firmo loco ſiſtentes, ſtationem quæritant, in qua tandem ſeſe componant, & univerſam ſtaminis maſſam in orbem ducant. Plures etiam, præter volitantia, fluxaque ipſa ſtamina, conſpiciuntur ceu telæ quædam, quæ nonniſi fluentium vellerum confuſa agglomeratio ſunt, prorſusque rudis atque incompoſita textura, a male affectis Bombycibus, ideoque perfecte conſtruendo folliculo minus idoneis eo loci languide ſparſimque depoſita. Talia vellera, in telarum modum olim in ipſarum arborum foliis projecta fuiſſe credendum a plurimis hujuſce ſpeciei Bombycibus, etiam apud Indos & Seres, antequam ii populi tectis eosdem clauderent, ac cicurarent, itidemque adhuc projici & expandi ab illis ipſis, qui in iis adhuc aliisque regionibus reliqui libere divagentur, hominumque manus evaſerint. Quis enim credat, univerſam Bombycum progeniem noſtram in poteſtatem deveniſſe, & in vinculis quodammodo detineri? Ex ſuperius obſervatis autem, ſi bene capio, explicatur facillime illud *Virgil. Georg. l. 1.*

Velleraque ut foliis depectant mollia Seres.

Conciliarique poſſunt Critici ſuper hunc locum nonniſi ex naturalis hiſtoriæ minus recta, ut judico, cognitione acerrime digladiantes. Injuria quoque dicendus *Bevaldus Adnot. in Servium*, eidem objicere, quod citatum *Virgilii* locum perperam explicarit, quaſi Bombyces non apud Seras, ſed in *Aſſyriæ Inſula Co peculiariter* proveniant. Nec minus *Pauſaniam* cæterosque Serici fabricam per folliculos a Vermibus fieri referentes dixerim non adverſari *Solino*, *Straboni*, *Plinioque* præſertim *lib. 6. cap. 17.* ſcribenti: *Seres lanicio ſylvarum nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium cæſitiem*. Utroque modo ſiquidem Sericum fit, ut ex ſupradi-

Digitized by Google

Denſam (57) ſcinde ſtruem, atque implexos vellere faſces
Diſtrahe, & arrectos ſeorſum diſponere perge,
Ne fraudata die, atque (58) auræ non pervia moles
Forte ſitu madeat, pereantque animalia tabo.
Hic labor extremus. Spes nunc & maxima gentis
Fata diu ſolers colito, propiusque tueri
Perge laborantes animas. Ah! peſſima quantum
Sors miſeras vexat! Quot non placabile lethum
Abſtulit, ac tantæ diſcidit præmia curæ!
Non ego tot clades referam ſi ferrea vox ſit,
Si mihi ſint linguæ centum; non triſtia digno
Carmine complectar, varioque recentia letho
Corpora, & extremo fraudatas munere proles.
Illa immane ruens, tenui dum vimine geſtit
Serpere, & optatum ſublimi texere culmo
Tentat opus, truncis vitam ſuſpenſa reliquit,
Aut duro colliſa ſolo: Fluit inguine ſanguis
Disjecto, ſciſſisque torus conſpergitur extis.
Hanc via decepit, faſces compreſſa per arctos
Dum molitur iter. Terit hanc ferventior æſtus.

De-

ctis ſatis patet; quamvis revera quod e ſollibus educitur multo ſit illo præſtantius, quod ex modo relatis fluitantibus filamentis ac telis comparatur.

(57) *Scinde ſtruem.* Cum ſolles omnes jam conſtrui cæperint, omnisque Bombycum turba opus ſuum ſedulo jam aggreſſa fuerit, ita ut latentes intro bruchi non amplius intuentium oculis pateant, tunc faſcium compages diſtrahenda eſt, & faſces ipſi ſejunctim alter ab altero reponendi ſunt, ut inter circumque ſingulos aer libere perfluere poſſit. Alioquin etenim incluſi Bombyces, qui opus adhuc non abſolverunt, aut aeris irrigatione deſtituti ſuffocarentur, aut concitato inde æſtu, quod non infrequenter accidit, forte contabeſcerent, & operi conficiendo invalidi prorſus fierent. Mirum ſiquidem eſt quam mollia & delicatula animalia iſta ſint, & quot noxiarum impreſſionum affectionumque generibus pateant. Præter id, quod hoc loco notatur, alibi jam per hæc carmina, perque haſce Adnotationes non ſemel hujuſce rei mentio facta eſt: Et ſane nunquam verbis fieret ſatis, ſi Bombycum ſingula diſcrimina totque triſtia ac lethalia fata recenſerentur. Liceat illud addere, quod paucis ab hinc annis obſervare contigit ſuper pluribus folliculis, quos ad me Brixia transmiſit Vir. Cl. *Julius Antonius Averoldus*, Patritius Brixienſis, nuper fato functus, apud quem Liberalium Diſciplinarum ſtudia honore maximo ſemper fuere. Continebant illi Bombycum bruchos, nondum in Aurelias immutatos, dura quadam tartareaque, ac veluti gypſea ſubſtantia compactos, & ceu, prout communiter dicitur, lapidefactos. Idem phænomenon etiam in pago quodam Cremonenſi contigiſſe auctorem habemus *Cl. Vallisnerium*, *Natural. Obſerv. I.* Venetiis edita *A.* 1708. In Cremonenſibus illis quinimmo notatu dignum fuit, quod non Bruchi tantum, ſed & Papiliones ipſi in nonnullis eorum obdurati pariter ſunt reperti. Videatur laudata *Obſervatio*, ubi Auctor egregius acutiſſime rem perpendit, & cauſas doctiſſime de more perveſtigat.

(58) *Auræ non pervia.* Animalium omnium aliarumque rerum ferme vitam

Digitized by Google

Deficit illa animis, longo perculsa labore.
Est quæ impura bibens putri de fronde venena,
Infelix lentam differt in vimina mortem.
Ast cui prona favent, viresque animosque ministrant
Numina dextra pares, jacit eruta stamina faustis
Ominibus, densoque casam sibi cortice texit;
Lanigeroque (59) iterum ac rursus munimine firmat.
Nec requies operi, nisi laverit æquore currus
Bis quater, (60) ac pariter sol fulserit aureus ortu.
Ergo agite, ingentes animis, dulcissima terræ
Euganeæ soboles, summos audete labores,
Lanifici fœtus; omnesque intendere vires
Audeat impatiens generosum pectus, & ingens
Gentis honos, patriæque vocet vos gloria laudis.

Jam

aut perfectionem ex aere non modo inspirato ac respirato sed etiam circumfluo sine dubio pendere jam adeo patet, ut non ultra probandum videatur. Revocari huc possunt quæ *n.* 25. & 71. ad *Lib.* 1. dicta sunt; quibus pro coronide addi possunt experimenta, quæ Boylæanæ machinæ adminiculo ad veritatem confirmandam tam luculenter exhibentur, iis incassum contra latrantibus, qui effectus illos in eadem contingentes ad Vacui referunt metum, quo Naturam laborare tam inaniter contendunt. In ipsa etenim Machina, ut jam notum, præter alia innumera varii generis experimenta, quibus omnibus Aeris natura & vires tam clare percipiuntur, si vivens Animal reponatur, ipsum, prout ex eadem Aer educitur, suffocationem perpeti incipit, donec, evacuato, si libeat, prorsus receptaculo, prorsus intereat. Deficiente siquidem externi ambientisque Aeris pressione, internus Animalis ejusdem Aer vim, qua maxime pollet, elasticam totam sic exerit, seseque in adeo magnam explicat molem, ut Animalis ipsiusmet viscera ipsi ferendo non sint: Qua ratione etiam, si vesica pariter aere plena in eadem Machina reponatur, exsucto aere, sic ipsa distenditur, ut nonnunquam disrumpatur. Quæ atque alia plurima non semel mihi, summo cum gaudio, & ad majorem semper veritatis gloriam, contigit intueri apud *Cl. Bernardinum Zendrini*, Virum non Medica tantum facultate, sed & Mathematicis Disciplinis inter primos instructum, perelegantis Machinæ ope, ad id e Germania in Urbem nostram accersitæ studio ac liberalitate singulari Viri præstantissimi *Christini Martinelli* Patritii Veneti, cujus incomparabiles ingenii morumque dotes, & in unoquoque Scientiarum genere solertiam maximam mearum non est virium hoc loco præconiis celebrare, cum tanti Viri nomen tum Literatorum omnium animis sedeat, & plurium jam monumentis sit immortalitati commendatum.

(59) *Iterum ac rursus.* Pluribus tunicis singuli folliculi constant. *Quædam*, inquit *Libavius*, *vellera diduxi in duodecim, quædam in octo plus minus exiles tunicas.* Ipsum vero unius bombycii filum juxta eundem Auctorem, *continuum lineæ præscriptæ* (uncialis circiter) *longitudinem septies millies, in alio octies implevit, & amplius.*

(60) *Bis quater*, &c. Post tres circiter quatuorve dies stamen aut omne, aut majori ex parte videntur Bombyces effudisse, sollemq; perfectum construxisse. Per aliquot adhuc tamen dierum curriculum fila eructare ipsi perseverant, opusque perfectius elaborant, atque absolvunt. Solent idcirco nostrates ociduum fere semper expectare, antequam fascibus ad colligendos folliculos manus admoveant; namque, prout ipse adnotavit *Malpighius*, *resiccato flamine solidior redditur folliculus.*

Digitized by Google

Jam fœtos laxate ſinus, jamque ubere lætæ
Velleris exundent aulæ: neu fallite magnas,
Ah, ſpes, noſtrasque haud viles quæ munera curas
Digna decent. Matrum vos pignora caſta precantur;
Expectant vos turba nurum; noctesque diesque
Deficiunt votis, atque anxia faſcibus hærent.



Digitized by Google

LIBER TERTIUS.

NUNC quoque gentis opes, fœcundaque velleris aurei
Munera, & aggeſtis undantes meſſibus aulas
Dicamus. Miranda gregis ſpectacula noſtri
Emerſere iterum. (1) Danaes quis laudet avaræ
Nunc thalamos auro irriguos, imbremque valentem?
Quis nemora (2) Heſperidum rutilis (3) fallentia pomis?
Auriferove fluens quas Indus flumine (4) Ganges,
Quasve trahit dives flavas Pactolus arenas?

Ma-

(1) *Danaes*. Nota eſt fabula Danaes Acriſii Argivorum Principis ex Eurydice filiæ, de qua Poetis fictum, quod ab Jove in aureum imbrem converſo compreſſa Perſeum genuerit; quare de ipſo *Ovid. Metam. l. 4.* cecinit,

Quem pluvio Danae conceperat auro.

Tota Danaes fabula legi meretur apud *Horatium*, *Carm. l. 3. Ode 16.* quam ex profeſſo ipſe ibidem allegat, ut quanta ſit ad pudicitiam ipſam expugnandam auri munerumque vis exemplis oſtendat. Quæ ab eodem eo loco prolata ſunt, conſonant iis omnino, quæ infra *n.* 12. adnotabuntur.

(2) *Heſperidum*. Heſperides ſorores tres, Heſperi filiæ, Atlantis nepotes, fabularum monumentis antiquitus celebratæ. Traditum ſiquidem, Hortos ipſis fuiſſe in Africa, in quibus arbores aureis fœcundæ pomis extiterint, quorum cuſtodiæ Draco perpetuo vigil excubaret, ne a quopiam colligerentur; quem inde Hercules interfecerit, pomaque aurea ad Euryſtheum tyrannum attulerit. Fabulæ hujus allegoriam affert *Voſſius de Orig. ac progr. Idol. l. 2. c. 15.* per Heſperidum hortos intelligens ipſe Stellatum Cœlum; per poma aurea, Stellas ipſas; per Herculem pomorum raptorem, Solem lumine ſuo lucem Stellarum, quæ & Heſperides vocatæ olim, perſtringentem, &c. Plura ſuper aurea Heſperidum mala videri poſſunt apud eruditiſſimum *Salmaſ. Not. in Solinum*; nec minus conſuli merentur, quæ ſuper ipſis affert Cl. *Spanhem. De præſt. & uſu Numism. Diſſertat.* 4.

(3) *Fallentia*. Fallebant utique poma illa ſpectatores, cum ab illis, quos alioquin colore aſpectuque pulcherrimo alliciebant, nunquam colligi poſſent, propter ſolertem nimis Draconis excubantis cuſtodiam.

(4) *Ganges*. Indiæ fluvius magnus ac celebris, ſacris in Bibliis *Phiſon* dictus; Pactolus autem, qui hic quoque inde memoratur, Lydiæ in minore Aſia provinciæ pariter fluvius. De utroque antiquis Scriptoribus communiter traditum, quod auro fluant, ſeu arenas aureas trahere ſoliti ſint, quod & de Hermo in Lydia, & de Tago in Luſitania prædicatum obvium eſt adnotare: Unde *Juvenal. Sat. 14.*

Quod Tagus, & rutila volvit Pactolus arena.

Aureas autem fluminibus hiſce arenas eſſe dictum inde credendum eſt, non quod illæ revera aureæ ſint, ſed quod auri ramenta quæpiam ſecum fortaſſe deferant, dum terras illas præterfluunt, in quibus auri fodinas ac venas eſſe certo ſcimus, quales ſunt Luſitania & India ſuprarelatæ: Quare de ipſo Gange, ſeu Phiſon, dicitur *Geneſ. cap. 2. v. 11. ipſe eſt, qui circuit omnem terram Hevilath, ubi naſcitur aurum.* In Lydia quoque auri venas fuiſſe inde conjectare quis poſſit, quod Lydi populi primi aurum argentumque ſignaverint, teſte *Herod. l. 2.* Advertere hoc loco tamen præ-

Digitized by Google

Macte igitur; claro tandem succeſſit olympo
Fauſta dies, alboque adeo ſignanda lapillo,
Qua longi lætere diu mercede laboris,
Solicitoque graves depellas pectore curas.
Arva modis reſonent, lætoque (5) celeusmate turbæ
Conveniant, dulcesque (6) jocos & carmina pangant.
Teque Palen divam reſonent ſacrosque Penates,
Vosque loci (7) Genios; præſens & te omine nomen
Fau-

ſtat, de pecunia ſignata, & quidem argentea, mentionem fieri temporibus uſque Jacobi Patriarchæ, anno ſcilicet ante Chriſtum 1750. circiter, *Geneſ. c.45. v.22.* Cæterum quorundam fluminum arenæ aureæ idcirco etiam dictæ ſunt, quod flavi ſint coloris, & ad aureum inclinantis, cujusmodi & Iſtri, ſeu Danubii, eſſe feruntur: Unde *Virgil. Georg. l.3.*

Turbidus, & torquens flaventes Iſter arenas.

(5) *Celeusmate.* Celeusma, ſeu Celeuma, prout nonnullis legere placet, at minus recte, prout videtur *Macro Hierolex.* in voce *Scenopegia*, proprie clamor nautarum eſt, quo ſe invicem ipſi, vel celeuſtes ipſos hortantur ſigno, quod tibia olim aut pertica, ſeu pertiſculo, ut ait *Calcagninus de re Navali*, vel etiam, ut verbis utar *Cl. Pignorii*, *Lib. de Servis* ex *Aſconio*, *per aſsam vocem, hoc eſt ore prolatam, &, ut in Argo navi, per citharam dari ſolebat.* Ad ſignum hoc reſpexit *Martial. Epigr.67. l.3.* dum ait, pigros nautas increpans,

Lentos tingitis ad celeusma remos.

Hac autem voce innuitur etiam eorundem nautarum canticum, quo, prout ait *Aſterius* Amaſeæ Epiſcopus, a *Sirmondo*, *Not. ad Sidon. l.2. epiſt.* 10. relatus, *navigationis tædium conſolantur.* Quare *D. Paulin. de reditu Nicetæ:*

Navitæ læti ſolitum celeusma
Concinent, verſis modulis in hymnos,
Et piis ducent comites in æquor
Vocibus auras.

Significatur item lætus nautarum eorundem clamor, cum, procul viſo portu, finem navigationis feſtis vocibus conclamant. Ideo *D. Hieronymus*, *Epiſt. ad Heliod. Lætantium more nautarum epilogi celeuma cantandum* eſt. Hoc loco transfertur hæc vox a nobis ad ſignificandum cujuslibet lætitiam agentis turbæ clamorem.

(6) *Jocos.* Dicteria, jocos, carminaque effundere Veteribus uſu maximo fuiſſe ſcimus, non tantum per cujuslibet lætitiæ tempora, ſed & in triumphis, & in ipſis ſacris peragendis. Legimus idcirco apud *Virgil. Georg. l.2.*

Ergo rite ſuum Baccho dicemus honorem
Carminibus patriis, &c.

Libro quoque primo cecinerat jam Auctor idem:

Cereri torta redimitus tempora quercu,
Det motus incompoſitos, & carmina dicat.

Item & apud *Columell. l.10. de cultu Hort.* legitur

Omnia plena jocis, ſecuro plena cachinno.

In triumphis autem locum jocos pariter habuiſſe conſtat ex *Dionyſ. Halicarn. lib.7.* ex *Livio l.4.* non uno loco, ex *Plin. Hiſt. Nat. l.19. c.8. Sueton. in Cæſ. c.49.* aliisque pluribus. Quocirca *Anon. Paneg. Conſtant. c.18. cum interim*, inquit, *ut ſunt joci triumphales, rideretur geſtantis* (Tyranni caput) *injuria*, &c. In Sacris denique jocos uſitatos olim, præter ſuperius dicta, teſtimonio ſit præ cæteris *Phurnut. de Nat. Deor. c.28.* cujus hæc verba: *Verno tempore Cereri ceſpitem & herbas ſacrificant, multis cum jocis, & gaudiis*, &c.

(7) *Genios.* Singulis hominibus, ab ipſo ſtatim eorundem nativitatis die, Deos quosdam adjungi minoris notæ, ſeu Mentes quasdam eminentiores, aut Dæmones, prout nonnulli loquuntur, veteribus non Poetis modo, ſed & Philoſophis virisque ſapientibus creditum. Ex illis autem, qui maribus præerant, Genii vocabulo, qui

vero

Digitized by Google

Fauſtum (8) Averrunci. Stimulos ferventior (9) Evan
Sufficiat, pateræque Deo libentur opimæ;
Et multo exundent ſpumantia labra Falerno.

Jamque

vero fœminis, Junonis nomine appellatos fuiſſe tradunt Auctores, quos videre eſt præſertim apud *Politian. Miſcellan. c.* 89. Non hominibus ſolis vero, ſed & urbibus, & montibus, vallibus, lucis, compitis ipſis, fontibusque talia adjudicata Numina illi probe norunt, quos Antiquitatis monumenta non latent, inter quæ occurrunt nomina Deorum Topicorum, Tutelinorum, Tutaneorum, &c. de quibus fuſe pertractant inter cæteros *Macrob. l.* 3. *Saturn. c.* 4. *Gyrald. Syntag. Deor. Paulus Merula l.* 5. *Memorab. c.* 10. Compitalitii idcirco ludi celebrari menſe Decembri ſolebant per vicos & vias, in Geniorum honorem, quos & Lares publicos dictos adnotat *Kipping. Antiq. Roman. l.* 1. *c.* 4. Exprimebantur autem hi Genii per ſimulachra exhibentia nonnunquam mediæ ætatis viros, nonnunquam puerili ſeu juvenili facie, ut tradit *Gyrald. Syntag.* 15. capite Platani foliis ornato, manuum altera pateram, altera ſpicas ſeu cornucopiæ præferentibus. Docent hoc nos Nummi, in quibus obſervantur inſuper Genii, tum Fortunæ habitu, muliebri nempe figura, dextra Temonem, ſiniſtra cornucopiæ gerentes; tum mulieris imagine, capite turrito, quo urbium præcipue Genii exprimi ſolebant. Conſuli poſſunt ſuper hoc Antiquarii. Plurimi autem Nummi, Genios typis variis exprimentes, videantur, ſi lubet, apud eruditiſſimum *Vaillant*, Libro præſertim *de Numismatibus in Coloniis*.

(8) *Averrunci*. Quæ non compoſita ſunt priſcis Ethnicis Numina? Etiam Averruncum finxerunt Deum, qui mala depelleret, & averruncaret, hoc eſt averteret, ut tradit *Varro de Ling. Lat. l.* 6. Mentio fit idcirco Deorum *Avertentium*, & *Depellentium* apud *Turneb. Adverſ. l.* 17. *c.* 4. ex *Perſii Sat.* 5. Apud Græcos autem illud præſtare credebatur Mercurius; apud alios autem Apollo, Hercules ac Jupiter ipſe. Mentionem facit Averrunci Dei & *Gellius l.* 5. *c.* 12. necnon & Robigi, cui quoque cultus olim præſtabatur, ne rubigo campis & ſegetibus damnum inferret. De variis hujuſce generis Numinibus, ac de ſolemnibus eorum ſacris plura extant apud eruditiſſimum *Briſſonium*, *de Form. P. R. l.* 1. Conſuli meretur etiam *Apulejus*, *Libro de Deo Socratis*, ex quo colligere licet, etiam Averruncum Deum inter illos Dæmones reponendum, qui *hominibus in vita agenda teſtes*, *& cuſtodes* a Platone, Socrate, cæterisque ejus ſectæ Philoſophis non irrationabili ſententia dicebantur. Erat enim *Deus iſte*, inquit ille, *in rebus incertis proſpectator*, *dubiis præmonitor*, *periculoſis tutator*, *egenis opitulator*; *qui tibi queat tum in ſomniis*, *tum in ſignis*, *tum etiam fortaſſe coram*, *cum uſus poſtulat*, *mala averruncare*, *bona proſperare*, &c. Et paulo poſt: *Non igitur mirum*, *ſi Socrates*, *vir apprime perfectus*, &c. *hunc Deum ſuum cognovit*, *& coluit*; *ac propterea ejus cuſtos*, *& prope*, *ut ita dicam*, *par contubernio & familiaris*, *cuncta*, *quæ arcenda ſunt*, *arcuit*, *quæ cavenda*, *præcavit*, &c. Conſule ſis *Lactantium Divin. Inſtit. l.* 2. *c.* 15.

(9) *Evan*. Fuit hoc ex Bacchi nominibus. Scimus autem nil uſitatius fuiſſe, & adhuc fere nihil eſſe lætitiæ tempore quam vinum, nullaque re magis quam ipſius ope gaudium exprimi: Vim etenim ipſum dicitur inferre mentibus, ideoque Vinum appellari. Quapropter *Horat. lib.* 1. *Ode* 37. dum ad lætitiam hortatur, canit,

Nunc eſt bibendum, *nunc pede libero*
Pulſanda tellus, *nunc ſaliaribus*
Ornare pulvinar Deorum
Tempus erat dapibus ſodales.

Et *Columell. l.* 10.

Et te Mœnalium, *te Bacchum*, *teque Lyæum*
Lenæumque patrem canimus, *ſub tecta vocantes*;
Ferveat ut lacus, *& multo completa Falerno*
Exundent pingui ſpumantia dolia muſto.

Digitized by Google

Jamque aptos nitidis cura ingens cogere qualos
Viminibus, calathosque leves, & conſcia magni
Proventus cola. Hinc blandas ad ſepta puellas
Et pueros famulosque omnes concurrere largus
Annue: Fas vetito nuper modo limine cuique
Gaudere, atque opibus ſaturari oculosque manusque,
Et prenſare diu, & ſpoliis ornare lacertos.
Implexo hinc gravibus pendentes ſtamine folles
Faſcibus, ac denſis capies glomeramina ramis;
Implebisque ſinum atque onerabis mole caniſtros.
Prima (10) tamen, jubeo, tibi ſit ſecernere cordi
Delectu ex omni ac pinguis præſtantia gazæ
Munera, quæ pronus templis inferre Deorum
Inprimis, curvisque (11) tholis ſuſpendere perges.

Liba

Ideo & *Tibullus* de vino ait *Lib.* 1. *Eleg.* 8.

Ille liquor docuit voces inflectere cantu,
Movit & ad rectos neſcia membra modos.
Bacchus & agricolæ magno confecta labore
Pectora triſtitiæ diſſoluenda dedit.

Sic apud *Virgil. Æneid. l.* 1. Dido Regina Trojanos læta ſuſcipiens hoſpitio, ſumpta patera, inquit:

Adſis lætitiæ Bacchus dator, & bona Juno.

In ſacris quoque Libris non uno loco vini uſus ad lætitiam commendatur. *Proverb. c.*31. *v.*4. *Date ſiceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro ſunt animo: Bibant, & obliviſcantur egeſtatis ſuæ.* Non aliter *Eccleſ. c.*40. *v.*20. *Vinum & Muſica lætificant cor,*

(10) *Prima* &c. Congruum utique judicatur rerum primitias illi offerre, a quo omnia proceduut, & cui omnia pariter debentur, inſuper etiam & *pro lætiore frugum proventu*, ut inquit *D. Ambroſ. de fide Reſurrect.* a quo primitiæ dicuntur *Sacrum munus pro omnibus, & quaſi reparatæ quædam liba naturæ.* Morem autem ipſas Numinibus offerendi ſemper Antiquis ſervatum legimus. De Romanis tradit *Plin. Hiſt. Natur. lib.*18, *c.*2. *quod ne deguſtabant quidem novas fruges aut vina, antequam Sacerdotes primitias libaſſent.* Quod Græcos vero novimus ex *Porphyrio de Abſtin. l.*4. apud *Meurſium, Themid. Attica l.*1. *c.*1. Triptolemum, inter cæteras Atticis leges datas, illam tuliſſe, quæ jubebat *Deos honorare, & Heroas indigenas communiter ſecundum leges patrias, ac privatim pro virili, cum fauſta apprecatione, fructuumque primitiis ac libis anniverſariis.* In Lege Veteri autem maxime uſum hunc viguiſſe, & nonnunquam de præcepto quidem, patet primum ex *Exodi c.*23. *v.*19. ubi ex Dei juſſu mandatum legitur: *primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui:* Deinde vero ex *Levit. cap.*23. *v.*10. & 15. item ex eodem *Levit. c.* 2. *v.* 14. &c. ubi ritus offerendi deſcribitur; tandem ex *Numer. c.*18. *v.*13. aliisque ex locis: Unde & in *Proverb. Libro c.*3. *v.*9. dicitur: *Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da ei.* Durat adhuc in Lege Nova apud aliquos Chriſtianorum uſus primitias ad templa deferendi, altaribusque appendendi, ſpicas præſertim Triticeas, & ipſos Bombycum noſtrorum folliculos, prout pluribus in Eccleſiis ac Sacellis obſervandum occurrit.

(11) *Tholis.* Tholi, qui & Trulli ab aliquibus nominatur, Templorum fornices ſunt, ſeu teſtudines, quas & cupulas legimus appellatas. Cum ipſis autem confunduntur, pariterque accipiuntur Tribunæ, quæ ſimiliter quidam fornices ſunt in Templorum muris. Hiſce, ſeu tholis, ſeu tribunis, ſuſpendi olim ſolebant dona: Quare Niſus ille apud *Virgil. Æn. l.*9.

Digitized by Google

Liba decent Superos, (12) gaudent & Numina donis.
Aſt reliquam cautus condes ſuper horrea meſſem
Supremo ſervandam operi. Complentur opimis
Ipſæ iterum ſpoliis tegetes tabulataque nota.
Tum nitida floreas ulva, tum lintea pura
Suppoſuere aurus. (13) Latum aſt levis occupet æquor
Maſſa ingens; multumque cave ne denſior alto
Procubet, ac ſe forte premens deſudet acervo.
Fervet enim ſubito, atque immani impellitur æſtu
Lana tenax, fœtusque latens citus excutit artus
Flamine perfuſos nimio, immaturaque tentat
Prodire in fata, & lethales luminis auras.
Ah! Jam tota perit (miſerum & lachrymabile dictu!)
Tantarum ſpes dives opum; nam cortice læſo
Vilior optato teritur ſine munere follis;

Inva-

Si quæ ipſe meis venatibus auxi
Suſpendive tholo, aut alta ad faſtigia vexi.

Cæterum omnia Templorum loca, quibus aliquid loco muneris ſigi poſſit, recte Tholos vocari auctor eſt ex antiquo Gloſſographo *Barthius* ad illa *Statii Theb. l. 2. v. 734. figamque ſuperbis Arma tholis.* Dona vero ibi ſuſpendi ſolita varii generis erant. Primitiæ e. g. rerum omnium, frugum præſertim; Arma emerita, cum miles quis aut a prælio incolumis reverteretur, aut militare curriculum confeciſſet; & alia. Sic catenas deferebant eo loci ſervi in libertatem vindicati. Item ad gratiarum actionem propter depulſam a quopiam corporis membro labem aliquam, ſolebant qui convaluerant membri ejusdem imaginem templis inferre: Quem morem donaria appendendi imaginem referentia partium ſaluti reſtitutarum, a Chriſtianis receptum quinto demum poſt Chriſtum ſæculo tradit ex *Theodor. & Therapeut. Hoſman. Constant. Lex. Univerſ.*

(12) *Gaudent & Numina donis.* Dicuntur Dii ipſi donorum viribus cedere, juxta illud tritum:

Munera, crede mihi, placant hominesque Deosque;
Placatur donis Jupiter ipſe datis.

Hinc *Juvenal. Sat. 6.* cecinit:

Scilicet eſt tenui popano corruptus Oſiris.

Et *Horat. l. 3. Od. 16.* de auri adeoque munerum potentia:

Aurum per medios ire ſatellites,
Et perrumpere amat caſtra, potentius
Ictu fulmineo, &c.

Quocirca *Proverb. c. 21. v. 14.* legitur: *Munus abſconditum extinguit iras; & donum in ſinu indignationem maximam.*

(13) *Latum* &c. Folles, qui ſeu negotiationi ſeu operi ſerico deſtinantur, poſtquam collecti fuerint, deferri ſolent in locum aptum, nitidum, & aeri pervium: Sic autem reponi debent, ut non acervatim agglomerati ſe premant, ſed lato ſpatio quantum fieri poſſit diffundantur. Secus ſi fiat, æſtuant invicem tenaciter adhærentia eorundem vellera; nimioque excitato inde calore, intro latens Papilio, terebratis follibus, repente atque immature prodit. Exinde vero collecta gaza prorſus evertitur: Folliculi ſiquidem Papilionis egreſſu terebrati ac perforati, inepti fiunt optimo ſerico reddendo; nam & cum aqua fervente domitantur, ut dicetur infra, merguntur, nec diducendum filum omnino præbent, cum ex foramine excitato diſrumpatur, diſcontinueturque ſeries illa ſtaminis, quæ ad perfectum Sericum conficiendum eſt apprime neceſſaria. Ut effugiatur autem immaturæ illius eruptionis diſcrimen, folles ipſi, paucis poſtquam collecti fuerint diebus, æſtivo

Digitized by Google

Invalidumque dabit vellus, telasque minores,
Despectus domino, ac (14) plebejo dignus amictu.
Nec minor interea (15) folles seponere cura
Impendenda, novam valeas queis pangere prolem,
Ac reparare genus, largeque cavere futuris
Temporibus. Nostræ manet immortalis origo
Gentis, & æternum durat labentis in ævum
Bombycis semen, post ipsaque funera vivit.
His pariter stimulos Natura, his indidit ignes,
Connubiumque optare dedit, sobolisque creandæ
Gaudia, & ad seros transmittere fata nepotes.
Fœmina (16) masque (illis facies nec promicat una)

Folle

Soli, si torrentior sit, rari admodum collocati atque dispositi subjiciuntur, aut in furnum immittuntur, ut Papiliones ipsi, qui mediocri alioquin calore afflati nascerentur, nimio illo perculsi atque ustulati intra ipsum folliculum moriantur.

(14) *Plebejo.* Viliori nempe, ac multo minoris pretii; ex follibus enim perforatis nonnisi illud conficitur Serici genus, quod vulgariter nobis *Bavella* vocitatur, prout adnotavit sub initium nobis laudatus *Com. Sylvestri, ad Juven. pag.* 105.

(15) *Folles seponere.* Præcipua post collectos e fascibus folles cura sit quendam ipsorum numerum accurate seligere, ad prolem inde pro sequenti anno eliciendam. Hoc modo sane Bombycum genus nullo dispendio, minimo incommodo, maxima quinimmo utilitate propagatur, & quantum libeat continuatur. Alioquin apud alios quæritanda sunt semina, dubiæ sane stirpis, atque indolis semper suspectæ. Numerus autem follium, quos asservare mens est, ad libitum sit curatoris ac domini, & juxta majorem minoremve Bombycum copiam, quam ipsi sequenti anno alere cupiant, atque educare. Cum igitur e Papilionibus fœminis unaquæque ovulorum vim maximam parere soleat, hinc fit ut mediocris follium numerus satis esse possit ad ingentem Bruchorum turbam excitandam. Quid autem pro ipsorum follium delectu rite instituendo præstandum sit, inferius *n.* 18. dicetur.

(16) *Fœmina, masque.* Bombycum Papiliones, quemadmodum & Insectorum aliorum, sexu distingui citra dubium est. Dubitari autem potest, utrum eorundem Bruchi sexu differant; quæ dubitatio inde oritur, quoniam non desit inter recentiores Auctores, qui sexuum diversitatem in Bombycibus neget. *Malpighius* equidem, quo diligentius nemo neque felicius Bombycum anatomen pertractavit, varietatem illam aut non adnotavit aut non palam fecit; eam tamen supponere videtur cum de Papilione fœmina scribit, *oblongo pollet corpore, ita turgido, ut multiplices zonas glabras, transversum corporis ambientes exhibeat, quæ nihil aliud sunt, quam annulorum portiones, quæ olim in Bombyce in rugas contractæ sub annulis latitabant, & in Aurelia sursum revolutæ corporis molem breviorem reddebant.* Ex hisce facile conjectes, Virum doctissimum partes quasdam in Papilione jam admittere, quæ in Brucho olim extiterant. Idem sentit *Purchot. Instit. Philos. Phys. P. 2. sect. 2. c. 3.* ubi de Araneis, de quibus & inferius, *n.* 30. verba fient, pertractans inquit: *Putat idem Vir doctissimus* (D. Bon) *androgynas esse Araneas, seu utrumque sexum in se continere, secus atque in Bombycibus observatur, in quibus sexus plane sunt distincti.* Ex *Libavio* autem valde sensibilis ac patens in Bombycibus sexuum diversitas esse videtur; ait enim, cum de ipsorum phænomenis post quartum somnum conspicuis loquitur; *fœminas a maribus distinguere hic jam queas, si attentus sis: Evenit enim & in his, quod de aliis fœminis scripsit Philosophus, ut scilicet sint majores & pinguio-*

Digitized by Google

Folle ſuo latitant. Tereti producitur orbe
Cella (17) mari gracilis; breviorem fœmina præfert
Sed tumido fœcunda parens, atque inguine vellus
Impellit, longeque cavo ſe fornice monſtrat.
Ergo alacres certo ſexu ſepone jugales,
Pronuba queis Juno quondam faveatque vocatus
Lætus Hymen. Folles quamvis non larga reponat
Docta manus, late populi naſcentur, & omnes
Complebunt ſedes monumentaque nota parentum,
Succedentque novis, tanto his fœcundior alvus,
Uberaque ingentes ſpondebunt munera turbæ.
Nec temere cogas numero contentus inerti.
Elige (18) namque ipſo ſummi quos vertice culmi
Condiderit primum ſoboles audacior; & quos
Stamine conſpicuos lævi lux alta colorat;
Et queis multijugo prædurum eſt cortice tegmen:

Nec

res, humidiores, molliores, candidioresque manibus, qui ſunt auſteriores, maculis lividioribus, tenuioresque, &c. Et hæc quidem Cl. Virorum ſententia rationi magis conſentanea videtur, ad recentiorum præſertim Philoſophorum mentem, apud quos mutatio bruchi in aureliam, & aureliæ in papilionem non ex alio contingit, quam ex nova partium jam latentium & involutarum explicatione, atque extenſione; ita ut eædem bruchi partes plus explicatæ aureliam reddant, magisque inde iterum evolutæ Papilionem oſtentent; nec ulla de novo partium generatio fiat, ſed jam extantes explicentur tantummodo & manifeſtentur. Genitales igitur partes, quæ in papilionibus clare patent, in aureliis non adeo conſpiciuntur, ut adnotavit *Malpighius*, in Bombycibus autem occultiores eſſe, & omnino latitare credibilius videntur.

(17) *Cella mari gracilis*. Ita penitus frequentiori experientia patet. Idem adnotatum animadverto & de volatilium ovis a *Plin. Hiſt. Nat. l.* 10. *cap.* 52. *Fœminam edunt*, inquit, *quæ rotundiora gignuntur, reliqua marem*. Necnon a *Columel. l.* 8. *c.* 5. *Cum volet quis quamplurimos mares excludere, longiſſima quæque & acutiſſima ova, ſubjiciat; & rurſum cum fœminam, quam rotundiſſima*. Contrarium omnino ſenſit *Ariſtoteles*; ſcripſit enim *Hiſt. Animal. l.* 6. *c.* 2. *Ea quidem ova, quæ longa ſunt & acuta, fœminam excludunt; quæ autem rotunda, & obtuſa ab ea parte, quæ acuta ſolent eſſe, marem*. Sunt qui velint, idem & *Horatio* placitum, dum cecinit *Sat.* 4. *lib.* 1.

Longa quibus facies ovis erit, illa memento
Ut ſucci melioris, & ut magis alba rotundis
Condere; namque marem cohibent calloſa vitellum.

Verum, aut ego fallor, aut aperte cum *Plinio* & *Columella* ſenſit *Horatius:* Ait enim, ova, quibus longa facies erit, cum ſucci melioris, magisque alba rotundis & calloſa ſint, fœtus maſculini vitellum cohibere. *Avicenna* quoque cum *Ariſtotele* ſenſit, teſte *Jo. Brodæo, Miſcellan. l.* 2. *cap.* 25. *ejusque opinionem*, inquit idem, *& experimento, & phyſicis argumentis fulcire conatur. Ego neutris adhæreo*; &c. Videtur ſane tamen ab experientia minus recedere *Plinii* & *Columellæ* ſententia.

(18) *Elige*, &c. Traduntur hic quæ ſervanda apprime ſunt in habendo ſolliculorum ad futuram prolem delectu. Primo ſcilicet, ut ſint ex illis, qui ſummis faſcibus conſtructi fuerint. Secundo, ut optimi ſint coloris, qualem ferme carneum

Digitized by Google

Nec facili credas folli. Condusque memento
Fœmellas plures; geminis nam masculus altet
Incubuisse toris validoque insurgere gestit
Flamine, & haud quassas iterum depromere vires.
Delectos autem, donec stata tempora norint,
Tenuia transvectum per corticis extima filum
Innectat folles, ac sedes tuta receptet,
Noxia ne interea perdant animalia gentem,
Neu pueris pateant infelix præda petulcis.
At quod præcepta sepostum lege tueris
Largum rite genus, ne te forte improba fallat,
Impatiensque moræ ac stulto ferventior æstu,
Aligerum pubes, ardentis cana diei
Urat (19) flamma diu incumbens, alteque latentes
Pervadens animas penitus det torrida letho.
Interdum & patrio juvat ipsos abdere folles,
Fumosoque leves artus comburere furno.
Interimit brevis hora pecus; legit ocyus ima
Ossa calor, siccisque rigent vana exta medullis.
Magna inde Euganeis res est mandanda puellis;
Fœmineæ sit cura manus: Tu protinus omnem
Euganeis gazam cogendaque vellera crede.
Hanc his alma Venus jussit meditarier artem;
Hac præstare dedit. Blandæ o salvete puellæ,
Ausonidum natas inter pulcherrima proles.
Nunc vos Mæonio celebrandas pandere metro
Aggredior, pulchrasque artes, studiumque decori
Lanicii, ac summas complecti carmine laudes,
Vestraque Castalias ad compita ducere Divas.
Vos, decus o nostrum, blandos ne avertite ocellos;
Virgineasque manus operi niveosque lacertos
Proferte, ac nostris ructato stamine gnatis
Pergite lassari, ac molles depectere telas.
Jamque accinguntur pronæ: (20) Fluitantia primum

Sta-

esse n. 55. *ad lib.* 2. jam diximus. Tertio ut cortice sint duriore ac minime laxo: Hæc siquidem signa singula vegetum animal nec male affectum iisdem includi denotant, ex quo nonnisi optimæ indolis ac spei progenies sit proditura.

(19) *Urat flamma.* Vide quæ superius n. 13. dicta sunt.

(20) *Fluitantia.* Sequitur hic folliculorum domitandorum ad educendum inde sericum ratio, qua nostrates uti solent; quod, ut Musæ aliquatenus indulgeatur, præstare placuit, compendiose quidem, utpote quod descriptio hæc ultra Bombyces sit, & nonnisi oblique intra hosce Carminum libellos advocetur. Quibus igi-

Digitized by Google

Stamina deplumant circum, & non utile quidquid
Eradunt, operique negant. Ferventis aheni
Flamine deia folles mergunt, virgisque miniſtræ
Impellunt bibulas ac ſicco ſtipite flammas,
Pabulaque ingeminant. Dirum furit ignis, at intus
Unda fremit, ſollesque terit. Tum doctior ætas,
Ignem certa pati, ac ſpumanti illudere lymphæ,
Dextra filum alacri vada per fumantia raptat,
Innectitque rotæ, facilem quam compta puella
Semper agit, rapidaque ſagax vertigine ducit.
Nec mora nec requies operi; circum axe citato
Pernix illa agitur, tenuique foramine filum
Transvectum defert, & laxum urgentibus undis
Agglomerat, longaque valet producere maſſa.
Jam fugiente minor decreſcit vellere follis,
Procumbitque cadis, ac pondere languet inerti.
Heu! viles dignique pio ſine honore ſepulchri,
Spectatæ nimium dum forma intacta manebat,
Gentis reliquias cernis, variataque triſti
Morte ora, & fædo deſpecta cadavera fundo.
Quo tanti fatum pecudis? quo pompa decusque?
Sic humana ruunt. Anceps ignavaque forma,
Nec multos laudanda dies. Sævi omnibus inſtat
Temporis illuvies; ſqualorque ac fæda ſenectus
Certa manent; nosque una omnes ſors funeris æquat.
Aſt aliæ interea trochleis circumdata ſeorſum
Stamina caſtigant matres, nodosque revellunt
Indignos, imaque jubent vileſcere caula.
Vellere cuncta ſcatent: Fila undique, & undique fila
Aurea dependent; rutilanti lumine fulget
Tota domus, vincitque diem; neque lampade tanta
Signifer exceſſo flagraverit axis Olympo.
Quædam etiam (21) gemino triplicique rigentia filo
Stamina contorquent, ac texendi uſibus aptant.

Ve-

tur pulcherrime & ſane mira Serici conficiendi ars aliqualiter conſtat, levia hæc & paucula ad jucundam quandam ſpeciem excitandam ſatis, ut puto, erunt, nec interpretatione ulterius indigebunt: Qui autem prorſus ignorant, plura ſibi aliunde perquirant; cum hic ſane non ſatis locus, ut eorundem curioſitati pariter fiant.

(21) *Gemino triplicique*. Hinc ſericum illud fit, quod vulgo *Orſojo* dicitur, ex quo meliores notæ texta conficiuntur. Eſſe hoc illud quidam volunt, quod olim *Nema Sericum* dicebatur, cujus plurima, apud J. Conſultos veteres maxime, mentio fit. Et quidem apud ipſos videtur *Nema* diſtingui a *Metaxa*, quo ſimplex fi-

Digitized by Google

Vestibus hinc decor, atque immani copia luxu
Omnigeni cultus, nuptisque haud visa latinis
Flammea, (22) & insolito productæ syrmate pallæ.
Hinc pariter Divum sublimibus addita templis
Ac procerum tectis eadem ornamenta superbis.
Nec tanto argenti solidis aurive metallis
Proventu fluxisse datum; nec largior æquat
Spes gaza ingentes, & gaudia divitis arcæ.
Ergo Antenorei patrio Bombyce coloni
Felices implete domos, implete quotannis
Electis gregibus, serisque nepotibus artem
Transmisisse juver. Nec segnis fortia pulset
Corda pavor: Certent pariter juvenesque senesque
Condere fœcundam sobolem, largeque tueri:
Nulla ætas renuat, nullus cara agmina sexus.
Quæ (23) vestris adeo valeant contendere gentes
Laudibus? Haud tanto Euganeis arva Appula præstent
Culmorum pretio; uviferis haud (24) Massica glebis
Ardua, Lenæove potens humore Falernus.

Quid

lum significatur; sed, si Etymologicis fides, *Nema* nihil plus, quam illud ipsum simplex filum significare videtur, sive a *neo* Latina voce, cujus significatio satis patet, sive a Græca *nao*, quod *fluo* redditur, derivetur.

(22) *Flammea*. Nota vox est Flammeum, velum significans flammei seu rubrocrocei coloris, quo Flaminicæ, Flaminum nempe uxores, amiciendo capiti olim utebantur. Boni ominis inde causa, quoniam Flaminicis divortium facere non liceret, velum illud inde in Sponsarum usum, sponso idem ipsis largiente, ad fœcunditatem præsignandam translatum est; adeo, ut nonnisi pro nuptiali capitis operimento nunc communiter accipiatur. Apud *Tiraquellum* autem in *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 15.* fœminæ idcirco flammeo velari dicuntur, *ut se noverint semper maritis suis esse subditas*. Hoc loco pro fœmineo velamine atque indumento generaliter Flammeum sumitur: Et quoniam sane priscæ illa flammea ex lino lanave composita fuisse credendum, delicatius ideo operiri nostræ mulieres innuuntur, quibus vestibus ac velaminibus uti sericis tanta sit, tamque communis libido.

(23) *Quæ vestris* &c. De Patavini soli præstantia paucula hoc loco inferuntur, non omnino quidem Poetica licentia conficta atque exarata, sed pro rei veritate dicta: Sat enim constat qua fertilitate ac jucunditate ad opulentiam & delitias maximas solum ipsum affluat. Plura non attinginus tum ne morosiores simus, tum quod fuse videri possunt apud Auctores, qui Patavinam Historiam literarum monumentis mandarunt. Videantur præ cæteris *Scardeonius*, & *Portenarius*, quorum hic opus suum *de Paduæ felicitate* speciatim inscripsit. Legatur ipse præsertim *l. 3. capp. 1. 2. & seqq.*

(24) *Massica*. Massicus, mons Campaniæ, quæ nunc fere *Terra di lavoro*, ditionis Neapolitanæ, *Monte marso*, & *Marsico* nunc appellatus; cujus etiam pars quædam, quæ ad Tyrrhenum mare plus accedit, *Mondragone* dici fertur. Celebratus veteribus fuit, tum Historicis, tum Poetis propter optimi vini fœcunditatem, ut videri potest apud *Martial. l. 13. Epigr. 106. Sil. l. 7. Horat. l. 1. O. 1. Virgil. Georg. l. 2. & Æneid. l. 7. Plin. l. 3. cap. 5.* & alios plures. Falernus quoque mons est & ager ejusdem Campaniæ, eidem Marsico junctus,

Digitized by Google

Quid referam pecudes armentaque pinguia? Tantas
Non merſat (25) Clitumnus oves; non tanta Galeſus
Suſpicit, ac ſacris pura agmina proluit undis.
Mollior hic Juno, ac medio clementior axe
Stat plaga. Non dubiis felix vindemia pomis
Exuperat, ramisque valet nutantibus arbos.
Irriguis inſtant hinc prata virentia ripis:
Hinc ſaltus hilares, & olentes floribus horti.
Nec ſe ullis unquam (26) Vertumnus lætior oris
Credidit; aut pariter laudentur Theſsala (27) Tempe.
Jam neque lanivomæ minor eſt generoſa propago
Gentis; & emerita tollit vos gloria palma.
Quare agite, ac tanto præſtantes munere Divum,
Diſcite Bombyces, ſtudiisque fovete ſecundis.

Prima

ctus, immo ſi nonnullis fides, ab eodem non diverſus; quamvis revera, teſte *Plin. loc. cit.* hi duo loci ſint diſtinguendi. Hic pariter optimi vini abundantia celebratiſſimus olim fuit, prout Veterum opera pervolventibus ſatis patet. De regionis autem Apuliæ fertilitate non eſt cur hic verba faciamus, cum eadem omnibus ſatis ſint nota.

(25) *Clitumnus*. Umbriæ fluvius, non longe a Spoleto, eodem nomine & hodie nuncupatus. De ipſius aquis ſcripſere Antiqui, quod epotæ boves albos facerent; earumdemque mentio paſſim apud Poetas occurrit, *Propert. l. 2. El. 15. Virg. Georg. l. 2. Stat. Sylv. l. 1. Carm. 4.* & alios. Conſonat *Plinius Hiſt. Nat. l. 2. c. 103. In Faliſco Clitumni amnis aqua pota candidos boves facit*. Galeſus autem Calabriæ fluvius eſt, in Tarentinum ſinum ſe ſe exonerans, *Galæno* nunc dictus, ubi armenta notæ præſtantiſſimæ, atque optimo vellere commendatiſſimæ provenſſe feruntur. Solebant etenim eo loci pellibus oves contegi ut molliſſima inde lana ipſorum evaderet. Quapropter *Martial. l. 5. Epigr. 37.*

Puella ſenibus dulcior mihi cycnis,
Agna Galeſi mollior Tarentini.

Et clarius *Horat. Carm. l. 2. od. 6.*

Dulce pellitis ovibus Galeſi
Flumen, &c.

(26) *Vertumnus*. Antiquorum Deus, Vertunnus etiam & Vorſumnus appellatus, cujus celebris ædes in Thuſco vico Romæ fuit. Sic autem dictus traditur, quod rebus vertendis ſeu mutandis præeſſe crederetur; quare & ad omnes figuras ſuſcipiendas aptum ipſum atque paratum Veteres finxerunt. Ipſe de ſe idcirco apud *Propert. l. 4. El. 2.* prædicat,

Opportuna mea eſt cunctis natura figuris;
In quamcunque voles verte, decorus ero.

Maxime vero tanquam Hortorum Fructuumque præſidem cultum fuiſſe ipſum ſcribit *Turneb. Adverſ. l. 23. c. 6.* Hinc eſt quod de ſe ipſo idem iterum apud *Propert. loc. cit.* ait,

Nam quid ego adiiciam, de quo mihi maxima fama eſt,
Hortorum in manibus dona probata meis?

In uxorem idcirco ipſi fuiſſe *Pomonam* (Deam nempe, quæ pomis ac fructibus præerat) *fabulati ſunt Poetæ*, inquit *Gyrald. Syntagm. Deor. 4.* Conſule ſuper hoc *Ovid. Metam. l. 4.* Tradunt aliqui, Vertumnum fuiſſe antiquiſſimum Thuſcorum Regulum, qui fructiferarum arborum inſitionem cultumque docuerit, ex quo credibile eſt anſam Veteribus ſumptam illa fingendi, quæ ſupra dicta ſunt.

(27) *Tempe*. Theſſaliæ parva regio, quinque circiter milliarium ſpatio comprehenſa, *Licoſtomo* recentioribus vulgo appellata; quam Peneus celebratiſſimus ille

Digitized by Google

Prima rudes docuit gentes (28) Tritonia Pallas
Pectere, & implexis lanam producere penſis.
Liciaque (29) aptavit, perque improba licia ſtamen
Tendere præcepit, radiisque immittere tramam.
Aſt non laude minor quondam ſata Virgo parente,
Icario celebrem Cos quem dedit inſula ponto,
Pamphila (30) Latoo, potiori vellere telas
Moliri auſa eſt, ac pexos intendere prima,

Sedu-

fluvius irrigat, & Olympus Pelion Oſſaque montes, *Theatrali modo inflexi*, ut inquit *Plin. Hiſt. Nat. lib.* 4. *c.*8. cingunt. Hinc tanquam amœnioris loci exemplar uſurpari ſolent; & præſertim ejus, qui grata arborum opacitate umbrarumque gaudeat refrigerio: Quocirca & *opaca*, & *umbroſa*, & *nemoroſa*, & *frigida* Tempe Scriptoribus dicuntur. Quinimmo *Tempe dicta quævis ſitu amœna loca* notatum olim *Delrio*, *ad Sen. Med. A.* 1. & ante ipſum *Servio ad Virgil. Georg. l.*2. Videri poſſunt *Plin. loc. cit.* & *Ælian. Var. Hiſt. l.*3.

(28) *Tritonia Pallas*. Minervam ſeu Palladem textoriæ artis inventricem fuiſſe Veteres tradidere. Inde vulgata illa fabula de Arachne Lydia puella, quæ, cum de lanicio cum ipſa Pallade contendere voluiſſet, ab eadem victa in Araneam verſa fuerit. De Pallade *Iſidor. Orig. lib.*19. *c.*20. *Primam lanicii uſum monſtraſſe; hanc etiam telam ordiſſe, & coloraſſe lanas perhibent*. Eadem & recentiores Mythologi ſcripſerunt, ut videri poteſt apud *Natal. Com. Mythol. lib.* 4. *cap.* 5. *Gyrald. Deor. Syntagm.* 11. & alios. Hinc eſt quod apud *Tibull. l.*2. *El.* 1. legimus *Minervam operari* pro *texere;*

Atque aliqua aſſidue textrix operata Minervam
Cantat; & appulſo tela ſonant latere.

Dicta eſt autem Minerva *Tritonia*, ſeu *Tritonis*, Poetis maxime, ut *Lucret. l.*6.

Palladis ad templum Tritonidos almæ;

& *Virgil. Æneid. l.*2.

Jam ſummas arces Tritonia, reſpice, Pallas
Inſedit, nimbo affulgens, &c.

dicta, inquam, eſt a fluvio Tritone, nunc *Rio di Capes*, in Africa, qui ex palude ejusdem nominis ortus, non longe ab Hortis fabulosis Heſperidum, apud Tacapen urbem in Africum mare labitur. Ad hunc fluvium fictum eſt, natam ipſam & educatam fuiſſe. Videri poſſunt *Pomp. Mela*, *l.*1. *c.*7. & *Lucan. l.*9. *v.*347. &c.

(29) *Licia*. Quibus nempe *implicantur a textricibus ſtamina*, inquit *Iſidor. Orig. l.*19. *c.*20. licia dicta, quaſi *ligia*, nempe a ligando. Hæc derivatio tamen *Hofman. in Lex.* non arridet: *Non a ligando*, inquit enim ipſe, *dicitur, cum primam* (licium) habeat productam. At reſponderi æque poſſe videtur ex *Gellio*, *l.*12. *c.*3. ait enim ipſe ſuper hac ipſa voce: *nihil ad rem iſthuc pertinet; nam ſicut a ligando, lictor; & a legendo, lector; & tuendo, tutor; & ſtruendo, ſtructor*, productis, quæ corripiebantur, vocalibus *dicta ſunt*, &c.

(30) *Pamphila*, Platis, ſeu Plateæ, aut Latoi, nam varie a variis traditur, filia, prout videri poteſt apud *Plin. l.*11. *c.*22. *Ariſt. Hiſt. Anim. l.*5. *c.*19. *Volaterr. Comm. Urban. l.*27. *Polydor. Vergil. de Rer. Invent. l.*3. *c.*8. Ab ipſa primum bombycinam telam texendi repertam & invectam artem fuiſſe conſentiunt omnes, in patria ſua, Co nempe, Ionii Maris inſula, Cariæ minoris Aſiæ provinciæ finitima, nunc Stankou, aut communius *Stanchiò*, celeberrima etiam propter Apellem & Hippocratem in ipſa natos. In ea quoque inſula Bombyces optimos proveniſſe videre eſt apud *Plinium*, *Libro ſupraçit. c.*23. Non minori vero laude ac Virgo illa dignus cenſendus eſt *Cl. D. Bon*, Ludovici XIV. Galliarum Regis Conſiliarius, qui, edita An. 1710. Montispeſſulani elegantiſſima Diſſertatione, *luculenter oſtendit, quomodo ex Araneorum folliculis magno ſtudio a ſe conquiſitis, & in aqua ſapone & ſale petræ*

Digitized by Google

Sedula quos patriis eadem prælegerat oris,
Folliculos, sæclisque usum referare futuris.
Quid majora sequar? Cirius placuere puellæ
Textilibus donis artes; (31) ingensque per orbem
Bombyces agitare labor, jamque æmula Cois
Addere, & audaci percurrere (32) pectine texta.
Cui non laudis amor? Patrios remeavit ad Indos,

Non

cum gummi Arabico medicata mundatis, & postea carminatis, deducta sint fila, ex quibus tibialia & digitalia bombycinis minime inferiora texi curavit. Rem vide fusius descriptam apud laudatum *Paræbosium loc. supracit. n.* 16. Neque caruit assecla egregii Viri illius inventum lagaciſſimum; nam & non multo ab hinc tempore degebat Lutetiæ Parisiorum quidam, qui magnam Aranearum copiam apto clausam cubiculo enutriret, ad educendum ex ipsis inde Serici genus illud, quo modo dictis similia opera reddi possent; prout per familiares epistolas Parisiis datas ad *Cl. Vallisnerium* retulit præstantissimus doctrina pariter ac genere *D. Antonius Abbas de Comitibus* Patritius Venetus.

(31) *Ingensque per orbem*, &c. Post inventam a Pamphila texendi artem ex Serico, ars ipsa sane nonnisi apud Græcos viguit, & nonnisi multo post tempore in regiones alias est diffusa. Cumque, ut dictum supra ad *Lib. 1. n. 9.* Serici copia in Europa non provenerit, nisi post Justiniani I. Imperatoris tempora, ex quo nempe Monachi illi ex Serum provincia Bombycum ovula, artemque ipsa fovendi, & inde natos fœtus educandi ad Imperatorem eundem detulerunt, quod contigit Anno C. circiter 536. maximus utique Serici proventus nonnisi in Thracia & Græcia fuit; telæque & varii generis texta illinc reliquam per Europam negotiationis gratia deferebantur. At cum Rogerius Siciliæ Rex circa An. C. 1150. adversus Emanuelem Comnenum Orientis Imperatorem movisset, Ducesipsius, classe in Græciam transmissa, magnam ejusdem partem occuparunt, captis Corintho, Thebis, Athenis, &c. maximaque, prout tradit *Otto Frising. de Gest. Frider. I. Imp. l. 1. c. 33. præda direpta, opifices etiam, qui Sericos pannos texere solent, ob ignominiam Imperatoris illius, suique Principis gloriam, captivos deducunt; quos Rogerius in Palermo Siciliæ metropoli collocans, artem illam texendi suos edocere præcepit. Et exhinc prædicta ars illa, prius a Græcia tantum in Christianos habita Romanis patere cœpit ingeniis.*

(32) *Pectine*. Petere juvat ex *Ruæo, Comment. in Virgil. Æneid. l. 3.* præcipuorum, quæ ad texturam pertinent, instrumentorum nomina. *Machina tota*, inquit, *in qua tela texitur, & præsertim ea pars, cui alligatur, dicitur* Jugum. Prima fila, quæ jugo *imponuntur, telamque ordiuntur ac definiunt, dicuntur* Licia. *Fila, quæ in longum ducta alligantur liciis, & subinde attolluntur deprimunturque, sunt* Stamina. *Fila, quæ inter stamina transversim inseruntur, alterna staminum depressione & sublatione, sunt* Subtemina, *quasi* Subtilamina. *Instrumentum, quo deprimitur attolliturque stamen, dicitur* Arundo. *Quo inseritur subtemen, dicitur* Radius. *Quo addensatur subtemen cum stamine, dicitur* Pecten. *Patent ista ex his* Ovidii *versibus* Metam. *lib. 6.* dum Palladis nempe atque Arachnis certamen describitur:

Haud mora, consistunt diversis partibus ambæ,
Et gracili geminas intendunt Stamine telas.
Tela Jugo juncta est; stamen secernit Arundo:
Inseritur medium radiis Subtemen acutis,
Quod digiti expediunt; atque inter stamina ductum
Percusso ferunt inserti Pectine dentes.

Digitized by Google

Non priſcas referens ignoto munere telas,
Clarior (33) hoſpitio Bombyx. Jam Seres & ipſam
Pervaſit (34) Thulen, canasque Trionibus oras,
Occiduasque plagas, & quas flagrantior axe
Sol torret medio. Stimulos mox addidit arti,
Ingeſſitque decus tumidi ſolertia luxus,
Mensque hominum præceps, & ſiſtere neſcia votis.
Jam partis ceſſiſſe pudor. Genus inde laborum
Innumerum nobis, variaque indagine telæ
Exquiſitæ avidis. (35) Raſo illæ tegmine gaudent,
Has Phryxæa juvant crispatis vellera filis;
Hæc villuta refert nuribus geſtanda decoris
Stamina, & electo lævis Bombyce ſuperbit.
Frondibus illa ſcatet (caules ramique pererrant
Æquore, nec deſunt flores) primum edita gnatis,

Clara

(33) *Hoſpitio*. Inter Europæos nempe, apud quos Sericum a Bombycibus redditum primo in telas contextum fuit juxta communem opinionem, & juxta illa, quæ ſuperius *n.* 30. de Pamphila dicta ſunt: Quanquam exinde, non minus ac in Europa, in India quoque, & apud Seres ipſos præſertim, plurima Sericarum telarum genera conſtrui cæperint; quæ abunde hodie quoque in Europam deferantur, & non mediocriter æſtimentur. Nec intentatæ in Aſia aliæ quoque varii generis telæ Sericas æmulantes, ſeu ex quibusdam arborum filamentis, ſeu ex pappis ipſis, ut quidam ferunt, quorundam ſeminum, quæ in Apocyno præſertim occurrunt, ac maxime in illa ſpecie, quæ Botanicis *Apocynum erectum, villoſo fructu, Salicis folio anguſto* nuncupatur; cujus quidem plantæ pappi Serici velleris nitorem ſic exprimunt, ut nihil ſit eidem ſimilius; quare & planta illa apud plurimos vulgo vocari ſolet *l'albero della Seda*.

(34) *Thulen*. Non ſatis convenit inter Auctores quænam fuerit Antiquorum Thule. Opinantur nonnulli ſiquidem, eam fuiſſe partem illam occidentalem Norvegiæ, quæ nunc Tilemarck dicitur: Alii vero eandem credunt cum illa inter ſex Schetlandicas inſulas, quæ *Hitland* ſeu *Gethland* patrio vocabulo vocitatur, Germanis autem *Thylinſel*, centum circiter milliaribus ſupra Orcades inſulas in Septentrionem. Communius tamen Thule ultima Veterum fuiſſe creditur ea inſula quæ nunc *Islanda* vulgo eſt, Daniæ Regi ſubjecta, in Hyperboreo mari, a Norvegia in occaſum quadringentis circiter Italicis milliaribus diſtans. Quantum Antiquis celebrata fuerit Thule inſula, quæcunque illa fuerit, referre ſuperſedeo, cum ſatis quilibet, legendis præcipue Poetis operam dando, abunde noverit.

(35) *Raſo illæ tegmine*. Serici panni triplex genus recenſet *Polyd. Vergil. de Rer. Invent. lib. 3. c. 7. Unum vulgo dicitur Raſum, quod in eo nullus utrinque ſit pilus; apud alios vocatur Satin. Alterum Damaſcum, floribus intextum, quod Damaſci Syriæ oppido primo confectum. Tertium Villutum, ideſt villoſum, quod ex altera parte villos habeat.* Genus hoc tertium in duas diſtingui ſpecies poteſt, in Villutum nempe admodum lævе, quod, Latino fere ſervato vocabulo, nobis adhuc *Velluto* dicitur, matronisque nobilioribus, hyberno præſertim tempore, uſui pulcherrimo eſſe ſolet; & in Villutum illud inferioris notæ, villos parumper eminentes & ceu criſpos habens, quod *Felpa* vulgatius ſolet appellari. Hujuſce fortaſſe generis veſtes illæ fuerunt, quas apud Auctores plurimos Phrygianas, aut Phryxianas legimus appellatas, nonniſi quia, ut

Digitized by Google

Clara Damaſce, tuis. Aſt quo non picta colore
Fila micant? Aſtris fulvo non cedimus auro;
Cærulea non luce polo. Sat prata virenti,
Auroram crocea, glauca ſat vicimus æquor.
Lurida pallentes prætendunt carbaſa nubes,
Atraque terrificas noctes; nix vincitur albis.
Mox (36) nova quæſitum textis ſuperaddere avitis,
Inſitaque ars arti; (37) Phrygio nam docta magiſtro
Fœmina reddit acu fontes fluviosque liquentes,
Montesque vallesque refert, & opaca ferarum
Antra, nemusque horrens: Illinc ſatyrosque ſalaces,
Ducentesque choros per prata virentia nymphas;

Et

inquit *Turneb. Adverſ. l.24. c.19. Phryxæi velleris criſpos & eminentiores villos imitantur;* cui conjecturæ favent omnino celebres Critici, *Lipſius ad Senec. de Benef. l.1. c.3.* & *Ferrar. de Re Veſt. l.2. c.11.* Primo autem ex ſupradictis generibus, præter Raſum proprie dictum, adſcribi poſſunt telæ omnes Sericæ, quæ nec ulla ex parte piloſæ ſunt, nec ulla filorum varietate diſtinctæ, ſed ſimplici ferme texura conſtructæ; quemadmodum ſunt, quæ vulgariter *Taffetà*, & *Zendado* nobis Italis; item & quæ *Manto* vocitantur; & ſi quæ alia ſunt hujusmodi. Ad ſecundum illas reducas, quæ proprio nomine etiam nunc *Damaſchi* dicuntur; aliæque plurimæ eleganti delineatione contextæ, ac variegatæ. De Antiquorum variis telarum generibus qui plura optat, conſulat *Iſidor. Orig. l.19. c.22.*

(36) *Nova.* Ad majorem luxum excogitata multumque provecta eſt ars telas ſericas variis, ſive ex eodem ſerico, ſive ex argento auroque filis acu transvectis picturandi; in ipſisque fontes, fluvios, arbores, animalia, quidquid denique libuerit effingendi: Quod operis facturæque genus *ricamare* vulgo dicimus, ab Hebræa forte voce *ricma*, ſeu *recama*, qua illud ipſum ſignificatur.

(37) *Phrygio.* Acu telas pingere Phrygiorum inventum fuiſſe communiter exiſtimatur. *Iſidor. loc. ſupracit. n.35. Acu picta veſtis, aut textilis, aut acu ornata. Eadem & Phrygia; hujus enim artis periti Phrygii omnes dicuntur; ſive quia in Phrygia inventa eſt. Unde & artifices, qui id faciunt, Phrygiones dicuntur.* Non aliter *Plin. Hiſt. Nat. l.8. cap.48. Acu facere, id Phryges invenerunt, ideoque Phrygiones appellati ſunt.* Hujus vocabuli mentio plurima apud *Plautum, Aulul. A.3. S.5.*

Stat fullo, Phrygio, artifex lanarius.

Item *Menæchm.* non uno loco; ex. gr. *A.2. S.3.*

Pallam illam, quam dudum dederas, ad Phrygionem ut deferas,
Ut reconcinnetur, atque ut opera addantur quæ volo;

ornamenta ſcilicet, & picturæ Phrygionis acu faciendæ, & eidem veſti adjiciendæ. *Phrygio enim, non ipſe pulvinar aut veſtem faciebat, ſed jam factam accipiebat, ut variis operibus eam ornaret, & picturis variegaret*, inquit eruditiſſimus *Salmaſ.* ad illum locum. Sumpta hinc occaſione adnotare placet, quod, præter Phrygias veſtes, legimus apud Auctores etiam Babylonicas, quæ, proprie ſaltem ſtrictimque loquendo, cum Phrygiis minime confundendæ videntur. Phrygiæ ſiquidem illæ erant, in quibus Phrygiones non pulvinar ipſum, ut ex *Salmaſio* adnotatum eſt modo, conficiebant, ſed ab aliis confectum jam accipiebant, atque acu exornabant: Babylonicarum autem nomine intelligendæ illæ videntur, quas artifices illi, qui etiam a *Plin. l.8. c.48.* primi dicuntur colorata fila intexiſſe, ex coloris varii ſtaminibus ſimul comparatis ac diſpoſitis telam ipſam texendo variegabant, adeo ut figuræ cæteraque ſuper eandem telam expreſſa

Digitized by Google

Et vaga paſtorum lætis tentoria campis,
Balantumque greges, & puro gramine ripas.
Jamque ſagax artis dubium te fallit imago:
Nam latrare canes, capreas curſare fugaces
Ac pavidos credis lepores, aprumque minacem
Ringere, & alarum pictas errare volucres
Remigiis, mergique leves ſub gurgite piſces.
Et jam quæque ſuo gens inclyta nomine fertur,
Nec felix ſtudium pariter mercesque laborum,
Nec decus eſt cunctis. Sed (38) quo te carmine dicam,
Adriaci Regina maris, quam celſior omnis
Certatim commendat honos, & regia pulchras
Laus foviſſe artes, rebusque ingentia ſummis

Increnullatenus ſubſilirent, ſed æqua omnino, ac plana, lævisque totius texti ſuperficies permaneret. Hujuſcemodi texta a *Plauto*, *Pſeud. A. 1. S. 2. Alexandrina*, *bellaata*, *conchyliata tapetia* vocata legimus. Phrygiæ fortaſſe veſtis mentionem habemus apud *Virgil. Æneid. l. 3*

Nec minus Andromache, digreſſu mœſta ſuprema,
Fert picturatus auri ſubtemine veſtes,
Et Phrygiam Aſcanio chlamydem, &c.

Babylonicam vero innuere videtur *Virgil.* idem *Georg. lib. 3.* dum cecinit;

Purpureæ intexti tollant aulæa Britanni;

ubi notatu digna vox illa *intexti*, ad ea confirmanda, quæ de Babylonicis veſtibus dicta ſunt. Ejusdem fere autem generis Aulæa & Tapetes fuiſſe dici poſſunt, niſi forte etiam unum idemque fuerint; nam utrisque ſcimus Antiquos uſos ad omnem cubiculorum, triclinionum, theatrorum, &c. ornatum. Si diſtinguere velimus autem ab illis iſta, Aulæorum nomine intelligamus delicatiores & laborioſiores telas, figuris præſertim hominum, & omnis generis animalium picturatas, iis reſpondentes, quæ italice *Arazzi* nominantur: Tapetum vero ſeu Tapetorum vocabulo, utroque enim modo Veteribus dictum obſervo, eas ſignificari dicamus, quæ apud nos adhuc, priſca retenta voce, *Tapeti* dicuntur. De hujuſcemodi telarum miro artificio apte loquitur ſupra laudatus *Salmaſ. ad Plautum loc. cit.*

(38) *Quo te carmine dicam?* &c. Liceat mihi a Bombycum hiſtoria parumper abire, in Patriæ meæ gratiam, cui tamen quantulum eſt, quod tam tenui Muſa perſolvo? Ad hoc ſane natura inſtituti ſumus, ut non mediocri pietatis ſtudio patriam ſuam quilibet proſequatur, cum ſit juxta *Horat. Odyſſ. lib. 9.*

Nihil dulcius ſua patria, neque parentibus;

cui ſententiæ apte concinunt, quæ cecinit *Ovid. de Ponto lib. 1. Eleg. 4.*

Rurſus amor patriæ ratione valentior omni,

ad quem locum optime *Pontanus; Amor patriæ altiſſimis defixus radicibus, & a natura homini ingeneratus.* Idem pari pietate præſtitum obſervare eſt a Poetarum principe *Virgil. Georg. lib. 2.* ubi Italiæ, ejus nempe provinciæ, in qua patriam ſortitus fuerat, laudes iis verſibus proſequitur;

Sed neque Medorum ſylvæ, ditiſſima terra,
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiæ certent; non Bactra, nec Indi,
Totaque turiferis Panchaia pinguis arenis;

& reliqua plurima; quæ nonniſi cum voluptate maxima, & quadam cum pietatis exultatione apud eundem Auctorem legi merentur.

Digitized by Google

Incrementa dare? O (39) magni te nominis urbem
Usque canam, seu bella geras, vastaque tumentes
Fluctus classe premas, interritaque hostibus instes;
Seu præstare toga, dulcisque per otia pacis
Instituisse velis graviori Pallade cives.
Tu decus omnigenum, tu cunctis una vicissim
Jactatas populis per dissita sæcula laudes
Et complexa tenes, & fati certa tenebis.
O dilecta Diis! Præceps licet ingruat omnis
Barbara Cimmeriis prorumpens Thracia claustris,
Nequicquam vesana furet: Cœlo auspice tantis
Illudes non fracta minis; terraque marique,
Invidia frendente, tuis victoria signis
Servier, ac rursum (40) veteres memorata triumphos,
Jonia Ismarium bibet altius unda cruorem.
Eja iterum te Fata ferant & conscia virtus
Squalida (41) qua divo quondam fulgentia cultu,

Re-

(39) *Magni te nominis* &c. Jure merito quidem, nisi me Patriæ fallit amor, ceciniſſe mihi videtur *Germanus Andebertus*, *Venetiarum lib.* 1.

Nil habet Urbs vulgare; illi magna omnia; summo
Materies æquanda polo; &c.

(40) *Veteres mem. triumphos.* Magnam illam intellige historiis omnibus celebratissimam navalem victoriam ad Echinadas, vulgo *le Curzolari*, parvas insulas, sive scopulos potius Jonii maris, inter Cephalæniam ad Occasum, & Corinthiaci sinus, qui modo *Golfo di Lepanto*, ora ad ortum; ubi Anno C. 1571. die Octobris septima, Fœderatorum Principum, Pii nempe V. Pont. Max. Philippi II. Hispaniarum Regis, ac Venetorum maxime validissima classe, cui Sebastianus Venerius & Augustinus Barbadicus, ille summo, hic proximo imperio præerant, ea de Selimo II. Turcarum Imperatore victoria relata est, cui par altera ex Historiis omnibus hactenus forte non constiterit. Disjecta namque per victoriam illam aut capta sunt centum octuaginta circiter hostium varii generis navigia, cæsa eorundem viginti quinque millia, capta quatuor millia, Christianorum autem in libertatem vindicata captivorum quindecim millia, parta insuper quantum credi possit opima præda. Alludit ad victoriam ipsam Vir omni laude dignus *Jo. Campelli*, *Fatal. l.* 6.

Serta metet sociis generosa Venerius armis.
Nympha vicluri plaudent Acheloides; & mox
Ventre tenus, summo psallentes æquore, lætas
Stipabunt choreas, laurusque oleaque parabunt.
Donec Naupacti faciet victoria famam,
Servent Octobres Venetorum annalis Nonas.

Victoriam illam ex professo descripsit *Hieronymus Diedus*, Epistola ad M. Antonium Barbarum ad Turcas pro Veneta Republica Oratorem; deque ipsa pariter præclaram dixit Orationem Patavii *Antonius Riccobonus* Rhodiginus A. 1572. cum ibidem eloquentiam publice profiteretur.

(41) *Squalida*, &c. Regna Judæa scilicet ac Jerusalem, in quibus olim redemptionis nostræ maximum ac mirabile opus tam feliciter pro nobis a Deo Homine peractum est, ac veræ Fidei fundamenta jacta sunt, nunc autem propter Turcarum tyrannidem, quibus serviunt, squalore obsita tristissimo, & miserrima sordidate mu-

Digitized by Google

Regna jacent, Solymæque urbs alma, & littora paſſo
Ah! quondam regnata Deo, quave horrida ponto
Imminet, ac late populos percellit & urbes
Regia (42) Biſtoniis nimium polluta Tyrannis.
Hic (43) illicque tuas dabitur deprendere laudes,
Et Venetum ſiqua ora Virum, monumentaque priſcæ
Virtutis, bellique notas ac ſigna tueri.

Tunc

tata. Merito igitur cecinit ſupra laudatus *Campelli*, *Fatal. l.* 1.

Arva Palæſtinæ, nec non Sunamitidis agri
Oram lictoream, & campos felicis Idumes,
Regnaque Judææ, Cœli ſacraria quondam,
Tartareos nunc facta ſpecus, turbata nefandis
Sordibus, ac Stygiis Mahometi advincta catenis.

(42) *Regia*. Byzantium, ſeu Conſtantinopolis, mari imminens ad Bosphorum Thracium, Turcici ſedes Imperii, ab A.C. 1453. quo a Mahumete II. capta fuit, cæſo Conſtantino XI. Palæologo, ultimo Orientis Imperatore, ad hunc uſque diem, nonniſi ad Chriſtianorum terrorem ſane, cladesque atque ignominiam. Gens ea barbara ſiquidem, immenſo jam per ipſam Europam noſtram terrarum ſpatio potita, inmanibusque viribus atque opibus ſuperbiens, nil ultra quærit, niſi ut

Funditus omnes,
Quæ ſuperant, evertat opes, & regna ruentis
Europæ, nobisque jugum crudele minetur,

prout cecinit illuſtris Poeta *Petrus Angel. Bargæus*, *Cyneget. l.* 5. & rurſus ibidem:

Ille autem ſedet interea, creſcitque ſedendo;
Perque ipſas veſtrum ſpirans utriusque ruinas,
Tarpejam victor jam tandem evadere ad arcem
Obſervat rerum intentus momenta vicesque.
Sic ſedem Imperii Byzantia mœnia quondam
Aggreſſus, disjecit humi, &c.

(43) *Hic illicque*. In urbibus nempe tum Solymæ tum Byzantii, in quarum utraque plurima eaque inſignia Venetæ virtutis experimenta publicata, & plura itidem noſtris utrobique acquiſita ſunt jura & privilegia. Nam, quoad Byzantium, ſatis jam conſtat ex Auctoribus, *Niceta in Balduini Vita*, *Blondo Flavio Dec.* 2. *l.* 6. *Nauclero*, *Chron. Vol.* 2. *Generat.* 41. *Sabellico*, *Hiſt. Ven. Dec.* 1. *lib.* 8. aliisque pluribus, quanta, Henrico Dandulo Duce, & Claſſis centum quinquaginta navigiis inſtructæ Imperatore, Veneti ſemel atque iterum in urbis illius expugnatione præſtiterint. Primo quidem Anno C. 1203. cum, inito Cruceſignatorum fœdere, qui ab *Ottone de S. Blaſio*, *Append. ad Otton. Friſing. c.* 49. dicuntur *Dux Venetiarum*, *cum Marchione de Monteferrato*, *ac multis Italicis; necnon Comes Flandrenſis*, *plurimique de regione Galliarum*, *Hieroſolymitanæ Eccleſiæ ſubvenire nitentes*, &c. Alexium IV. Iſaaci Angeli filium impigre juvarunt, ut Orientis Imperium conſequeretur, a quo ipſe una cum patre ab Alexio III. depulſus fuerat. Deinde vero anno poſt circiter, ut Alexium V. Ducam, Murzuflum ſeu Myrtylum cognomento, qui eodem Alexio IV. inter vincula ſtrangulato, tyrannidem occupaverat, deturbarent. Quo feliciter præſtito, jam dictus Flandrenſis Comes, Balduinus nomine, ex Fœderatorum omnium conſenſu, Orientis Imperator ſalutatus eſt, & Thomas Maurocenus Venetus in Conſtantinopolitanum Patriarcham electus, Dux autem Venetus, teſte *Acropolita*, *c.* 8. Deſpotæ dignitate decoratus. Cumque Imperii quarta pars eidem Balduino data fuiſſet, *inde quod reliquum fuit in duas partes diviſum*, *quarum alteram Veneti ſint ſortiti*, juxta *Sabellic. loc. ſupræ.* a quo cæteros Auctores

non

Digitized by Google

Tunc pietate potens, magnoque incenſus avorum
Impiger exemplo ferveſcet in ardua ſanguis,
Impatiens ſentire modum, majoraque geſtis
Non audere iterum, (44) nondumque æquaſſe parentes.
Hanc noſtris, quæſo famam dent Numina prona
Temporibus; cœloque ſatis demiſerit alto
Terroris cladumque Pater. Jam parcere feſſis
Chriſtiadum terris, nec flagris addere pergat
Flagra diu, revocetque luem placabilis ira.
Exequar incluſæ nunc munera promere turbæ,
Callida venturo ſobolem quam deſtinat anno
Cura nurum. Gens durat adhuc, ſua tempora rurſum
Expectans, vernosque dies, & gaudia dulcis
Auræ; iterumque decus ſortemque experta parentum,
Æternam condet redivivo ſemine prolem.
Scilicet ut cœco clauſit ſe cortice pubes,

non diſcrepare quilibet facile animadvertat. Specialis hujuſce belli deſcriptio, totaque præclarior hiſtoria legi poteſt in Epiſtolis, quas a Comite de S. Paulo ad Brabantiæ Ducem miſſas referunt *Annales Godefridi Monachi* apud *Freher. Rer. Germanicar. T. I.* Quoad Hieroſolymam vero nihilo celebrantur minus Hiſtoricis Venetorum in Aſiam expeditiones, quarum tres præcipuas juvat ex eisdem colligere, atque hic referre. Prima facta eſt circa An. C. 1096. Duce Vitali Michaele, Claſſe validiſſima ex ducentis omnis generis navigiis, cui præerant Henricus Contarenus, & Michael Vitalis Ducis filius. Secunda circa an. 1103. ſub Ducatu Ordelaphi Phaledri, centum circiter navigiis; tuncque ob res maximas præclare geſtas Balduinus, Hieroſolymorum Rex alter *ſacram in Ptolemaide Ædem, Vicum, Forum, Aream Veneto dedit, ubi merum mixtumque cum Gallis haberet imperium: Nec una urbe tantum, ſed toto quoque Hieroſolymitano Regno plurima tribuit privilegia*, teſte *Sabell. Dec. 1. lib. 6.* Tertia vero, Urbis Duce Claſſisque Præfecto pariter e ducentis circiter navigiis Dominico Michaele, A. C. 1123. qua, præter plurima alibi egregie patrata, Venetorum virtus præclaram illam Tyri obſidionem molita eſt; qua urbe tandem ad deditionem compulſa, *in turribus & locis eminentioribus præfixa ſunt Varinundi* (Antiſtitis) *& Venetorum ſigna: Tertia pars urbis Venetis, quorum opera omnium Scriptorum teſtimonio in ea obſidione maximè enituit, ex fœdere data eſt.* Ita *Sabellic.* cujus auctoritati addi poſſunt Scriptores ſupraelati. Nec diſſentit *Brietius, Annal. Mundi*, Auctor noſtris utique nullo devinctus officio: *Venetorum*, inquit, *auxilio capta Tyrus; hactenus credita inexpugnabilis: Ideoque magno honore ſuſcepti fortes illi auxiliatores, dictique Terræ Sanctæ ſervatores.* Non aliter *Jo. de Buſſier. Floſc. Hiſt.* ejusdem notæ fideique Scriptor: *A Venetis in Oriente præclare res geſta, quorum Dux Dominicus Michael &c. Tyrum Phœniciæ celeberrimam terra marique quatuor menſibus oppugnatam, Alexandro conſtantior cepit.*

(44) *Nondumque æquaſſe parentes.* Præclarus, ad hanc rem apprime faciens, extat *Salluſtii* locus *Bell. Jugurth.* ſub init. *Sæpe audivi Q. Maximum, P. Scipionem, præterea civitatis noſtræ præclaros viros ſolitos ita dicere, cum majorum imagines intuerentur, vehementiſſime ſibi animum ad virtutem accendi. Scilicet non ceram illam, neque figuram tantam vim in ſe ſe habere, ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregiis Viris in pectore creſcere; neque prius ſedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adæquaverit.*

Digitized by Google

Aureaque evomuit viduato ſtamina ventre,
Fornice compulſa impoſito (45) decumbit, & in ſe
Concurrens premitur; tereti & quæ corpore quondam
Reptabat toto, (46) dubiam modo nacta figuram,

An-

(45) *Decumbit*. Non Bombyx tantum ſed Bruchus quilibet ſtatim ac folliculo clauditur, decreſcere incipit ac decurtari, ovalem ferme figuram adeptus, quam & Erucæ illæ ſortiuntur, & conſimilia Inſecta, etiam quæ ſollibus ſe non claudunt, ſed metamorphoſin totam ſub dio peragunt, & abſolvunt. Noſtri autem Bombycis bruchus, quatriduo circiter poſtquam ſe condiderit, in Aureliam, ſeu Chryſalidem appellare libeat, depoſito vermis corio, immutatur; hæcque Aurelia nil aliud, quam *jam geniti Papilionis larva & velamen* juxta *Malpighium* videtur eſſe. Sub ejusdem cortice obſervantur ſane capitis, antennarum, alarum, crurumque inſignia inchoamenta, & veſtigia, ſingula ſenſim protuberantia; quæ tamen vera Papilionis ejusdem membra non ſunt, ſed typus quidam, ſub quo membra ipſa efformantur, & a quo velut impreſſione quadam & figura donantur: Tandem etenim, poſt dies decem circiter, animal ipſum perfectiſſime elaboratum ex aurelia, ceu quodam ex carcere erumpit, intra folliculum tamen adhuc conſiſtens. Atque ita, juxta præfatum Auctorem, *duplex ſenium in folliculo ſubeſt, Aureliæ ſcilicet, & Bombycis*, prout quidem evidentiſſime patet.

(46) *Dubiam modo figuram*. Aurelia figura medium quid ac dubium eſſe videtur inter Papilionem & Bruchum; habet enim, ut & primo ſtatim obſervantibus patet, aliquid cum utroque commune. Adnotare hic autem non abs re ſit, nihil aliud, meo judicio, quam aurelias intelligendas eſſe apud *Virgil. Georg. l. 4.* cum apum generationis hiſtoriam ſeu fabellam potius enarrans, cecinit:

Viſenda medis animalia miris,
Truncæ pedum primo, mox & ſtridentia pinnis
Miſcentur, &c.

Quid aliud ſiquidem dicas eſſe animalia illa *truncæ pedum*, niſi Chryſalides bruchorum, qui ex ovulis ſupra mactati vituli viſcera a quapiam inſectorum ſpecie depoſitis emerſerint? Cui ſimile phænomenon dabitur cuilibet intueri ſi carnes per dies aliquot aeri libere expoſitas, aprico præſertim loco, reliquerit. Videbit enim citocitius vermes quosdam albicantes, qui brevi ſtati temporis curriculo carnibus illis enutriti, intra loculum quendam ſe componunt; aſſumptoque ſubobſcuro tegmine, quod Aureliæ corium eſt, per dies aliquot ita permanent. Eodem vero poſt non multos dies diffracto, emicant grandiores quædam muſcæ, quarum generis utique ovula illa fuerunt, e quibus primum jam dicti Bruchi ſunt exorti. An hujusmodi Inſectorum metamorphoſes norit *Virgilius* quis divinet? Illud quidem certo affirmandum videtur, ejusdem Interpretes non omnino veritatem aſſecutos. Ex ſuprarelato ſiquidem loco eruunt quidam ex ipſis etymologiam vocabuli, quo apes appellantur; ajuntque ſic ipſas dici, quaſi *apodes*, hoc eſt ſine pedibus cum ſatis alioquin conſtet, nec Apes veras ſine pedibus unquam eſſe, neque corpora illa, quæ in carne vituli obſervata ſunt ſine pedibus, Apes ullo modo eſſe potuiſſe. Præterquamquod pari de cauſa etiam reliqua Inſecta *apodes*, indeque *apes* ideirco dici poſſent, cum Aureliæ, e quibus ſingula inſecta ipſa ſunt proditura, videantur eſſe animalia ipſa, quæ mox volatilia futura ſunt, ſine pedibus prius exiſtentia, utpote quæ ſub illarum ſpoliis decurtata jaceant, atque conſtricta. Confulatur vanam de Apum ortu ſententiam confutans merito atque eruditiſſime *Cl. Franc. Redi, Exper. circa Inſecta ad Carol. Dati*. Gaudendum igitur eſt ſummopere, ad illam nos ætatem perveniſſe, quæ ſanæ Philoſophiæ incrementis adeo ditata eſt ac profecit, ut plurimis detectis erroribus, eliminatisque præjudiciis, ad veritatem acquirendam certiori greſſu procedere valeamus, cum tot nobis ad feliciſſimum iter

Digitized by Google

Angustisque (47) minor loculis ignobilis hæret.
Vivere quis putet? At non segni munere vivunt
Solertes animæ: Veteres posuisse laborant
Exuvias, se seque novis doctæ artubus aptant.
Ecce humeros autem summos atque ilia circum
Furva micare notis, jamjamque instare volatu
Alarum figmenta vides, capitisque, pedumque.
Nec te distinerant dubiis fallentia membris;
Tegmine (48) namque novo citius varioque valentem
Remigio prolem spectas, aliumque moveri,
Nec sueta (mirum!) Bombycem vivere forma.
Hinc caput erumpit; blanda illinc cornua fronte
Emicuere; tumens longe producitur alvus:
Subsiduntque pedes, vivaxque furentibus inguen
Exeritur; proprio totum scatet ordine corpus.
Cumque bis octona successerit aurea cœlo
Luce dies, omnis periit cum nomine Bombyx,
Mutaturque (49) color, mutantur membra. Volucri
Corpore gens resilit, gaudetque volucribus alis
Ocyus impatiens, tristes nec passa tenebras,
Quæritat ista, quo se puras in luminis oras
Proripiat levis. Hinc lanam diro ore tenacem

Im-

suscipiendum Clarissimorum Hominum recentiores observationes, experientiæ, prudentesque conjecturæ mirifice præfulgeant, pluresque ac meliores semper sperare liceat, quibus altiorem Naturæ sinum ingentibus animis nec dubia manu perscrutari valeamus.

(47) *Minor.* Et quidem dimidio triplove ac antea fuerat. Adnotavit & *Libavius*; *cum Bombyx plusquam duplo longior fuerit, nympha ad parvam staturam contrahitur, ut vix impleat longitudinem internodii secundi in digito medio viri.* Sic ille; at, nisi fallor, etiam multo minor nympha est. Hæc vero bruchorum decurtatio, cum in aurelias transierint, in omnibus Insectis clare observatur, & præcipue in illis, e quorum aureliis emicant papiliones, ita ut bruchus nonnunquam quadruplo suo papilione sit major. Papiliones ergo corpore multo minores quidem sunt bruchis, aliquanto minores autem aureliis, quippe qui sub ipsarum coriis & corticibus admodum compressi jacerant; quod quidem in grandiori illo, de quo infra n. 50. dicetur, & in Cicadis præcipue insigniter apparet.

(48) *Tegmine n. novo.* Non configuratione tantum, sed & colore a bruchis aureliæ discrepant: Ipsarum siquidem color *saturatior*, juxta *Malpighium*, *in diversa ditur, cum circa caput, caudam, & per longum dorsi exsiccatarum Aurantiorum cortici persimilis color emergat*, &c. *reliquum vero corporis* &c. *vitellinum teneat colorem.*

(49) *Mutaturque color.* Hic enim in Papilionibus albus fere est, seu cinereus, cum aliqua ceu ferruginei admixtione; totumque eorundem corpus, quibusdam veluti minimis plumis refertum, & quodam tenuissimo ejusdem coloris pulvisculo instar farinæ modum conspersum visitur: Quibus quidem plumis Papilionum omnium fere alæ jucundissime aspersæ ac variegatæ sunt, & eorum quidem maxime, qui nocturni

Digitized by Google

Impellit, lentaque rigans aſpergine laxat,
Optatasque (50) vias divulſo limine pandit.
Flamine ut ætherio ac vitali eſt luce potitus
Papilio, nondum ore potens nondumque volatu
Circumquaque agitur ſerventi percitus igne
Inſanæ Veneris, cœcaque libidine præceps
Concubitus petit, ac fœmellas acrior omni
Agmine ſolicitat. Tunc tu committere certus
Connubia, & molles aude ſociare jugales.
Jamque operi committe pares, prout cortice quisque
Sedulus exiliit; nam durum æquare laborem
Non ſatis una dies. Spumantes æquore merget

Sæ-

nuncupantur, quoniam aut nunquam interdiu, aut nonniſi raro volitant, ſed ſub arborum fere foliis, aut ſuper eorundem truncis, aut alia quapiam ſede latitantes hærentesque, vel ſuſpenſi ſiſtunt; inde vero poſt Solis occaſum digreſſi per noctem volitantes obſervantur.

(50) *Vias d. l. pandit.* Non alia quam accuratiſſimi Malpighii verba præſtat adducere. *Papilio*, &c. inquit ipſe, *ab ore copioſum eructat phlegma, quo proximum folliculi acumen madeſcit: Tum rurſum elongato capite urget, ejusdem texturam ſenſim laxando, & ſtamen ad latera diducendo; hocque capite velut ariete peragit, quouſque data via erumpat anteriori corporis parte, quæ ſuper extremum folliculi corpus revoluta, fixatis firmiter pedum unguibus, extremum corporis adhuc folliculo incluſum extrahit; & ita nova gaudens luce expandit alas, in ſiniſtris ut plurimum circumvolutas, & contortas, quæ ſenſim ex motu & aeris temperie eriguntur, & vigent*, &c. Non alienum autem a re noſtra judico adnotare, Bombycum quidem papiliones jam dicto modo e folliculis emergere, magno quidem labore, cum non mediocri conatu opus ſit ad excitandum foramen debilioribus alioquin inſtrumentis, & circumclauſis undique ſtipatisque multiplici filorum textura & implicatione follibus ipſis, quod omnino quidem neceſſarium erat ad uſum, cui expetuntur, atque inſerviunt. Cæterum in nonnullis aliorum Inſectorum follibus; & in eo præſertim maximi illius atque elegantiſſimi Papilionis nocturni, alas varia colorum pompa depictas præferentis, ſi diligentius attendatur, facile obſervare ſit, qua parte follis ipſe in acutiorem deſinit, oſtiolum quoddam diligentiſſime conſtructum atque contectum, per quod emerſurus Papilio minori difficultate progrediatur; tanta ſiquidem alioquin eſt fili, quo ipſe texitur, durities, ut nullatenus tenellum animal inde proditurum aptum fortaſſe foret ad ipſum terebrandum, ac diducendum. Dum igitur a brucho follis ille conſtruitur, ſic ab eodem, mirabili quidem naturæ inſtinctu atque arte filamenta jaciuntur, ut ab acuminata parte nonnihil recedant. Ipſam hanc tamen, utpote ſtamine non obſeptam, adeo bruchus artifex contegit, & tutatur, circumjactis exterius longioribus filamentis, ut oſtiolum ipſum & intuentium oculos fugiat, & externis inſultibus nonniſi difficillime pateat. Quoniam vero & plurima Inſecta a ſuis ſpeciatim Inſectis devorantur, nec deſunt ipſis animalculis Lupi ſui, accidit non ſemel, ut ſagaciſſimum quoddam Inſectum per illud ipſum oſtiolum, quamvis diligentiſſime munitum, viam ſibi faciat, aptoque intra folliculum idem potitum loco ovula deponat, e quibus erumpentes ſtato tempore bruchi latentes inibi aureliæ corpuſculum miſerrime lancinent, ac dire depaſcantur, prout non ſemel experiri mihi datum in uno aut altero hujusmodi folliculorum, quos in jucundarum harumce obſervationum gratiam aſſervabam.

Digitized by Google

Sæpius (51) Heſperio, atque extrema perluet unda
Phæbus equos, croceoque oriens ſe lumine terris
Sæpius oſtendet, dum omnis contendat in auras
Aligerum turba. Ergo celer prudensque repone
Emerſos thalamis, nec dulcia vota fatiga.
Jam validi certant fœtus, jamque omnibus idem
Ardor ineſt; alteque ſtatim tum fœmina tum mas
Torquentur pariter ſtimulis, (52) imaque feroces
Concurrunt pube, atque implexis artubus hærent.
Namque petulca avidis dire genitalia cernes
Membra jaci matibus, curvoque inſtare ſalaces
Uxores (53) nodo raptas, ſtringique, trahique.

Nec

(51) *Sæpius*, &c. Sexdecim circiter dies a prima folliculi conſtructione ad Papilionis exortum intercedunt. Quatuor circiter quippe prætereunt antequam bruchus ſpolia deponat; per decem inde vero circiter aurelia ducat, cujus demum, abjecto corio, Papilio inde emerſus poſt diem unum aut alterum eruptionem molitur. Quoniam vero non omnes eodem die Bombyces follem conſtruere incipiunt, nec eodem idcirco die omnes ex illo prodire pergunt; ſed prout quisque citius tardiusve opus exorſus eſt, ita & erumpit, hac tamen ferme lege, ut intra quinque aut ſex, plus minusve, dierum curriculum omnes quaſi Papiliones egredi obſervenſur.

(52) *Imaque f. e. pube*. Papiliones noſtri ex illo ſunt Inſectorum genere, quæ averſo corpore coeunt, quemadmodum etiam coire ſolent Papilionum cæteræ ſpecies, necnon & terreſtres Cimices, & Muſcæ plures, atque Cicadæ, prout obſervanti mihi ſæpius viſum eſt. Vario autem modo varia alia animalcula in venerem conjungi conſtat, & diverſo quidem invicem ſingula, pro eorundem generum ſeu ſpecierum varietate; ut a vero multum aberraverit *Ariſtoteles*, ſcribens de *Hiſt. Anim. l. 5. c. 8.* abſolute, *Inſecta averſa coeunt*. Cantharidum quippe mares incubi fœmellas comprimunt; nec diſſimiliter Scarabæi omnes, Muſcæque plurimæ. In ea vero Muſcarum ſpecie, quæ a ſecandis Roſarum ramulis, Roſiſecæ apud *Cl. Vallisnerium*, ſpeciali de ipſis hiſtoria; nuncupantur, cum fœminæ genitalia medio fere ſub ventre gerant, congreſſurum maſculum ſuccubum quodammodo agere ſe ſe oportet. Nonnulla e contrario Inſecta, quæ Libellæ aliquibus appellantur, Italica voce apud quosdam *Ceveſtoni*, vulgatius autem *Sirtoni*, muliebrem pubem ſupra dorſum quinimmo præferunt, eorumque mares, quamvis incubi quidem coeant, diverſa tamen a Cantharidibus ſimilibusque aliis illud ratione peragunt. Ex plurimis ideo obſervationibus tot Inſectorum genera proprio uti ad coeundum ritu ſtatui poteſt, quod & quisque ex ſe nullo negotio percipere ſatis valeat: Singula ſiquidem hic referre atque perpendere conſulto ſuperſedeo; cum neque inſtituti mei, neque hujuſce loci ſit, niſi aliqua tantum ex Naturali Hiſtoria ad Bombyces noſtros illuſtrandos ſummis labiis prælibare.

(53) *Nodo*. Extremus Papilionis penis recurvus eſt. De ipſo *Libavius*: *Comprehenſam fœmina vulvam attrahit, ſibique jungit adeo firmiter, ut ſi diſtrahere congreſſos velis, citius videatur ruptura ventris*, &c. *compages, quam remiſſura coitio*. Fœminæ autem pudendum circulum quendam oſſeum exhibet, per quem maris membro patet aditus, *& ſemilunarem*, juxta Malpighium, *conchæ, vel apertum calycem æmulatur*: Atque, juxta Libavium, *circa cellum ambitus cum retinaculis corneis, latis, inque ſummo obtuſioribus, quibus genitale maris viciſſim prehendit*. Immanem horum animalium libidinem *Libavius* idem adnotavit: *Coitum*, inquit, *mas ferventer appetit, parva mora poſt exitum*, &c. *& hoc evenit etiam in fœmina*, &c.

Digitized by Google

Nec brevis in venerem flamma his: Lux altera semper
Dulcia commissos condendæ in munera prolis
Miratur populos, longaque libidine nisus,
Ac multo afflatam distendi semine matrem.
Dulcibus illa quidem, tumidæ jam certior alvi,
Solvitur illecebris, ac primis fœta recedit,
Non aliis credenda toris: Aſt gaudia rursum
Improbus ac pugna non fractus poscit adulter;
Collectasque procax magno molimine vires
Exertat, gestitque novam pressisse maritam,
Felix prole iterum. Frustra sed (54) tertia tentat
Connubia, atque aliis impar succedere lectis.
Perculso nam membra tremunt; vis deserit omnis
Exanimem, dubiosque oculos nox languida pulsat:
Labitur, & dulces auras vitamque relinquit.
Fœcundo interea mater dimissa marito
Consistit gravior, laxatoque inguine prolem
Ocyus impellit, (55) fœtaque exsolvitur alvo.
Ovula jamque vides ceu quæ nutantia granis
Panica (56) dant minimis, (57) Lychnisve aptanda corollis,

Quæ-

(54) *Tertia*. Papilio, qui *vegetus est*, ait *Libavius*, *post primi diei congressum, interveniente noctis quiete, altero die repetit eandem fœminam, aut in quamcunque incideris; adeo ut ter quater peragat coeundi vices*. Tantum virium tamen in nostris observare nunquam mihi contigit; omnesque fere post alterum congressum animadverti defeciſſe.

(55) *Fœtaque exsolvitur alvo*. Tumida sane turgentique, utpote quæ plusquam quadringentis sane ovulis, quoties valens viribus & sana sit, distendatur, quibus eo quod infra dicetur modo se se exonerat. Jure igitur inquit *Libavius*, *quod* Vidas *de centenis scribit, id de maeris parvisque necydalis potest intelligi, quales ego vidi evasisse ex n gleticiare nutritione*. Etiam *Jonstonus*, quod miror, centum fere ovula ab iisdem pendire tradit; cum certo sciamus ea multo plura deponi. Quod quidem de singulis ferme dici potest Papilionum speciebus, quæ feraciſſimæ solent esse. Ovula ergo & illa dicenda sunt, ex quorum magna copia vermes in alveariis enascuntur, non stercora, prout olim credidit *Columell. l. 9. c. 14.* qui necandos jubet Papiliones Apum cellas infestantes, quoniam, inquit ipse, *& ceras erodunt, & stercore suo vermes progenerant, quos alvorum tineas appellamus*. Vermes namque illi, seu tineæ, non ex stercore Papilionum, sed ex ovulis ab iisdem ibi depositis proveniunt, cum in omni jam ferme Philosophorum sententia nulla detur ex putri animantium generatio, sed eorum quælibet oriantur ex ovo, viventiaque omnia a vivente procedant: Quæ sententia nostris jam temporibus adeo feliciter, & jure quidem merito invaluit, ut ne tantillum quidem super hac re dubitare, nisi uni aut alteri in antiquorum alicujus verba juranti, in mentem veniat.

(56) *Panica*. Panicum nota herba, Gramen Panicum etiam dicta, inter Cereales, seu Graminifolias, minutiſſimis ac rotundiusculis seminibus e pendulis paniculis abundans, quorum cacumina nutantia *Plinius l. 18. c. 7.* appellavit. Exigua igitur Bombycum ovula sunt, ceu Panici Miliive granula; unde & *Jonston. de Insect. l. 2. Art. 3.* relicto, inquit, *post se* (Papilio) *instar granorum milii semine*, &c.

(57) *Lychnis*. Planta hæc, quæ inter caryophyllæas a *Cl. Tournefortio* novo

Digitized by Google

Quæve (58) ſoporiferis elata Papavera thecis,
(Mole adeo exigua) pariter flaventia primum,
Mox duraturo pallenti inſcripta colore,
Fert qualem cinis. At quæ ſpectas (59) candida, magnas
Triſtia ſpes fallunt. Si experto credis, inane
Semen ineſt, omnique carent ſpe gentis & anni.
Nec temere eniti credas: (60) Agit ordine certo
Inguina cauta parens, preſſo ne ſemine ſemen
Ingruat, ac nimio ſurgat glomeramine moles;
Aptaque continuo deponit ſingula gyro,
Non longam metata viam. Nec diſſita multo
Semina conduntur ſpatio, ſed proximus hæret
Orbi orbis, laterique latus. Jam plurima cernis
Agmina, delectosque duces, diviſaque caſtra.

Fi-

plantarum ſyſtemate recenſetur, plurimarum quidem ac variarum inter ſe ſpecierum eſt; aſt ſingularum ferme, unam alteramve ſi excipias, ſimilia ſemina ſunt, tenuia nempe atque exigua. Coronariæ nonnullæ ipſarum a Botanicis appellantur, quod olim uſu maximo fuerint in ſertis & coronis, ut videre eſt apud *Matthiol. lib. 3. c. 109. Jo. Bauhin. Hiſt. Plant. l. 29. c. 30.* & alios. Nec alia planta, quam *Lychnis Coronaria flore ſimplici purpureo* eſſe creditur illa, quæ inter Roſas apud *Plinium lib. 21. cap. 4.* reponitur, *nunquam excedens quinque folia, violæ magnitudine, odore nullo*. Hæ ſiquidem notæ omnes Lychnidi modo dictæ videntur omnino convenire.

(58) *Soporiferis*. Soporifera dicuntur Papavera, quod ex iisdem ſuccus quidam exprimatur, ſoporem inducens, & nonnunquam etiam, ſi immodica ſumatur copia, lethargum, & mortem. Videantur *Dalechamp. Hiſt. Lugd. lib. 27. cap. 1. Jo. Bauhin. Hiſt. Plant. l. 1. cap. 1.* & 2. Hinc Poetis Papavera Lethæa nuncupantur, hoc eſt ſomnum atque oblivionem inducentia;

Inferias Orphei Lethæa Papavera mittes;

Et *Lib. 1.*

Urunt Lethæo perfuſa Papavera ſomno.

Idcirco apud *Ovid. Metam. l. 11.* ponuntur prope domum Somni;

Ante fores antri fœcunda Papavera florent.

(59) *Candida*. Papilionum noſtrorum ovula cum excluduntur flavum quendam ſive ſulphureum colorem præſetre ſolent, qui paulisper immutatur, & in cinereum tranſit, quem cum adepta ovula ipſa fuerint, ad ſobolem optima cenſentur. Quædam vero aut alba prodeunt, aut album paulo poſt colorem aſſumunt, quæ, experientia docente, inania ſunt, neque ad propagationem generis apta.

(60) *Agit ordine certo*. In ipſa etiam ovorum depoſitione ſolertiſſimi animalculi mire elucet induſtria; ipſa ſiquidem ſic ex alvo a parente egeruntur, ut ſibi invicem quidem adhæreant, at unum alteri non incumbat. Quocirca, prout eadem Papilio deponit, ſenſim etiam extremam alvum movet, ut, uno depoſito, alteri proxime deponendo locus pateat. Poſt ſolutionem a congreſſu, *Libavius* inquit, *ſtatim deponuntur ova, ordine alterum poſt alterum, ubi videas quaſi cum conatu & contractione alvi protrudi excludique ex matricis collo exerto, adeo ut pavimentum tangat*. Hæc ova adontavit *Malpighius* teſta quadam contecta eſſe, quæ ſecundum ipſum, *veluti cornuum lamina diaphana & fluxibilis eſt*, &c. hujusque teſtæ ſuperficies, eodem auctore, *non abſolute levis eſt, ſed rotundis minimisque tumoribus ſibi contiguis aſpera redditur, ut Squatinæ collum æmuletur*. Quælibet autem fœmina, proprio ſuper ſuppoſitum

Digitized by Google

Fines quæque ſuos mater, prætenſaque ſervat
Quæque genus, caræque juvant diſcrimina prolis.
Non aliter magnis acies ſtetit inclyta bellis,
Plurima cum late Mavors circum occupat armis
Arvorum ſpatia, & rutilo tegit æquora ferro.
Complentur campi; ſecto ſed limite turbæ
Stant equitum peditumque ſimul, ſtant dura ſeveris
Legibus ac numero nunquam turbanda juventus;
Et ſua non dubiæ proſpectant ſigna cohortes.
Fac autem, moneo, pereat ne larga ferendæ
Spes gentis: Prudens ideo mollemve papyrum,
Albave ſuppones fœtæ ſudaria matri,
Ovula queis ſiſtant utero depulſa. Nitore
Improba gaudet ales, purisque uberrima lectis
Semine laxatur. Nec dulcia pignora fruſtra
Diſpergenda parit; lento ſed (61) protegit imbre,
Stillatoque toris rorantia glutine firmat.
Uſque adeo & minimis præſtare animantibus acri
Mente datum, ignarisque nitet ſolertia rebus.
Hinc tu ſuppoſitis hærentia ſemina lectis,
Si te magna tenent generis populique futuri
Vota, diu condes, aptaque tueberis arca,
Mollem ne (62) aura rigens, gelidis dum æcana pruinis
Urit

ſtratum potita loco, ſuamet ſic deponit ova, ab alterius ovis pariter ſejuncta, ut ſatis appareat quantum fœtuum unaquæque protulerit. Sic plurimi illi ovulorum cætus, quaſi manipulatim inter ſe diſtincti, jucundiſſimam militarium agminum ſpeciem repræſentare quodammodo videntur.

(61) *Protegit imbre.* Mirum eſt quanto ſtudio minutiſſima ipſa Inſecta quælibet ovorum, quæ excluſerint, ſecuritati proſpiciant. Juvat ſuper hac re doctiſſimi ſuperius non uno loco jam laudati *Vallisnerii* obſervationibus uti, iisdem quinimmo Auctoris ipſius verbis rem veluti ante oculos ponere: *Ho perpetuamente*, inquit ipſe Tractatu Italico, qui inſcribitur *Dell'Origine de' Vermi ordinarj del Corpo Umano Pag. 46. oſſervato nelle campagne, ne' boſchi, negli orti, nelle caſe, che moltiſſimi Inſetti, per minuti che ſieno, attaccano le loro Uova ſu quella Foglia, ſu quel Fiore, ſu quell'albero, ſu quel muro, con un certo viſco particolare, che le accompagna, e ſtrettamente, per così dire, le conglutina, acciochè il vento, o qualche altra eſterna ingiuria non le diſturbi e rimova da quel luogo, dove i nati figliuoli devono alimentarſi. Così i Bruchi de' Cavoli, dell'Ebulo, della Ruta, e di quanti gettano le Uova ſulle piante, le incollano, e le diſpongono per lo più con un'ordine belliſſimo*; & reliqua plurima, quæ apud eundem Auctorem legere præſtat: Ibidem quippe docere proſequitur Vir egregius quot modis, pro vario Inſectorum inſtinctu ac ritu, ab iisdem incolumitas ſuis fœtibus comparetur.

(62) *Aura rigens.* Quomodo cuſtodienda ſint Bombycum ovula in ſequentem annum docet *Malpighius*. *Papilionum*, inquit, *ova linteolis hærent, & per totam æſtatem in cella vinaria, vel alia frigidiori manſione conſervantur. Hyeme au-*

Digitized by Google

Urit hyems, perdat neu pubem immitior æſtus,
Altius exardet cœlo cum (63) Sirius ignis,
Et ferale rubent ſitientis ſigna Leonis.
Protinus innumeras ſubvertent invida proles
Quæque nimis media diſtantia tempora lance.
Sique diu nimbis olim pugnacibus Auſter
Turbidus inſedit, tumidoque efferbuit æſtu,
Solvere ne differ gentem, cœcoque recluſum
Carcere ſolicitus dubiam depromere gazam,
Æthera ut irriguum & frigentes ſentiat auras,
Jucundumque diem: Nimio nam percitus igne
Nititur incautus non in ſua tempora Bombyx;
Deceptique ſcatent fœtus, victique fatiſcunt.

Aſt

autem, vigente gelu, ſub lectulorum ſtratis, ne glaciem concipiant, locantur, &c. Ut autem quod ſæpius expertus ſum, & peritiores conſtanter ediderant, fatear, nunquam Bombycum ova ex vi frigoris, quamvis immodica periiſſe eſt compertum. Habita quinimmo multiplici obſervatione didici, poſt ſeveriſſimas hyemes, qualium non unam proxime lapſis annis communiter ſenſimus, Bombyces ſequenti vere ex ovulis, quamvis etiam minus diligenter cuſtoditis, feliciſſime tamen natos. Nec diverſimode ſolitam erucarum copiam certum eſt ſuis ex ovulis prodiiſſe, cum tamen ipſamet ovula per totum brumæ antelapſæ tempus ſub dio perſtiterint, alia nempe de more contractis arborum foliis, indeque filamento quodam ad ſecuritatem ſuſpenſis obvoluta, ut in Pyris fere, malis Perſicis, ſed Prunis præcipue obſervatur; alia ſuper ipſos caudices affixa, inde quadam lanugine contecta, prout frequenter ſuper Populos ac Salices occurrere ſolent; alia vel ramulos ipſos in ligamenti ſeu digitalis modum comprehendentia, vel inter majorum ramorum truncorumque rimas deliteſcentia, qualia pluribus in arboribus perſtant. Uno ſane modo, ut arbitror, perire Bombycum progenies poteſt, ſi ovulis nempe extemporaneo quodam contingat calore perflari, qui ad eadem ceu fovenda indeque latentem bruchum excitandum ſufficiat. Tunc temporis enim, cum neque tempus ipſum aptum ſit, neque mororum folia ad ingentem præcipue enutriendam turbam ſuppetant, neceſſe eſt ut res peſſime cedant, omnisque proventus pereat. Verum enim opportunumque Bombycum feliciter enutriendorum illud eſt tempus, quod libro primo jam docuimus.

(63) *Sirius ignis*. Sirius, ut docent Aſtronomi, ſtella eſt in ore Canis majoris, quo cum Sol pervenerit, calor maximus excitari ſolet, quod exeunte Menſe Julio, & per Auguſti plurimam partem contingit, quando uempe Sol ipſe Leonis ſignum percurrit. Sirius ardor hoc ipſo ſenſu dicitur a *Virgil. Æneid. lib.* 10.

Non ſecus ac liquida ſi quando nocte cometæ
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor.

Idemque innuit ipſe Poeta *Georg. lib.* 2. cum cecinit,

Ubi bidua ſiti ſodit Canis æſtifer arva.

Quanquam ſane effectus illi non in Stellæ illius vim, ut inepte Aſtrologi fabulantur, ſed in Solem ipſum ſint refundendi; ſive nimirum propter majorem ſolarium radiorum refractionem in aere, qui tunc temporis uberrima vaporum copia ſcatet; ſeu, quod probabilius videtur, ad mentem *Cl. Montanarii*, egregio adverſus Aſtrologos opuſculo, ex eo quia, cum aerea & ſublunaris regio multum incaluerit plurimis quidem gradibus eidem ad uſque Solſtitium æſtivum per dies ſingulos advenientibus, quando Sol nempe diutius ſupra noſtrum Horizontem em-

Digitized by Google

Aſt effœta parens, cari miſerata mariti
Feſtinat (64) jam fata ſequi; nec triſtia diſtant
Funeris, aut viduæ fulget lux tertia matri.
Felices letho! Quas irremeabilis Orci
Incaſſum Ditisque vado lex deſtinet atra;
Semine nam reduces meliora in fata renaſci
Aſpicies populos, picto cum lucida cœlo
Succedens (65) Sol ſigna petat, mutataque rurſum
Tempora ſignandis dederint jam nomina faſtis.
Vivere ſic pergent populi, longasque tueri
Fœtibus ætates; atque unum mille rependent.
Triſtibus interea paſſim labentia lectis
Illacrymans (66) coges, ac rite cadavera condes,

Nec

eurrit, apta ipſa inde facta eſt ad magis ſemper incaleſcendum, licet ex minori ſuper Horizontem Solis ejusdem mora minores hauriat caloris gradus ac in Solſtitio. Facilius namque citiusque dubio procul corpus aliqualiter antea calidum quæſitam caloris menſuram acquiret, ac alterum vel omnino frigidum, vel minus calidum. Quod autem calor ipſe uſque ad Æquinoctium Autumnale non magis ac magis ſemper augeri pergat exinde eſt, tum quod decreſcentibus ſemper diebus, noctibus autem elongatis, minus caloris per dies addatur, per noctes autem plus auferatur; tum quia venti pluviæque, tunc temporis frequentiores, non modicum jam exiſtentis in aere & ſublunaribus rebus caloris avertant, & extinguant. Videmus namque ſæpe ſæpius etiam contingere, quod, ſi per id temporis aut non ingruerint venti, aut multæ non ceciderint pluviæ, non mediocris æſtus uſque ad autumnale fere æquinoctium, & ultra quandoque producatur.

(64) *Feſtinat*, &c. Aliter animadverſiſſe videtur *Malpighius*, cujus verba ſunt; *Superſtite maſculo per aliquot dies, obitus primo frequenter ſolet fœmina*. Mihi quidem utrunque vidiſſe contigit; primo nempe aliquando fœminas, aliquando maſculos occubuiſſe; quod adnotatum volui, ut quod hic de fœminis maſculorum fata ſequentibus abſolute dicitur, quo decet juxta veritatem modo teneatur. Illud pro certo tenendum quidem, fœminarum mariumque mortes modico inter ſe temporis intervallo diſtare; & Papilionum turbam omnem brevi poſt diſſolutam copulam excluſaque ovula penitus interire.

(65) *Succedens Sol*. Novo ſcilicet veris ſuccedentis tempore, prout Libro primo jam dictum; & poſtquam novus annus inchoatus fuerit, qui reſpectu noſtri, & Veneto more, initium a Martio menſe jam ſumpſerit.

(66) *Illacrymans*. Ex Veterum conſuetudine, apud quos luctum in funerum ritu & pompa locum habuiſſe ſcimus; ipſumque non privatim ſolummodo editum, puta a conſanguineis ſive amicis ad defuncti cadaver, ſed & publice quæſitum per Præficas, mulieres nempe ad hoc pretio conductas, ut cadavera cum lacrymis & ejulatibus proſequerentur. Solebant autem lachrymæ ipſæ, tum privatæ, tum juxta nonnullos etiam publicæ, ampullis quibusdam colligi ex vitro, vel argilla, varia figura donatis, prout ex aliquibus tum ex illa tum ex iſta materie in muſeolo noſtro exiſtentibus ſatis conſtat, & prout videri poteſt apud *Caſalium de Ritib. Veter. cap.* 26. & *Muſe Kirker. Cl.* 4. *num.* 57. inde vero prope defuncti cineres in ſepulchro reponi, ut docet, præter alios plures Rei Funerariæ Scriptores, eruditiſſimus *Hieronymus Baruffaldi*, *Diſſertat. de Præficis*; cui egregie concinit pari laude merito celebrandus *Joſeph. Lanzoni*, *Adverſ. de Luctu mortuali Vet.* ad quos Lectorem remitto.

Digitized by Google

Nec tumuli extremo fruſtrabere gratus honore.
Tanta decet pietas. Æternum jamque (67) valete
Felices animæ. Gravior (68) ne comprimat artus
Terra, precor, veſtros, ripisve immanibus umbræ
Perſtringant trepidas, facilis ſed (69) Portitor omnes
Excipiat, pronaque inſiſtat littore cymba.
Nulla dies nobis veſtros memorare labores
Prætereat. Majora aliis laudentur, & altum
Sudet opus gravior, toto quem flamine Phæbus
Imbuit, Heroasque docet cantare, Deosque,
Commiſſasque acies, & bella ingentia Vates.

Ipſe

(67) *Valete*. Cadaverum combuſtione peracta, diſcedentes effines, amicique, ac reliqui funebris pompæ proſecutores valedicere defunctis ſolebant, iis fermè verbis; *Ave*: *Salve*: *Æternum vale*, prout ex innumeris Auctorum locis quivis facile deprehendat. *Catull. Epigr.* 100.

Accipe fraterno multum manantia (munera) fletu;
Atque in perpetuum, frater, ave, atque vale.

Sic apud *Virgil. Æneid. lib.* 11. Æneas;

Salve æternum mihi, maxime Palla,
Æternumque vale.

Sunt ex Criticis quidam putantes, ter vocem illam *Vale* repetere uſu fuiſſe. Alii vero, junctim verba *Salve*, & *Vale* prolata, quibus libentius aſſentirer, ex locis, qui apud Scriptores occurrunt obſervandi. Sed, niſi fallor, conjectare certius licet, verba hæc & ſingillatim, & ſejunctim, & pariter ſimul pronunciari conſueviſſe, pro libitu dicentium, ut fidem faciunt plurimi loci, qui in Poetarum præſertim lectione perpendi poſſunt. Videatur morem hunc pluribus eruditiſſime illuſtrans *Cl. Jo. Antonius Aſtorius J. U. D. Comment. ſuper antiquum Alcmanis Poetæ Monumentum*, non multis ab hinc annis Venetias e Græcia translatum.

(68) *Ne comprimat*, &c. Hoc quoque inter ſolemnes funerum ritus apud Antiquos uſu fuit, ut nempe, & a tumulatione cadaverum diſcedentes, & juxta eorundem ſepulchra tranſeuntes, & memoriam defunctorum facientes terram iisdem levem adprecarentur. Quare *Tibull. lib.* 2. *El.* 4.

Et bene diſcedens dicet placideque quieſcas;
Terraque ſecuræ ſit ſuper oſſa levis.

Et *Propert. lib.* 1. *El.* 17.

Illa meum extremo clamaret pulvere nomen;
Ut mihi non ullo pondere terra foret.

Juvenal. quoque *Sat.* 7.

Dij majorum umbris tenuem, & ſine pondere terram, &c.

Erant autem plerumque ſolemnia ritus illius verba, *Sit tibi terra levis*, quæ ſic deſignabantur *S. T. T. L.* prout ex antiquis monumentis colligere licet, juxta interpretationem doctiſſimi Viri *Sertorii Urſati*, *de Not. Roman.* qui iisdem verbis adnotat appoſita fuiſſe illa C. S. H. quæ ipſe interpretatur, *Curavit Sibi Hoc*, ſive *Communi Sumptu Hæredum*, quod magis placet. Sed de hac re vide plura apud eundem. Utitur hac formula *Martial. Epigr.* 30. *l.* 9. ſed ſubdole, & contrario ſenſu, dum impudicæ illi Philænidi terram levem adprecatur, non aliud exinde optans, quam ut facilius quinimmo jaceat inhumata, quod defunctorum ſpiritibus magni ſupplicii loco apud antiquos credebatur;

Sit tibi terra levis, mollique tegaris arena,
Ne tua non poſſint eruere oſſa canes.

(69) *Portitor*. Charon nempe, inexorabilis ille, juxta Poetarum commenta, Inferorum nauta, Erebi Noctisque filius, a quo defunctorum animas cymba transvehi ultra Acherontem, Stygem, Cocytum, & ſi quæ aliæ eorundem Inferorum aquæ fabularum nugis confictæ ſunt, Poetæ pa-

Digitized by Google

Ipſe ego jucundas (76) tenui vos carmine ſemper,
Si me fata ſinant venturis pandere chartis,
Vos recolam, laudesque feram, muſamque dicabo.

riter olim finxere. Deſcriptionem ipſius pulcherrimam totamque fabulam operæ pretium eſt legere apud *Virgil. Æneid. lib.* 6.

Portitor has horrendus aquas & flumina ſervat
Terribili ſqualore Charon, &c.

(70) *Tenui vos carmine*, &c. Tenui ſane, & ad tenuiſſimi ingenii noſtri modulum concinnato, cujus modica & perexigua facultas, cum majoribus auſis ineptam ſe omnino ſentiat, hoc unum præſtare ſtudet, ut miranda Naturæ opera, in Inſectorum præcipue moribus variisque phænomenis adeo elucentia pro viribus ſuis veſtiget, & proſequatur. Cui quidem jucundiſſimo ſtudio Botanicæ Facultatis etiam quædam rudimenta addere viſum eſt; quantum ſiquidem hæc illi concinant nemo ignorat, ſi bene ſentio, cum ſedulam perfectamque jam dictorum animalium ſeriem & perſpectionem abſque plantarum peritia, quibus eorundem pleraque ſolent inſiſtere, & ſpeciatim atque inſigniter delectari, fruſtra quis ſe conſequi poſſe putet. Indulgere autem quæſumus leviſſimis noſtris hiſce laboribus ne illi dedignentur, qui gravioribus Scientiis felicius imbuti atque ditati minora iſthæc, veluti qui ſummo dignitatum vertice potiti turbas humi repentes, despicere plerunque geſtiunt, tanquam nullius momenti, & penitus inutilia. Ad majora nos Deus non inſtruxit; adque tam grandes illas Diſciplinas, quibus ſublimiora ingenia apta pariaque ſunt, nonniſi voto & admiratione e longinquo tendere valemus. Illo tamen non modico ſolatio recreamur, quod & nos ad veritatem eruendam, maximum nempe atque præcipuum rationalis intellectus finem, quam leviter poſſumus operam navamus; quodque a noſtris hiſce exiguis quamlibet ſtudiis non abhorruit ſapientiſſimus Rex ille Salomon, de quo refert *Scriptura*, *Reg. lib.* 3. *cap.* 4. quod *diſputavit ſuper lignis, a Cedro, quæ eſt in Libano uſque ad Hyſſopum, quæ egreditur de pariete; & diſſeruit de jumentis, & volatilibus, & reptilibus, & piſcibus*. Super quo vide plura apud eruditum *Levinum Lemnium*, *Herbar. Biblic. cap.* 1.

Digitized by Google

M. FABII

QUINTILIANI DECLAMATIONES,

CUM EARUMDEM ANALYSI, & ADNOTATIUNCULIS

Difficiliores, & conditiores ſenſus explicantibus.

IN SINGULAS PRÆTEREA DECLAMATIONES

ANTILOGIÆ.

AUCTORE

LAURENTIO PATAROL.

Digitized by Google

M. F. Q.

QUINTILIANI

DECLAMATIONES,

Cum duodecim Asconii, & Anonymi Declamationum

Dialogibus, Secundi de tredecim explicare &c.

IN SINGULAS PRAETEREA DECLAMATIONES

ANTILOGIAE.

AUCTORE

LAURENTIO PATARIO.

Digitized by Google

M. FABII QUINTILIANI DECLAMATIO PRIMA.

IN PRIMAM M. FABII QUINTILIANI DECLAMATIONEM ANTILOGIA.

PARIES PALMATUS.

ARGUMENTUM.

Quidam, cui Filius erat Cæcus, quem hæredem instituerat, induxit illi Novercam, juvenemque in secreta domus parte sepositi. Is noctu, dum in cubiculo cum Uxore jaceret, occisus est; inventusque postero die habens gladium Filii infixum in vulnere; pariete ab ipsius ad Filii cubiculum vestigiis palmæ cruentato. Accusant se invicem Cæcus & Noverca.

Pro Cæco contra Novercam.

Declamatio

SI juvenis innocentissimus, Judices, uti vellet [1] ambitu tristissimæ calamitatis, poterat [2] allegare vobis amissam cum oculis cogitationum omnium temeritatem. Sed cum ostendere innocentiam suam moribus malit, quam adversis, neque pietatis, neque conscientiæ suæ gravem ferre contumeliam potest, ut parricidium non feciſſe videatur beneficio cæcitatis. Quare igitur non petit ut illum miserum putetis, nisi & innocens fuerit.

Pro Noverca contra Cæcum.

Antilogia.

QUamvis, Judices, in hac immanissimæ inauditæque crudelitatis causa satis se se jam cæcitas accusaverit, etiamsi taceremus, neque vestris mentibus plus veritatis afferre valeat oratio supra quam omnium oculis filius idem nefarius explicuit, debet ipsa pariter tamen innocentissima fœminarum ita se adversus hominis impudentiam, & mendacia defendere, ut minimum illud esse causæ suæ patrocinio sciatis, quod

1 Captatione misericordiæ externis rebus. 2 In medium producere.

Digitized by Google

ANTILOGIA. quod virum occidere non potuerit. Neque quod ipso nomine ſtatim in contraria quemque diſtrahere ſtudia Cæcus & Noverca videantur, hinc proficiat, quæſumus, hominum perditiſſimus, ut vel ſibi de ſua comparet calamitate innocentiæ fidem, vel adverſum nos de illa, qua mulierem ſemper exagitavit invidia, ſuſpicionem. Non igitur ignoramus quantum ſibi adverſarius oculorum jactura blandiatur; ſed indulgere, Judices, homini non poteſtis, niſi probet ſe feliciorem parricidam ſi oculos habuiſſet. Fidem veſtram, ſanctiſſimi viri, quid ad parricidium Cæco deeſſe putabitis? Quantulum juvant oculi facinus, quod per noctem in dormiente, in ſene peragitur! De hominis autem immani, & ſupra miſeriarum affectus audaciſſima pravitate quis dubitet, cum in ſecreta domus parte, poſt ſibi ſuperinductam a patre novercam, de rerum omnium communione ſepoſitus rem cuſtodire cæperit parricidæ? Quo magis vos decet, Judices, infeliciſſimæ mulieris fata mirari, quæ in tam ſævi crudelisque privigni jura delapſa eſt, quæ virum, familiam, univerſa deperdidit. Hæc nimirum illa omnia comparare ſibi voluiſſe putabitur parricidio. Quantum infelix hæc amiſerit ipſe ſcit, qui hæres inſtitutus eſt teſtamento. Et tamen in tam aperta factorum, cauſarumque diverſitate Novercæ facinus imputare conatur Privignus, tamquam ipſa maluerit contra Cæcum effingere, quæ de Cæco credi non poſſent. Sed noſtra ea, Judices, cauſa eſt, in qua non violenta rerum interpretatione diducimur, nec ad votum compoſitis argumentis defendendi ſumus. Facinus objicimus juveni, de quo ipſe voluit ne dubitaretur. rit. Non petit ut afflictum allevetis, DECLAMATIO. niſi & probaverit ſeſe infeliciorem quod patrem amiſit, quam quod oculos. Æſtimate [3] juvenem his moribus, quibus videntem æſtimaretis, vita, pudore, pietate. Quæ ſi omnia ſibi, ut erunt promiſſa conſtiterint, nullo terrebitur crimine. Nec quod ſceleratiſſima fœminarum calamitatem noſtram cruentato pariete imitata eſt, expaveſcimus. Quo diligentior quo ſollicitior fuit ne deprehenderetur, hoc magis indicavit [4] ſibi oculos non defuiſſe. Gratias agimus, quod nimium [5] avidæ ſuſpicionis in noſtram tranſtulit partem, non eſſe cæci ſcelus difficilius probaretur, niſi omnia ſic acta eſſent, ut feciſſe cæcus videretur. Quare igitur, judices, non improbe ſperaverim futurum, ut ſuſpecta ſint vobis, quæ tam inconſiderate ficta ſunt contra miſeram cæcitatem. Primum quod ſpatium illud ingens domus quod in medio fuit, ita [6] digeſto cruore ſauciatum eſt uſque ad cubiculum miſerrimi juvenis [7] tanquam plane timuerit parricida, ne non deprehenderetur. Deinde ſceleri nox potiſſimum electa, quo tempore inveniri maritus ſine uxore non poſſet. Tum in cæde in qua nemo utitur ſuo ferro, niſi alieno, gladius adoleſcentis, ne argumentum deeſſet novercæ, [8] relictus eſt. Poſtremo peractum vulnere uno ſcelus, [9] quod objiceretur manibus errantis. Et tamen contra tam multa incredibilia ſolum advocat noverca [10] teſtamentum, vultque illud eſſe pretium parricidii, ut rerum intellectu in diverſum coacto, occiſum eo probet patrem quo non meruerit occidi. Nos vero iſtud (ſi crimen putatis) agnoſcimus. Juvenis hic patris ſui hæres ſolus eſt. Hoc teſtamentum, ſi vivente adhuc miſerrimo ſene notum eſſe in domo potuit, ſcitis quis [11] illi de-

3 Hunc cæcum. 4 Quod probabit in Confutatione. 5 Ideoque parum fundatæ, ac proinde nullius firmitatis. 6 Diſtributo. 7 Hoc eſt tamquam voluerit Parricida deprehendi. 8 In jugulo Patris interfecti. 9 Quod ſcilicet objici poſſet manibus errantis, & absque prævio conſilio ſcelus illud patrantis. 10 Quo Pater Hæredem conſtituerat Filium Cæcum. 11 Noverca ſcilicet.

Digitized by Google

DECLAMATIO. debuerit irasci. Nam quod invisum fuisse filium patri jactat, crimen novercæ erat, si confiteremur. Idque probari ex hoc putat, quod non [12] secretum filius accipit a patre, sed cæcitas. Quo loco dissimulare satis callide conatur invidiam suam. Pater qui filium cæcum in semota penatium parte sepositi, eripuit novercæ oculis [13] voluptatem. Namque ista cum invasisse vacuos penates videretur, cum pater filium cæcum hoc esse crederet, quod orbitatem, excogitavit indulgentissimus senex, quemadmodum hic miser patri suo in eadem domo esset, novercæ in alia, accepit secretum quod erat petiturus. Quod quo fit animo senis factum, potestis interrogare testamentum. Neque ego graviſſimum patrem suprema sua juveni jactasse crediderim, ut hæredem filium scriberet: non est res quæ imputetur. Istam magis oportet vel aliquo indicio, vel suspicione muliebri arcana mariti deprehendisse, & statim omnibus nuptiarum renuntiasse pignoribus. Nam cum propter pecuniam ames, idem amoris, & spei finis est. * Habuerat adolescens gladium in cubiculo suo semper, sive antequam in hanc fortunam incideret paratum, sive quia cæcitatis miseræ solatium est habere rem [14] videntium. Certe nunquam illum pater timuerat, nunquam noverca objecerat. Palam positum est sub

ANTILOGIA. tur. Quantum innocentiæ nostræ cæcus ipse consuluit, qui non alio, quam quo magna flagitia patrantur exitu, scelus omnium maximum ferre tantum potuit dum fecit! Vicerat enim cæcus, si pariter instructus ac prudens de cæde revertebatur. Quod si nos quoque tot adversorum, & infirmitatis nostræ patrociniis uti vellemus, quam dispar fieret in nobis iterum ratio suspicionum! Non est hoc pectus temeritatis, odiorum, quod solos novit amoris, ac trepidationis affectus; non sufficiunt hæ manus vulneri, quod totam simul inferat mortem. Vos videbitis a quo debuerit unico ictu dormiens occidi, cui plus præstiterit ut statim senex miserrimus moreretur. Nolumus igitur ut innocentissimis fœminæ moribus quidquam credatis; sed dum ipsa conjugis fato everberata proclamat, dum eversæ pignora caritatis dolore lachrymisque prosequitur, de illo parricidium tandem credatis, quem ipsa rerum accusaverint argumenta. Quam mallet etiam misera hæc non trepido, nec ad mœrorem, miserationemque composito stare vultu, nec sibi fidem captare dolore, cui credi non possit! Sed ignoscite, dum cohibere nequit tristissima mulier gemitus, & desperationem de parricidio. Fœmina hæc, Judices, quæ tanta sublatum Virum pietate prosequitur, sic viventem amavit, ut credibilius statim faciat scelus omne de filio. Non referam vero sanctissimæ benevolentiæ vices, nec in eandem coeuntes vitam longos innocentiæ consensus. Non advocabo servulorum, familiæ, civitatis universæ confessionem. Quo paria fecerit amore senex, hinc æstimate, quod filium suum in secreta domus parte sepositi. Facilis

12 Domicilium semotum, & secretum Domus. 13 Videndi Privignum Cæcum; Novercæ autem Natura odisse solent Privignos, quare sequitur quod ex ipsorum calamitatibus voluptatem capiant.

* Expleta est prima pars Orationis scilicet Exordium, in quo duo Quintilianus præstat. Primo ait unicam ac validam Juvenis Apologiam posse esse cæcitatem, sed potius allegare velle ad defensionem mores probos ipsius Juvenis, quam ejusdem cæcitatem. Secundo examinat capita quibus Noverca Cæcum incusat, ex quibus expensis colligit Novercæ potius scelus convenire quam Cæco. Incipit postea Narratio, in qua exponit factum cum omnibus circumstantiis ex quibus postea inferre debet argumenta adducenda in Confirmatione; unum enim ex muneribus Narrationis, ut colligitur ex Rhetoribus, est esse seminarium Argumentorum.

14 Qua utantur qui cæci non sunt.

Digitized by Google

ANTILOGIA. lis est cogitatio quo animo illud egerit pater; ut quæ scilicet honestis moribus, & vera virtutum fama laudabilis toro fuerat, votisque sociata, privigni si non invidiæ, quod natura difficillimum erat, contumeliis saltem eriperetur. Prospexerat tamen pater indulgentissimus juveni, quem veluti de paternæ domus communione depulerat; &, ne sibi quidquam ipse periisse putaret superinducta noverca, hæredem instituit universorum. Relinquo vobis, Judices, æstimandum, cui majus esse voluerit pretium parricidii senex infelix, quo mortuo sperare ultra non poterat indulgentiam testamenti noverca, ad hæreditatem vero citius cæcitas avidissima properabat. Rem docuit eventus. Omnium enim oblitus Cæcus caritatis affectuum, seu vesana quadam de superinducta Noverca doloris invidiæque impatientia, seu quod iniquius tulerit destinatum cæcitati secretum, seu quod negatæ vivente patre hæreditatis voto fortius, quam decebat miserum, traheretur, dum per noctem familia quiescit, scelus maximum committere non dubitavit. Non hæc, Judices, contra adversarium allegaremus, nisi quæ secuta sunt, quæque universi conspeximus, una voce loquerentur, & parricida ipse sui reliquisset omnium oculis accusationem. Vidimus enim patrem uno ictu confectum, infixum in vulnere filii gladium, parietem vero inter utriusque cubicula fugientis parricidæ manu cruentatum. Hæc omnia (Dii boni!) si Cæcus non fecit, quanta opus est interpretatione, ut alterius artibus objiciantur! Quis autem Novercæ imputet, quam invenit tota familia dormientem? Gratulor tibi, innocentissima mulierum, si post peractum tam immani cæde flagitium pati potuisti innocentis affectus, & quietem. At quos ipsa sub oculis omnium tota domo notissimum ferrum. Scitis quanto negligentius custodiat ferrum bona conscientia, quam etiam extra [15] suspicionem sit res sine usu. Innocentia facit ut ferrum subtrahi possit etiam [16] videnti. Sive igitur aliquis ex servulis corruptus est, præsertim in tam facili occasione; sive ipsi novercæ non defuit audacia ad ferendum quod facere poterat [17] etiam præsente privigno, utique (quod dubitari non potest) quod facit certum sceleris auctorem, mavult in cæde alieno uti quam suo gladio quisquis illum relicturus est. Reliqua, Judices, si fieri possunt facta existimate. Dicitur cæcus sine rectore sine duce ex illa penatium parte secreta & pene ex alia domo, per inane longum, per tot [18] offensa limina, per excubantes servulos errasse cum ferro, cubiculum patris deinde ingressus in neutram deflexisse [19] partem, sed recto gradu, sicut ducere oculi solent, ad lectulum accessisse leviter, non in [20] torum incidisse, non ante pervenisse quam crederet. Vos, judices, criminum [21] tumultum ex rerum fide ducite. Dormiens senex, quem cæcus percussor quæreret, excitatus ante esset quam inveniretur: jungunt his multo incredibiliora ut occiderit patrem, [22] pepercerit novercæ. Parricidium autem uno ictu explicuerit, quod fere vix etiam iis contingere solet, qui oculos manu sequuntur. Nulla ergo luminum virtus, sed homo ferrum missurus in casum satis felix, si percussisset quancunque partem corporis, in ipsam protinus [23] animam incidit, & an morti satisfecisset intellexit. Officium, judices, oculorum est re-

DECLAMATIO. nunmientem? Gratulor tibi, innocentissima mulierum, si post peractum tam immani cæde flagitium pati potuisti innocentis affectus, & quietem. At quos ipsa

15 Quod scilicet malum ad finem dirigatur. 16 Absque quod ipse curet de Ferro sibi subtracto. 17 Ipsam enim deprehendere non poterat ut cæcus. 18 In quæ offendere debebat. 19 Scilicet Tori. 20 Fulcrum. 21 Confusionem, & implicantiam. 22 Cum potuerit ipsam sumptam pro Patre interficere. 23 Hoc est præcipuum Animæ Organum.

Digitized by Google

DECLAMATIO. nuntiare manibus quid actum sit. Cæci percussoris una securitas fuerat sæpius ferire. Negat præterea quicquam se ex his noverca sensisse, cum juxta jaceret, nec explicat unde illud acciderit maximæ signum trepidationis. Si & pater uno ictu perierat, neque ista vigilabat, nunquam gladium reliquit percussor securus. Reliqua, Judices, nimium suspecta, improbe assimulata. Spatiosus paries & longissimum domus latus habuit notas sanguinis, quas reliquisse videretur manus [24] revertentis. O quam bene quicquid volunt imitantur [25] oculi! Stupeo, si qua est fides, omnia privignum illa nocte fecisse. Dicitur ad votum novercæ gladium in vulnere reliquisse, [26] quem suum negare non posset. Deinde per totum parietem quid aliud inscripsisse, quam se parricidam sanguinem patris usque ad cubiculum suum perduxisse, & viam sequentibus reliquisse? Hoc fecit aliquis [27] negaturus? Gratulor tibi adolescens, si non potuisti parricidium illud admittere, nisi ut relinqueres argumentum cæcitatis. Habuisti innocentiæ necessitatem. Causam igitur miserrimi adolescentis sic apud vos agere proposui, ut primum ipsum defendam quasi reus tantum sit. Deinde cum esse securus de hujus innocentia cœpero, tunc ingrediar novercæ accusationem. Spectabitis utrumque suis moribus, suis causis, eritque facilior via vestræ religionis. Quamquam duos judicia complexa sint, vos tamen tanquam de singulis cognoveritis. * Et primum sic agam, tanquam juvenis ha-

ANTILOGIA. ipsa magis in gemitus, & doloris voces erumpit, ut calumniatur infelix soporem suum! Dum tota quiete laxatur, dum tranquillo, & quale innocentis est, somno perfunditur, fecit ut impune cæcus admitteret parricidium. Nec miremini, Judices, si facinus non senserit fœmina, quod unico statim ictu sagacissima consultatione peractum est. Si patrem juvenis non occidit, dicat potius quomodo gladio suo nefas alter admiserit. Plus incredibile est quod se se non prodiderit Noverca Privigno, quæ illi tentaverit ferrum subripere. Vos autem videbitis, an credi de eodem homine possint parricidium, & quies. Quod si qua est fides, sanctissimi Viri, non est res quæ imputetur quod suo ipso in crimine fœmina dormiat, juxta jugulatum a se conjugem vultus, membra componat. Quanta a scelere redeuntem exagitent ipse docuit, qui gladium reliquit in vulnere, qui per inconsultos errores facinoris vestigia disposuit. Afferat licet igitur juvenis quantumlibet in nos suspicionis, immodicæque jactantiæ, ipsa tamen cæcitas se non manifestare non potuit. Sic vero, Judices, doloris nostri querelas instituam, ut, dum in ea causa sumus, in qua defendi alter sine alterius simul accusatione non potest, eadem pariter oratione, & nos ab omni vindicem crimine, quod mortalium impudentissimus imputare conatus est, & occisi senis reum adversarium vobis ostendam. Sed occurrendum statim est, ne calamitatibus ita credamus, ut a sceleris suspicione homo nefarius exsolvatur beneficio cæcitatis. Mentior si non est votum cæcitas ad parricidium. Pereunt cum luminibus mollissimi pietatis affectus, quos hauriunt vitalia per oculos, nec habet unde frangatur sæva temeritas, cui nulla reverenda species objicitur. Quod si propius ad juvenum mo-

24 Ab interfectione. 25 Oculi scilicet Novercæ tam bene imitati sunt vestigium illud manus saucia. 26 Ironia. 27 Si incusetur?

* Incipit Confirmat. Primum autem argumentum pro Cæco est, quia non est probabile Cæcum incæpisse scelera a Parricidio, quod summum est scelerum.

Digitized by Google

ANTILOGIA. mores, corruptæque ætatis respiciamus libidinem, quis neſcit quam leviter natorum animo ſedeat memoria parentum? Jam vero quod omnis penitus reverentia non pereat, quod pietatis aliquid ſuperſit invitis, una eſt caritas oculorum. Quam multi rebus ipſis innocentiam debent, non ſibi! Videntium ideo eſſe ſcimus illis parcere vultibus, qui vel blande rogant, vel ſeveritate minantur; & nefaria molientes revocavit ſæpe ipſa miſerorum in gemitus, & pallorem mortis compoſita facies. Cæcitas nil jam præſumit; cui blandiatur, quod refugiat, non ſentit. Nemo levius æſtimat nefas, quam qui illa tantum meditatione disponit, cui non referunt ſenſus; & illis magna audacius tentantur crimina, ad quos ſola pervenit conſcientia factorum. Ideo cogitari etiam plura ſcimus, ac parari facinora, quam admitti, & quidquid fere magnorum agitur ſcelerum, vel iracundiæ cæcitas eſt, vel doloris. Aliis igitur terrori eſſe potuit cædis ipſe conatus; filio cæco gravior eſſe non poteſt neque pater occiſus. Adde quod altius animo ſedent cæcitatis affectus; avidius amat, diutius furit, odit contumaciſſime. Videntes rerum hæc circumfuſa varietas frequentius diſtrahit, exagitat, & invitum licet, ad alia ſemper fere compellit animum. Cæco, cui nihil externa renunciant, cui nihil varietatis objicitur, nonniſi rara perturbatio contingit, & quidquid ipſe concepit ſero deperdidit. Facinus eſt arbitrari, Judices, habere calamitatem hanc innocentiæ neceſſitatem; pæne vitia deſeruiſſe non poteſt. Quibus, Judices, attente conſideratis, adeo cauſæ noſtræ innocentia firmatur, ut ſe plus numquam cæcus accuſet, quam dum tueri contendit conſcientiam ſuam habeat oculos, tamquam impetus ejus nulla corporis debilitate frangantur. Interrogabo quid ante perdite, quid flagitioſe, quid impie fecerit, per quæ ſe parricidam ſcelera promiſerit. Innocentia [28] per gradus certos ab homine diſcedit, & ne [29] in maximis trepidet audacia, diu vires in minoribus colligit. Nemo inde cœpit quo incredibile eſt perveniſſe. Dicas neceſſe eſt, quæ huic cum patre odia fuerint, quam violenta diſſenſio inter ſacrorum infinita nominum pignora. Crede mulier etiam tua cauſſa. Nam ſi facile eſt filio occidere patrem, facilius uxori maritum. * Loquar nunc de infirmitate miſeræ cæcitatis. Temeritas omnis animorum calamitate corporum frangitur, & frigeſcunt impetus mentium, quos non explicant miniſteria membrorum; ad ſolum ſe alligant deſtituta mœrorem. Vultus ille perpetua nocte coopertus ac timidus non concipit nefas, ad quod ducibus oculis pervenitur. Cogitat ſemper errare & offendere: cogitat eundi redeundique difficultatem. Magna innocentiæ neceſſitas eſt, neminem facilius poſſe deprehendi. Semper ſe cuſtodiunt miſeri, ne eſſe miſerabiles deſinant. Et quisquis amiſit oculos, laborat [30] ne merito perdiderit. Quid aliud cæcitas diſcit quam rogare, blandiri? Odium omne adjuvant oculi, & hunc in pectoribus humanis furorem lumina accendunt, nec levis animis accedit inſania, quotiens quem execreris [31] aſpicias. Cæcus miſerior eſt quam ut invi- DECLAMATIO. dixerim, ipſa quandoque citius magna enim

28 Paſſim, nec ſtatim tota. 29 Sceleribus.

* Secundum argumentum, quia Cæcus nullam habet audaciam, nec cogitationem ſcelerum, infirmitas enim membrorum etiam mentis temeritatem, atque impetum contundit.

30 Ne ſcilicet propter aliquod ſcelus cæcus factus fuerit. 31 Quidquid enim in intellectu eſt id totum dependet a ſpeciebus deductis ad efficienda phantasmata per Organa ſenſuum, ut habent Philoſophi.

Digitized by Google

DECLAMATIO. invisus sit. [32] Timidior est quam ut oderit. Præterea nocentibus liberis frequentissimas ad parricidium causas suggessit illud quod videbant. Vitiis enim nostris in animum per oculos [33] via est. Aliis tradidit in parentum sanguinem [34] luxuria ferrum, luxuria videntium crimen. Aliis meretriculæ amor immodica poscentis, amor cui renuntiant oculi. Cæcus infelix patrem occidit, deinde cui manum porriget securior? Cujus humeris levior incumbet? Quis contumelias servorum castigabit severius? quis calamitatem tam [35] obnoxiam majore reverentia proteget? Inter felices alius est ordo votorum. Cæcus filius optat superstitem patrem. * Volo *nunc* scire quemadmodum dicat *explicitum* tam difficile facinus. Cæcus parricidium cogitavit, cum quo? cujus se commisit oculis? iturus per [36] totam domum, quem ducem elegit? ille qui erat in cubiculo suo solus. Secum (opinor) secum deliberat. [37] Sufficit sibi, [37] cum homine expeditissimo loquitur. Cur enim socium conscientiæ quærat? omnia potest scire. Primum nox quando sit: deinde prospicere solicite an omnis familia dormiat: gradu [38] suspenso ponere certa vestigia, & in omnem timoris sui partem sollicitum circumagere vultum. O quam parum est in metu ipsos etiam oculos habere! Ita enim iste sibi dixit [39]: Occidere quidem patrem volo, sed quem sequentur hæ manus? Nocte solus egrediar, sed quando perveniam? Putas enim rursum, quid opus est oculis parricidæ? Hęc qui tentat noctem potissimum præfert sceleribus semper aptiorem; pereunt inde luminum ministeria ubi vix ulla silentio, ac tenebris fides est. Nulli opus fuit unquam ad crimina diebus conscriis, ac luce ministra; & sic se facinori quisque commisit, ut negare posset etiam deprehensus. Fingite vobis parricidam videntem: Jam necesse est ut se tenebrarum secretis immisceat, ut cæcitate quadam parumper utatur, dum sic aggreditur virum, ut, si fors voto non faveat, percussorem sentiat ille tantum, non videat. Quis nolit modo de cæco credere videntis facinus, cum in ipso parricidii conatu non distet videns a cæco? Parricida nulla re minus, quam oculis uti debuit. O cæcitas, cæcitas ipsis aliquando expetenda videntibus! Quam secura gaudes magnorum conscientia facinorum! Quam certa tibi comparas de calamitate consilia! Ille, Judices, cujus perpetua nocte clausi sunt oculi, nihil tentat, cujus non antea toto sollicitæ cogitationis intuitu varios casus, & diversitates omnes inspexerit. Non attendo quanta sint cæcitati tentanda; illud certo scio, felicius illum magnis se se immiscere conatibus, qui sic ad singula se se instituit, ut in ipso molimine nihil non antea quasi visum occurrat. Tuncne solummodo discurrere cæcum existimatis, cum ad patris limen a suo progreditur? Ego vero, si qua fides, proclamo, contendo; secum jam non semel spatium illud absolvit, disposuit eundi conatus, certa graduum serie dormientium torum invenit, pariter jacentium exploravit diversitatem, patrem jam tenet, & in quam partem secure unicus vibretur ictus jam novit. Fallitur quisquis credit, errare facilius posse

ANTILOGIA.

32 Propter timorem odisse nequit. 33 Sensus enim vocantur Animi fenestræ. 34 Luxus, & libido profundendi. 35 Obnoxiam scilicet omnium injuriis, ac contumeliis.

* Tertium argumentum, quia Cæcus nullo modo solus poterat adinvenire nec tempus, nec modum ad interficiendum Senem. Vel enim Cæcus de hac re deliberavit cum aliquo, vel non. Si deliberavit, cum quo? cum solus esset in cubili suo? Si non, currit argum.

36 Quæ intercedebat inter Cubiculum suum, & Cubiculum Patris. 37 Ironia. 38 Dubio pergit nec ne ad Cubile Patris. 39 Soliloquium Cæci cum se ipso.

Digitized by Google

ANTILOGIA. posse non habentem oculos; nihil facinore certius est, ad quod se cæcus instruxerit. Vultis nunc referat, quam alte cæcitas meditetur, quam feliciter, quam secure disponat? Satis unicuique constare puto quantum se explicent vires mentium, quas neque gravius externorum pondus infirmat, neque immensa rapit, distrahitque diversitas. Exerit omnes anima non diducta conatus, & totam alieno soluta rerum intuitu cogitationum explicat seriem. Nihil est, quod animum intra se recedentem sæpius revocet, & avertat, quam hæc objecta varietas; curisque omnibus, quibus adeo torquemur, ad vulnerandam animam per oculos iter est. Quoties dum cerneremus consilia mutavimus, & specierum novitate subeunte contrarius emicuit affectus? Unde quis, vel in furorem exarsit, vel in gemitus lachrymasque laxavit animum, vel subito dolore contabuit, nisi oculis renunciantibus? Felicem dicas, quem sensuum præsumptio non decepit, qui suis tantum potuit cogitationibus credidisse. Non est ergo, Judices, cur quæramus cum quo parricidium juvenis cogitaverit, aut quem potissimum ducem elegerit. Magnum in se habet cæcus quisquis est consultorem; & expeditissimum satis esse scire potestis, quicunque non timet ne decipiatur. Cæci una securitas fuit, eaque maxima nihil oculis debuisse. Interrogare nunc libet, cujus esse præcipue debuerit uno ictu interficere. Ego sane nonnisi illi imputandum judico, nos junctis habitare liminibus? domus inter patrem, filiumq; media [40]. Quantum erroris, quantum moræ, spatium ingens & vix metiendum. Cæcitas inconsulta quid agis [41]? nox ante deficiet. Quid si deinde uterque vigilaverit, quid si noverca [42]? Age, limen inveniam, cardinem sine strepitu movebo, dormientis cubiculum intrabo. Quiescentem feriam patrem, semel satis erit, nec noverca vigilabit. Securus egrediar, sciente nullo revertar [43]. Vota sunt ista, sed oculorum. Cæcus desperaret, etiam si tam multa nox polliceretur. *Hoc loco quæram necesse est, quæ ratio fuerit ut juvenis ad parricidium suo potissimum gladio uteretur [44]. Nimirum illud in mentem venit, quia [45] relicturus erat. Nam si alienum & ignotum in vulnere patris gladium reliquisset, potuerat de percussore dubitari. Hic attulit suum, ut etiam si [46] evasisset, tamen ferro suo teneretur. [47] Cur ergo, inquis, gladium in cubiculo tuo habebas? [48] quia habueram semper, quia usurus illo non eram. Ferrum ego parricidio meo tot ante annos præparavi, & secundum illum, quem minabar, patri tam diu innocens fui? Ego eram ferro ac mente paratus, & tot abiere noctes? Ante gladium illum familiarem oculis tuis feci; ante omnibus servulis notum. Pependit in cubiculo tamquam testis conscientiæ meæ, palam, in medio, negligenter, sic ut subtrahi posset. Non illum conscientia trepida [49] velavit, tam notus in cubiculo fuit, quam cæcitas qui dubitarit an iterum sibi ferire contingeret. Nemo putet, tam subitum necis genus maluisse videntem, & securum parricidam primo vulnere esse voluisse contentum. Non ea est percussoris indulgentia, ut morituri laboribus parcat, & solum quærat, quicunque ille fuerit, inimici hominis exitum.

DECLAMATIO.

40 Quoties errabo, quoties fiam, cum tantum sit mihi Domus spatium conficiendum? 41 Transibit nox antequam omnia cæcus confeceris. 42 Concessio. 43 Correctio.
* Quartum Argumentum, quia nulla est ratio cur Cæcus uti voluerit gladio suo.
44 Ironia. 45 In jugulo Patris. 46 Etiam si in ipso facto deprehensus non fuisset. 47 Objectio ex Noverca. 48 Responsio Cæci. 49 Ne cernerem ipsum.

Digitized by Google

DECLAMATIO. citas domini. Quisquis ferrum præparat sceleri [50], sic illud habet, ut possit suum negare. * Ponite nunc ante oculos actus parricidii, deprehendetis difficultatem. Dono illud, dum a suo limine egreditur, dum illos quos accepit a patre servulos fallit. Ecce cubiculum senis invenit aliquando. Ecce paries ille deficit & percussoris manus subito destituit. Cessere fores sine strepitu. Quid postea agit? Utrum ipsum cubiculi parietem circuit, an se committit in medium, & per spatia tenebrarum armatam manum jactat? Ecce patris lectulum tenet, etiam dormientium anhelitus imminens audit. Unde scit quo dirigat ferrum, quem potius feriat ex duobus [51]? Tentavit ergo vultus & pectus objectum? [52] brevissimam perituræ animæ viam quærit? Et quantus erit sopor qui ista non sentiat? [53] Dices, neque ego sensi. [54] Immo intelligis quam malam caussam habeas, cujus & una & incredibilis defensio est. Ita feritur in sinu tuo maritus, & tu nihil sentis? Ad latus tuum fata hominis peraguntur; tu jaces tanquam privignus te occiderit priorem [55]? Ita non ille percussus est homo quem cæcus occidit? Te vero (si nihil aliud) calens ille cruor denique suscitasset. Sed quam manifesta est conscientia, quæ te compellit ad hanc necessitatem, ut cum occisum a privigno tuo patrem videri velis, cogaris dicere nihil sensisse? Sufficit, ANTILOGIA. tum. Non attendet ut primum statim vulnus suprema sequantur: Sæpe feriet, ut, si malit etiam, discedentis paulatim animæ cruciatus excipiat, ut morientis singultibus, gemitu, colluctationum denique spectaculo recreetur. Votum erit, ut levior sit ictus, ut primus impetus non occidat. Sed dono, quod ipsa statim vitalia transfodiat; quis primo vulneri credidit? Quis non timuit, ne leviter vulneraverit? Hinc illa nondum toto etiam sanguinis haustu satiata sævitia, & supra omnem feritatem rabidus furor in ipsos exanimes artus, & trunca corpora. Unico tandem ictu scelus nunquam admisit, quicunque secure iterum ferire potuit. Non est æqua, Judices, conditio cæcitatis. Studet ne sibi fortius sit percutiendum. Si gladium, inquit, in quamlibet agam partem, quam leviter ferietur pater! Exclamabit inde semianimis; frangentur novercæ, familiæ somni; deprehendar. Necesse est igitur, ut vulnus meditetur, quod totam inferat mortem, & dexteram sic immittat ad plagam, ut in ipsa vitalium sede anima percussa deficiat. At raro contingit, inquit, semel ferire carnifici, quamvis componat ipse cervicem. Hoc igitur difficile cæco putabitis? At quanto difficilius est fœminæ? Uno ictu mulier occidit? Dii, Deæque! Unde tantas collegit vires pavidissima infirmitas? Primum vix est innocentissimi sexus ad ferrum sine trepidatione respicere, & numquam edoctis sævitiam manibus ministeria mortis aptare. Quoties inde vero per fidem mulierculæ ingeminandi sunt ictus, priusquam ima scrutetur ferro vitalia, aut priusquam sentiat mariti somnum in mor-

50 Ipsum scilicet secretum custodit.

* Quintum Argumentum, quia Cæco omnis erat difficultas. 1. In invehiendo Patris Cubiculo; sed hoc etiam dato. 2. quia ingressus licet non poterat invenire torum Patris. 3. quia etiam si facile inveniret nesciviset utrum Patrem, an Novercam feriret. 4. quia cum Pater unico ictu in parte admodum vitali confectus fuerit quomodo partem illam cæcus inquisivit, absque quod aliquis ipsius strepitus sentiretur. 5. Quia cur Noverca Cæco vicina cædem non sentiit? cur a diffusi sanguinis cruore non est expergefacta?

51 Quasi dicat palpavit ut deprehenderet. 52 Quæ est, si pars aliqua ex vitalibus feriatur, hæ autem sunt Jugulum, Cor, Hepar, & cætera Viscera. 53 Objectio ex Noverca. 54 Resp. pro Cæco. 55 Ideoque clamare nequiveris.

Digitized by Google

ANTILOGIA. mortis ſoporem tranſiiſſe? Ego ſane, Judices, rurſum mirarer, ſi duobus, ſi tribus vulneribus fœmina ſtatim hominem occidiſſet. Nam, & non habens gladium multo minus illo ſciat uti neceſſe eſt; & cui non ſunt virilis dexteræ robora, quoties etiam inanes, quoties in diverſum fundentur ictus? Sed brevius, Judices, contendam: Mulier ſi audax eſt, ſi nefaria, uno tantum vulnere ſatiari non debuit; ſi infirma, ſi pavida, ſuffeciſſe non potuit. Scire nunc volo, quomodo poſſit negare cæcus parricidium ſuo gladio peractum. Noverca, inquiet, ſubripuit. Ita plane, juvenis, nulla ſollicitudine ferrum cuſtodis? Non eſt tanta, Viri ſanctiſſimi, negligentia cæcitatis, cujus aviditſimæ ſunt ſuſpiciones; &, ſi qua fides, non eſt ferrum res, quæ pateat intrantibus. Suspecta ſunt ſemper apud imparem ſepoſitamque calamitatem miniſteria videntium. Neceſſe eſt ſecreto gladium cuſtodiat cæcus etiam non parricida. Fingite vobis fœminam ad cæcum accedere. Scrutatur, tentat, diſcurrit, ferrum invenit, rapit; tu, juvenis, tu privigne non ſentis? Coram Noverca ſecura fide quieſcis, a tam inviſa non times? Nihil tibi ſuſpicionis ingerit mulieris acceſſus, a qua te pater toto domus ſpatio ſepoſuit? Non interrogas; & cum pervenerit ubi ferrum non ignoras eſſe, non excitaris, non dubitas, non proclamas? Suſpicatus eſſes, etiam ſi non veniſſet gladium raptura. Fœmina vero qua fiducia limen ingreditur odiorum? Quibus artibus auferat cæco quod diligentiſſime cuſtodiat ipſe neceſſe eſt? Nam ſi ferrum tractans deprehenditur, non poteſt amplius maritum occidere. Mementote rurſum, non modo Cæcum timere Noverca debet, verum etiam videntes. Sed nimium violenta eſt, Judi-

DECLAMATIO. ficit, vicimus, innocentes ſumus. Cum in eodem lectulo fueris, cum amplexa ſis forſitan illum qui occiſus eſt, tam incredibilem profiteris ſoporem? Cur ergo tu incolumis es? quæ tam iratis [56] manibus ſanguinem tuum fortuna ſubtraxit? Certe dormiebas, certe nihil ſenſeras. Ita privignus te reliquit qui deprehendi non timebat? Occidit ergo aliquis patrem, & novercæ pepercit? Maximum omnium nefas fortiter fecit, minori ſceleri ſtatim par non fuit? Omnia humana ſacra confudit, violare non eſt auſus [57] pectus odiorum? Incredibile eſt, ſine fide eſt, non occidere novercam, cui imputes quod patrem occiderit. Quid ais adoleſcens? tu ne circa illum ſanguinem [58] defeciſti. Illa te blandius rogavit anima? perdidiſti ergo illud quod nihil ſenſerat, quod nox, quod ſilentium, quod tempus ſupererat ſceleris alterius? Tu ſi facere parricidium poſſes, ideo patrem tantum occidiſſes, ut tibi & novercam liceret occidere. Non video cur, niſi videri velit relictam mulierem [59] ideo tantum, ut videretur illud nefas ille feciſſe. Callide ſatis; ſed hoc alio protinus argumento ſubverteretur. [60] Non eſt ejusdem conſilii novercæ parcere ut ſubſtituat eam, & gladium relinquere quo ipſe deprehendatur. * Sæpius uti neceſſe habeo argumento cæcitatis. Et hoc etiam loco, quo de illo vulnere diſputandum eſt. Mehercule ſi percuſſor intraſſet, qui videret, qui lumen præ ſe tuliſſet, non tamen tam feliciter libraſſet ictum, quem etiam ſi nullæ fallerent

ces,

56 Scilicet Cæci. 57 In quo Cæcus ſuſpicari poterat odium contra ſe. 58 Defecit tibi animus, ſeu mitigatus, lenitus es. Argum. quod unicum objici poterat, & quo poterat reſponderi cur Novercam non interfeciſset. 60 Reſp. pro Cæco.

* Sextum Argum. in quo fuſius explicat illud quod ſuperius dixerat *breviſſimam perituræ Animæ viam quærit*, quia ſcilicet tam cito invenire non poterat partem vitalem quam feriret, cum vix qui videt, & vix ipſe Carnifex invenire poſſit.

Digitized by Google

DECLAMATIO. lerent tenebræ, metus & conscientia incertum magni sceleris testes fecissent. Raro contingit semel ferire carnifici, quamvis componat ipse cervicem, & [61] exercitata manus homicidium noviſſime, velut quoddam genus artis, exerceat. Si ergo *libravit* manum cæcus, ut ipsam protinus feriret [62] animam: ego mehercule etiam illud admiror, quod, cum patrem vellet, non novercam percussit. Præter animum nihil virium habet parricidæ primus ictus. Ille trepidat, ille cogitat, ille erubescit, ille est ab innocentia proximus: præstat hoc solum, ut sequens fortius feriat. * Interrogare *nunc* volo, quæ juveni causa fuerit, ut reliquerit gladium. (62) Scilicet *noluit* novercam suam infamari. *Abstulit* sibi omnem defensionem, & se parricidam confessus est. [63] Ferrum in vulnere reliquit. Si nondum occiderat, iterum feriret. Si jam perfectum nefas intelligebat, auferret indicium. Sed quid ego rem manifestissimam colligo? Si vultis, judices, scire a quo sit relictus gladius, cogitate cui expedierit ut inveniretur. † Sed paries usque ad cubiculum privigni vestigio manus cruentatus est. Cogitate, judices, ante omnia, non esse incallidum hominem, ANTILOGIA. ces, interpretatio, ut, si alterius gladius in occisi vulnere inventus est, illi potius facinus imputemus, qui potuerit ferrum subripere, non illi, qui potuerit occidere. Neque vero, Judices, minus ideo suspectum Cæcum existimetis, quod gladium de scelere non retulerit, tamquam debuerit homo nefarius cogitare etiam quomodo posset non deprehendi. Bene est, Sanctissimi Viri, quod brevissima gaudent scelera tranquillitate consilii; neque ad votum unquam cuncta cessere malæ conscientiæ. Quem mihi dabitis tam audacter immanem, quem statim scelus ipsum non fregerit, quem subita pœnitentia, & facinoris ipsius horror, ac desperatio non sensibus, mentique rapuerit? Adsunt ultrices diræ, ipsaque mens criminum conscia imam animam quatit, everberat. Vires ipsæ langueſcere, crebro scindi viscera, vitalesque faces anhelitu, animus tandem deficere, abire cogitationum omnium consilia, rationes. O quanta tunc est cæcitas etiam videntium! Scire vultis quomodo gladium Cæcus reliquerit, quo se accusaret? Etiam cruentato pariete manifestare se debuit. Interrogabo igitur quis illum retulerit de cæde sanguinem, cujus illa sint cruentæ palmæ vestigia. ista Cæcus interpretatione defendere. Non video quomodo se possit contra *Ipse*, ipse, dum tanto territus flagitio a patris limine fugit, dum ad secretam, consciamque immanissimi consilii domus partem reverti properat, dum temerata dextera scrutatur iter, parricidium confessus est. At, inquit, non ergo existimat juvenis vestigium a se parricidii relinqui? Non est difficile, Judices, ista de illo credere, qui gladium etiam referre de scelere non

61 In suppliciis inurendis. 62 Organum principale Animæ.

* Septimum Argumentum, quia nulla erat causa cur reliquerit Cæcus Ferrum in vulnere Patris.

(62) Non cognito scilicet Ferro Cæci suspicio facilius cadere poterat supra Novercam.

63 Vel cæcus primo ictu Patrem interemerat vel non. Si primum, iterum feriisset. Si secundum, cur relinqueret indicium sceleris sui?

† Octavum Argumentum desumptum a refellenda circumstantia Parietis inventi cruentati, quia Cæcus non potuerat reliquisse vestigium illud, 1. quia ipse certe non erat adeo incautus ut non sciret se cognitum iri ex sanguine; quare prius manum terssisset. 2. quia tantus non poterat esse Cæco cruor ut tantum spatium palmæ vestigiis cruentaret. 3. quia dato quod sanguine illo quo madebat manus, Cæci potuerit trahi tam longum vestigium, unde nam hausit tantum illum cruorem Cæcus? 1. quia, si Ferrum relictum est veluti clausurum vulnus, quid in manus tantum sanguinis effluit? 2. palma Cæci nullatenus esse poterat cruentata cum ipsa circumvoluta esset capulo Gladii.

Digitized by Google

ANTILOGIA. non ſuſtinuit. Uterer rurſus igitur rei ipſius, & magnorum ſcelerum natura; ſed ſingula fortius imputari Cæco non poſſunt, quam ſi probemus ab alio fieri non potuiſſe. Veſtrum igitur erit noſſe an illud valuerit effinxiſſe Noverca. Innocentis, & crimine nondum polluti, Judices, eſt primum ſagacius cogitare, disquirere, deliberare quomodo a ſe ſuſpicionem omnem avertat; inde toto hominis miniſterio quidquid libuerit exprimere, & inconſultæ veſtigia cæcitatis, veluti per luſus & otium imitari. Quanta, Dii boni, tentanda ſunt! Præſumendum cæci redeuntis iter, aptanda ſedulo parieti palma, ita incipiendum ac deſinendum, omnes denique ſic exprimendi fugientis errores, ut Cæcus ipſe feciſſe videatur. At quis eſt, qui ſtatim a ſcelere ſingula hæc, vel meditari valeat, vel exequi? Non patitur facinus tam lenta conſilia, & quemcunque facti conſcientia premit, trepidatio & furori ſimilis horror in præceps agit. Quidquam ne liceret his manibus, quas adhuc cruor immaniſſimæ cædis imbueret, inquinatæque mulieri tantum virium, tantum animorum ſupereſſet, aut otii? Nec defendendum nobis judico, quod in cæci dextera cruor ante defeciſſet, nec totus paries palmatus eſſet. Ita plane ſollicita acceſſantis diligentia cruenti parietis veſtigia perſpecta ſunt; ſed dicat ipſe, dicat cæcus, ſi vera fateri velit, quantum ſanguinis de cæde retulerit. Quantum inde in ejus dextera perſtare debet, qui gladium non retulit? Nimirum & capulus cruoris non occupat locum, & quidquid etiam in exteriore parte conſedit in palmam refluat & digitos ex ipſo manus ordine neceſſe eſt. Sed quæcunque illa ſint, quæ de ſe Cæcus non credenda contendit, nihil

DECLAMATIO. nem, neque conſilii [64] jacentis, qui cæcus explicare conetur facinus, etiam oculis difficile. Ille ergo non exiſtimat, cum manum cruentam parieti applicat, veſtigium a ſe parricidii ſui relinqui? cum dexteram, qua duce utebatur, veſte tergere atque ita abire ſine veſtigio poſſet, totum parietem cruentabat, & ubique [65] aliquid de patre miſero relinquebat? Quid futurum eſſet poſtero die, quantam expectaret [66] invidiam ad lucem non cogitabat, ſed diſponebat indicium certum, indubitatum ſine errore, quod noverca ſequeretur uſque ad cubiculum ſuum, uſque ad limen ipſum? O admirabilem caſum, nec cruor ante defecit [67]? Utar hoc loco natura ipſius rei. Palmatus ſanguine paries inventus ſic eſt. Totam manum explicuit, omnes digitos diligenter expreſſit. Totum ergo ſanguinem conſumeret inter prima veſtigia. Pone enim manum cruentatam, atque adeo ([68] ut iſtis etiam blandiar) madentem; pone menſuram itineris, ſpatium parietis [69], (diu enim in ſecretam domus partem revertendum eſt) debet proxima pars a cubiculo patris habere plurimum ſanguinis, ſequens minus, tertia minimum, ultima nihil. Nam cruor quoties admotus eſt, tranſit, aut in manu tarde reptantis areſcit. Hoc quid eſſe dicamus, quod circa cubiculum utrumque ſanguinis iſtius veſtigium quaſi [70] incipit? hinc eſt paries palmatus & illinc. Quomodo pertulit manus quod relin-

64 Demortui, non ſagacis, non attenti, improvidi, & ſine ſpiritu. 65 Aliquod ſignum miſeriarum Patris, ſeu aliquid detractum ex Patre miſero, ac deportatum. 66 Indignationem, Odium. 67 Conſiderabo Phyſice ipſam rem. 68 Ut donem Adverſariis omnia poſſibilia, & ſic ipſis omnino gratificer. 69 Non brevis tempore. 70 Tantus ſcilicet eſt ſanguis in primo Palmæ veſtigio, atque in ultimo, ut nihil differat initium a fine; & tantum ſanguinis videatur Cæcus habuiſſe in manu dum ultimum ſignavit veſtigium manus, ac dum primum.

Digitized by Google

Declamatio. relinquebat? Noverca istud, noverca hil magis stat contra juvenem, quam Antilogia. 71 securis composuit oculis, illa miserum dextera sanguinem tulit, & manum subinde renovavit 72. Palmatus paries habet distantiam, vacat aliquid loci, integrum ubique vestigium est, Cæcus manus traxisset. Quæro nunc, unde tantum sanguinis in manu? Tunc enim ex omni vulnere cruor profluit & effunditur, cum ferri recentem viam sequitur. At quoties eodem, quo factum est, cluditur telo, latet tota mortis 73 invidia. Præterea cum manus ex parte, qua palmare vestigium potest, plicetur in capulo, & se, dum telum occupat, claudat, necesse est exteriore ut parte respersa sit. 74 Tuus autem qui palmatus est paries, vestigium ejus partis ostendit, ad quam cruor pervenire non potuit. Vestrum est nunc omnia ista comparare, perpendere. Cur prudentior sit judex in deprehendendo scelere, quam reus admittendo, hoc esse in causa puto, quod 75 alter tantum pro se cogitat, 76 alter pro parte utraque. Tuitus sum adolescentis miserrimi causam. * Nunc inspicere volo quanto certioribus argumentis Noverca teneatur. Transeo illum vulgarem & omnibus notum de comparatione personarum locum. Alius diceret maritum & uxorem, nisi liberis initiarentur, non fortissimis corporum vinculis inhærere. Ego illud potius dicam. Decepta est, mulier, expectatio tua. Veneras quasi in vacuam domum & sine hærede. Expectaveras ut infelix iste juvenis ab ipsis protinus nuptiarum tuarum expelleretur auspiciis. Extorrem & inopem subrum impetu ipsum agi vidissent servuli, qua trepidatione pallescere, quos agere anhelitus, & immodici æstus nuncia crebra suspiria? Quantum ipse quie-

71 Hoc est sanis, seu quia nihil timeret. 72 Si Cæcus fuisset reus, ipse non semper se attinuisset muro, sed aliquando manum traxisset, sed integrum est vestigium muri hujus, ergo non factum est a Cæco. 73 Sanguis scilicet qui invidiam movet propter mortem. 74 O Noverca, seu o Juvenis. 75 Reus. 76 Judex.

* Transit ad accusandam Novercam, 1. quia facilitatem habebat ipsa & quoad tempus, & quoad modum, & quoad cavendum ne deprehenderetur.

Digitized by Google

ANTIOCIA. quiescere tunc potuerit jam de se probat, qui somnum in muliere credi non patitur. Sed si constiterit, ne mentiri quidem somnum fœminam potuisse, quis tandem facinus objiciat dormienti? Nemo credat tanta posse tranquillitate perfundi impiissimi facinoris conscium, & diu compositæ vacare quieti, cujus maximum unumque principium est bona conscientia. Ubi est tam felix parricida, quem immanis deserat facti religio, qui totos illico innocentis resumat affectus? Vultis adhuc referam perditorum formidines, & cruciatus? Quæ si de nefario quolibet æstimanda sunt, quanto magis de fœmina, de uxore credenda? Illud sine fide esse judico, ut se iterum mulier per quietem toro committat, cujus sacra jura fœdavit, & in ipso mariti sanguine membra componat, ut si se inscia illum alter occiderit. Fortissimum pro nobis, Judices, defensionis genus esse jam cernitis, talem hanc extitisse post facinus, qualis esse non poterat parricida. Neque credatis imitari somnum potuisse mulierem, quæ dormire non potuerit. Facile est effingere quoscunque malueris affectus; illud impossibile est, ut deprehendi non possis. Vultibus ipsis ita cordium secreta nunciantur, ut quisque frustra secretum speret. Dono, quod mentiri quietem Noverca voluerit. At quis illius quieti non credidit? Cujusnam attenta, cujus avida suspicione deprehensa est? An credendum, nullas esse sollicitudines, aut quolibet occursu contentas intrantium ad senem, ad Patremfamilias occisum? Cæcus ipse adversarius, Cæcus accusator quantum interrogaverit, quantum tentaverit necesse est, ut Noverca deprehenderetur? Et tamen sævus ipse, atque inimicus homo toto invidiæ, ac falsæ criminationis ingenio non aliud objicere potuit, nisi inventam fuisse submoveret pater blando corruptus amplexu, & omnino summam calamitatem corporis occurrere delicatis uxoris oculis vetaret. Inveniſti pium & devotum [77] unico senem, & de omnibus conjugis tui desperasti ob id affectibus. Miserrimus est maritus quisquis inducit filio novercam. Quod uxori non videtur utrumque posse amare. * Quæro igitur ante omnia, ubi occisus est maritus? In cubiculo suo: hoc paulo ante privigno defendendum non fuit. Occisus est in cubiculo senex. Ita ille percussor non timuit uxorem? Audeo secretum nuptiarum & matrimonialis lectuli solitudinem occisurus intrare. Quem quæram? ubi relinquitur maritus ab uxore innocens? Noctem autem ad scelus quis elegit? Nox tuum tempus est. Quid si accedit huic etiam sceleris occasio? Non venire debes ad secretam domus partem, nec tota tibi penatium sacra peragenda sunt. Tu non cogitas, quemadmodum suspensa manu sonantem [78] blande cardinem flectas. Jaces secundum occasionem, & expeditum tibi in proximo facinus est. Non times, ne quis deprehendat. Ipsi quoque servuli longius quiescunt, & præstatur grande secretum ingenio loci. Tibique ferire cum velis, scire an dormiat licet. Nox & ferrum & [79] securus maritus, quidnam isto delicatius scelere? occisum esse miserum senem, cum tu volueris, scimus. [80] Quomodo tamen, inquit, gladius pervenit in meam potestatem, qui privigni fuit? [81] Hæremus, hic difficilis expugnandus est locus. Quis credet mihi, si dixero, gladium perdidit cæcus, illæ perpetua nocte clausæ genæ non custodierunt? Fingere nimirum ad tempus videse

DECLAMATIO.

77 Addictum unico Filio. 78 Leviter. 79 Nihil simile expectans ideoque securus, nec timidus.
80 Objectio ex Noverca se defendente. 81 Resp. contra Novercam. Ironia.

Digitized by Google

DECLAMATIO. videbor & rem nimium manifeſtam impudenter complorare.[82] Scilicet ſemper iſti appoſita capulo manus, & diebus ac noctibus curæ. Nolo tanquam callido glorieris ingenio, non decepiſti trucem horridumque latronem:[83] noſtri tibi occaſionem præbuere mores. Nam quod uno ictu occiſus eſt ſenex, ad te ſuſpicio magis reſpicit. Tu præparare corpus illud ad ictus potes, dum videris amplecti. Tu blanda manu prętentare pectus, ubi aſſiduo viſceris pulſu non quieſcat anima, ubi ſtatim mors ſit, ubi de ſpiritu ſanguinis ictum explorare ante & cognoſcere licet. Poteſt & uno ictu mulier occidere. * Venio nunc ad veſtigia parietis cruentati, quibus te ſatis abundeque preſſimus dum adoleſcentem defendimus. Hæc ſunt tamen quæ contra te reſervata ſunt. Cum maritus tuus in cubiculo occideretur, ſciebas nullum tibi relictum patrocinium, niſi aliquid cæcitati ſimile feciſſes. Ideoque ſanguinem in illam partem induxiſti, in quam quæri volebas, ut poſtero die omnis invidia ſanguinis notas & veſtigia præparata ſequeretur. Infamas cæcum, conſilium ex calamitate ſumpſiſti. Sciebas illum non aliter, ſi dux defeciſſet, ingredi poſſe, quam ſi veſtigia parietis perpetuitate dirigeret. Simulaſti itaque cæcitatem, & ne quid ſceleri impio deeſſet, mariti tui cruore luſiſti. ANTILOGIA. ſe mulierem dormienti ſimilem. Quam facile, quam pronum erat vigilantem illam probare, quæ eadem non eſſet cum dormiente! Nullum igitur, nullum adverſus nos dubitationi ſupereſſe locum exiſtimo. Audacter jam, & tota fide contendo: Non admiſit facinus quæcunque non manifeſtare ſe potuit. Neque eſt, Judices, cur excitari fœmina debuerit. Quantus ſit rumor ejus, cujus interſit parricidium ſecurius admittere, relinquo vobis exiſtimandum. Non poterat frangere innocentis fœminæ ſomnum ſtrepitus, qui ſenem non excitavit. Actus ipſe parricidii, ſagaciſſime unico ictu confectus, quam brevis debuit eſſe, quam tacitus! Ipſe inde ſenex quam cito mori, quam ſine luctamine! Nam quos exerat impetus, quos anhelitus infirmiſſimus homo, cujus conſulto transfoſſa vitalia ſtatim tota deficiunt? Quam levis, quam nulla pereuntis animæ colluctatio, quæ non per intervalla vulnerum, ſed in ipſo vitæ mortisque confinio feriatur? Momento quo petitur citiſſime fugit, & quanto citius ubi ſomnus ipſe mors eſt? Mulier vero, licet in eodem lectulo cubet, jam non ſtringit membris ſenem, jam non tenet amplexus. Attendite, quæcunque explicat anima transfoſſa luctamina extra fœminam ſunt. Sed jam hoc ipſum eſt innocentiſſimæ fœminarum illudere, quæ ſic accuſatur tamquam nimis alte dormierit. Magis quinimmo nunc credite tentatum cautiſſime facinus, & judicate cur fuerit unico ictu ſenex occiſus. Vis dicam, Juvenis, quare non ſit excitata Noverca? Ipſe feciſti ne excitaretur. At, inquit, occidit aliquis Patrem, & Novercæ pepercit? Magnum ſane pro Cæco defenſionis argumentum! Videte, an nos omnino a tanto vindicet crimine dum Novercam accuſat. Poſſem igitur, poſſem allegare, contentus fuit ſcelere Cæcus, quod primum volebat; perdidit conſilium omne, viresque primum poſt facinus Parricida; ſed nihil certius affirmem, quam quod illi parcere debuit, cui uni imputare poterat parricidium. Pergerem modo, Judices, ad genus aliud defenſionis, & patrocinii ſatis nobis allatura confiderem

82 Ironia. 83 Cæci Clientis noſtri.
* 2. quia ſola ipſa Noverca potuerat effinxiſſe per totum veſtigia illa Palmæ cruentatæ.

Digitized by Google

ANTIDOSIA. rem quæcunque de utriusque moribus allegarem; sed cum ita nobis statutum sit, ut innocentiæ nostræ fidem ex sola rerum causæque veritate comparemus, parcimus ideo, parcimus audaciſſimam cæcitatem invidiosa comparatione lacessere. Non prædicabo igitur Novercam, quam senex optimus elegit, cui, labente jam ætate, se se, totamque familiam committeret. Sufficiet si dixero, superinduxit eam Pater indulgentissimus Filio, quem hæredem instituerat universorum. Ad illud properandum potissimum est, ut videamus quas uterque causas habuerit ad parricidium. Interrogabo nunc ergo Juvenem, quo tulerit animo in secreta domus parte seponi. Non difficile est ut existimetur quo consilio Senex id egerit; sed facilius est nosse quantam ideo sibi miser compararit invidiam. Maximum contumeliæ genus Cæcus arbitratur, quod sibi videtur de familiæ communione repelli, quod vacuis penatibus clauditur, ubi despectæ cæcitati unum restat gemituum, desperationisque consortium. Quis enim est qui calamitatem suam ita nosse velit, ut intra ipsius infirmitatem componat animum, neque superbe se efferat, tamquam si felicius ageret? Aliena, & majora cupimus; & in vetita semper inconsulta aviditate prolabimur. Cæco, cui nihil de tam pulchra rerum varietate refertur, cujus æterna nocte clausa lumina solius vacant ministerio mœroris, & lachrymarum, unum tamen votum est rebus interesse videntium. Blanditur sibi tristis infirmitas quoties ibi saltem se exerat, ubi frequens familia præterfluit, ubi ministrare propius possunt patris caritas, officia servorum. Quantum solatii est negare quodammodo aliquando posse calamitatem[82]! Una est, ac perpetua miseriarum confessio solitudo, secretum. Pater qui cæcum seponit videtur iratus dicere filio: Recede otiosa, ignava calamitas. Vive suspiriis tuis, vive mœroribus; parce patris, familiæque

DECLAMATIO. sisti. Omnia tibi composita atque simulata sunt per otium & securitatem, tanquam scelus transferretur ingenio. Nunc enim tu innocens quia privigni gladius in vulnere, quia paries cruentatus; hoc sufficere utrumque indicio putabas? quam facili momento causæ fata vertuntur! Quod feciſse etiam is scelus frequenter iuventus est, qui objiciebat[84]. Sed causas, inquit, parricidii iste habuit, quem iratus pater in secretam domus partem relegaverat. [85] Mulier illa forsitan ignominia felicioris videretur esse privigni. Cæcitatis beneficium est cum illi secretum datur. O præclaram senis optimi singularemque pietatem! quam blande ille sepoſuit miserum suum! quam diligenter uxoris gaudentis excluſit oculos! quam multo cæcum pudore donavit! [86] Si felicior, inquit, essem pater, ego tibi potius cederem domo tota. Nunc miser illam occupa partem, in qua nemo te videat, in quam solus ego veniam: sint circa te servuli fideles, non gemitus tuos audiat quisquam, non flebili mœrore pascatur. Nihil est quod te solicitet conversatione nostri. Secretum quod cæcitati præstatur, ideo præstatur, [87] ut minus oculi desiderentur. Aliquis odit filium cæcum & hac tantum ultione contentus est, ut illi assignet quietam & sepositam & meliorem partem domus? Ita ais? ego sic intelligebam, quasi abdicaret, quasi expelleret. Iratus ergo senex tenet juvenem suum velut interiore com-

[84] Objectio ex Noverca contra Cæcum. [85] Resp. pro Cæco. [86] Prosopopeja Patris ad Cæcum. [87] Ut ille scilicet qui Cæcus compellitur in secretum minus optet se habere oculos cum semotus sit ab omni conversatione.

Digitized by Google

DECLAMATIO. complexu & a limine obstat? Rogo, quod duos separat media domo, te integram, sanam: illum infelicem, cæcum, contumeliæ opportunum, injuriæ facilem; utrum filio irascitur, an uxori? Nolo, inquit, juvenis utaris amœna domus parte, ne hæc quæ nitidioribus tectis elaborata sunt pertineant ad oculos tuos. Quis tam stulte irascitur cæco, ut putet illius interesse ubi habitare jubeatur? Te potius ille submovet, tuis invidiam facit oculis: tibi dicit, sufficiat, satis est, habeas majorem domus partem, absentem puta, misero in paternis ædibus aliquem angulum relinque. Pater qui filio sub noverca assignat secretam domus partem, confitetur uxori se abdicare non posse. * Transit ad aliud genus defensionis. Sibi curam cædis non fuisse, cum hæres inventus sit omnium bonorum. Quis enim alius esse debeat, ut huic properandum fuerit ad hæreditatem? filius scriptus non timet pœnitentiam testamenti. Omnium bonorum hæres relictus est. Non ergo irascebatur pater cum daret secretam domus partem: non possunt tibi diversa prodesse, eadem objiceres reo si ex hæredatus esset. Elige utrum voles. Si scivit se esse hæredem, amare magis patrem debuit; si ignoravit, non habuit quod speraret ex patris morte. que pudori. Quid ais, Juvenis? Cæcus utique tandem, qui sibi plus caritatis, plus indulgentiæ deberi postulat, abdicari se putat si seponatur. Quantum, Judices, rabidi intumuerit æstus de superinducta Noverca, relinquo vobis existimandum. Hæc nempe Privigno est mulier odiorum; hæc, quam dies ipse noctesque perpetuis lacerat execrationibus, odiis. Cæcitati vero sepositæ quam rursum gravior sit Noverca necesse est? Illa nempe potiorem domus occupat partem; totus illi patris amor, & majores servire creduntur sollicitudines servulorum. Quod si altius paricidalis illos pectoris sinus scrutari volumus, magnam rursus accipite doloris interpretationem: Pater, qui mulierem intra vacuos Penates accersit, probat se non unico filio contentum. Pati vero nequit hoc Filius, quem tota hæreditatis jura manebant. Quid mihi, clamat ipse, cum testamento, quem mutabit pater meliori prole felicior? Fallax est indulgentia, quæ hæredem instituit universorum, si meditatur quem in nostra jura sufficiat. Invadet alter non suam familiam, & ad mihi decrescentes opes superbus consors accedet. Tunc & durior cæcitati parabitur solitudo, & tristiori secreto tradetur, & seponetur longius miseranda calamitas. Deficiet, quantulus ille supererat, Patris amor, & quæ sola mihi solatio restabat unici conscientia; uberiorem sibi rapiet affectuum opumque partem Filius non cæcus. His omnibus, Judices, ad maximum omnium facinus compulsum Juvenem non dubitamus, qui scimus quanta consequi voluerit de morte Patris. Modo jam de secreto, de solitudine vindicatur; in familiam, in servulos, in Novercam ipsam dominatus jure revertitur. Desinit jam patere conviciis; nunc se vere putat hæredem, quod, nullo prohibente, sibi destinatas opes avida luxuria depascitur. Non auferet quidquam de tot bonorum possessione Noverca; Pater mutare non poterit testamentum. Ea denique adepta est morte Patris, quibus nec optare plura posset si haberet oculos. Afferte modo coactæ interpretationes infelicissimæ Novercæ causas; explicate quibus odiis, qua spe maluerit ipsa viro festi-

ANTILOGIA.

* Confutat aliud argum. Novercæ contra Filium.

Digitized by Google

ANTILOGIA. festinare suprema. Non video, sanctissimi Viri, quas habuerit irarum causas mulier, quæ seni se se ultro credidit, quam non avara fides, non libido jugavit, sed æqua naturæ vis, & paria studia, & bonæ vota conscientiæ. Mirum quæ fuerint benevolentiæ vices! Nunquam melior sint, opto, amor & caritas non parricidæ. Quanta illi modo subeunda ludibria! Quam facile ad servitium compelli potest, & rebus in diversum coactis, ad cæcitatis secretæ damnari! Totam simul accipite doloris nostri confessionem. Redit in familiam auctoritate testamenti Privignus, olim sepositus, olim relegatus a Patre. Quod si hac mercede debuit mulier maritum occidere, fatemur, Judices, crimen; &, quæcunque in nos transferri possint, criminis suspiciones, æquo animo paratoque subimus. Verum, si qua est fides, si pro tuenda veritate rerum argumenta, factaque ipsa æstimanda sunt, quousque credemus de illa facinus, quæ, si fieri posset, occisum hominem revocaret ad vitam? Te nunc igitur, mulierum infelicissima, supremas decet agere partes, & totum una voce lachrymarum ad hæc sacra subsellia trahere doloris ambitum. Heu, inquit, quæ me mala circumstant, quibus differor fatis! Excedit omnem comparationem doloris immanitas, ut timere deinceps incipiam Privignum parricidam. Quos expectabo notæ olim caritatis amplexus? quis me tristem, quis labentem excipiet? cui pectoris arcana committam? Odia undique mihi, ignominiæ, cruciatus, & supra omne infelicitatis exemplum Privignus inimicus. Supersunt ergo miserrimi Viri fatis, mihi uni relicta, universæ familiæ ludibrium, infelicissimæ orbitatis miserabile monstrum. Unus me manet perpetuus mœror,

DECLAMATIO. te. * Reliquum est ut intueamur, ille qui periit ab utro magis vestrum desideretur. [88] Te opinor hic gravius afficit dolor, impatientius hic luctus exanimat, te quæ obsoletam protinus nubem & tempori accommodata lugubria [89] flammeo revertente mutabis. Hic vero juvenis, qui si fortunæ suæ mala cum præteritis comparet, cæcus cœpit esse nunc primum: quid non miser in hoc sene perdidit? vivebat illi magna pietas, aderant quocumque jusserat de facie patris oculi, non illudere infelicibus tenebris contumaces servuli poterant, nec (quod extremum contumeliarum genus est) ut dominum ageret [90] rogabant. Nunc quanta, dii boni! ludibria sunt ineunda? junxere se pariter cæcitas & solitudo. Quid tibi nunc, miserrime adolescens, hæreditas prodest, quam tantum [91] audis? quid enim circa te pecunia potest? quæ fruendi voluptates? quid aliud quam [92] spoliorum facilis occasio? Quam bene ista omnia paterni oculi custodiebant? quam facile decipi quam facile denudari, quam sine labore falli potes? quam cito inops fieri? Morte patris exhæredatus es. Quid nunc tibi nisi perpetuus imminet mœror & exsecratio vitæ? Miser post omnia & lachrymas perdidit, [93] nec dolentem adjuvant oculi:

* Ultimum argumentum contra Novercam, quod scilicet magis gaudere in promptu sit Novercæ, quam Cæco ex Patris morte; ex quo viam sibi aperit ad Perorationem, in qua exprimit dolorem Cæci ex Patris morte, cum Cæcus tunc maxime sit infelicissimus; ita ut jam mortem in votis habeat.

88 O Noverca. 89 Velo nuptiali, quo nuptæ velare Caput solebant. 90 Non scilicet increpantes servi & illudentes ipsum rogabant ut imperaret sibi ipsi. 91 Nullatenus frueris cum cæcus sis nec seu illam seu quod illa comparare possis possis itidem cernere. 92 Occasio facilis ut spolieris omnibus bonis. 93 Est enim (ut habet Pacatus in Paneg. ad Theod.) aliquod calamitatum delinimentum dedisse lachrymas malis, & pectus laxasse suspiriis; & nulla major est pœna, quam esse miserum nec videri.

Digitized by Google

DECLAMATIO. oculi. Incipit apud te gladius habere quod agat; quærit, ecce quærit miser ferrum. Nunc, inquit, huc reddite illud innocens, donec habuit mea manus tantum. Si mori necesse est, illi potissimum 94 incumbam. Hoc illa jam olim gravis & infelix 95 anima querebatur. Ubi nunc meæ vires? Ubi impetus? Ubi 96 dextra tam fortis? uno ictu, puto, ne me quidem ipsum mihi continget occidere.

ror, & tuo illo secreto tristior, Juvenis, solitudo. Tua jam est, perditissime, dies; exulta parricidalibus odiis; utere contumeliis, insultibus; rursum, si libet, utere gladio tuo. Tibi jam servit illa superinducta; illa, propter quam te Pater in secreta domus parte sepositi. Cedimus tanto scelere quæsitæ ultionis solatio; præbemus pectus quoque, jugulumque vulneribus. Quid enim nobis ominosius vita, quam velis imputare? Potes jam iterum, potes unico ictu facilius, & minus crudeliter parricidium admittere. ANTILOGIA.

94 Pectore supra ipsius decidam aciem, in ipsius mucronem pectore impingam.
95 Patris. Ironia. 96 Qua dicor interficere ausus esse Patrem, seu ipsum unico ictu confeciſſe.

Digitized by Google

IN SECUNDAM M. FABII QUINTILIANI DECLAMATIONEM ANTILOGIA.

M. FABII QUINTILIANI DECLAMATIO SECUNDA.

CÆCUS IN LIMINE.

ARGUMENTUM.

Ex incendio Domus Adoleſcens Patrem extulit. Dum Matrem repetiit, & ipſam, & oculos amiſit. Induxit illi Pater Novercam, quæ acceſſit quodam tempore ad Maritum, dixitque parari illi venenum, quod Juvenis in ſinu haberet, & ſibi promiſſam dimidiam partem bonorum, ſi illud marito porrexiſſet. Intravit ad Cæcum Pater; interrogavit an hæc vera eſſent; ille negavit; exquiſivit, & invenit in ſinu venenum. Interrogavit cui paraſſet; ille tacuit. Receſſit Pater, & mutato teſtamento Novercam fecit hæredem. Eadem nocte ſtrepitus in Domo fuit. Intravit Familia in cubiculum Domini, invenitque ipſum occiſum, & Novercam juxta cadaver dormienti ſimilem, Cæcum in limine cubiculi ſui ſtantem, gladium ejus ſub pulvino cruentatum. Accuſant ſe invicem Cæcus & Noverca.

Pro Noverca contra Cæcum.

ANTILOGIA. SI ulla, Judices, fœminarum, quas adverſorum immanitas, & immodicæ calamitatum vires jactaverint, ante juſtitiam veſtram triſtiſſimam unquam lachrimarum ſeriem,

Pro Cæco contra Novercam.

DECLAMATIO. SEntio, judices, pudori juvenis [1], pro quo minimum eſt, quod parricida non eſt, [2] graviſſimum videri quod abſolvendus eſt contra Novercam, & plurimum Cæco de reverenſ-

Cui minima laudum erat &c. ſeu 1 Cui pro minimo eſt; qui ſcilicet parvi facit defenſionem etiam conſcientiæ ſuæ præ rationibus aliis, quas poteſt ad ſui Apologiam allegare. 2 Quaſi injurioſum; cum nimium nota ſit malignitas Novercarum in Privignos, quare vix opus eſſet quæſtione, ne dum abſolutione.

Digitized by Google

DECLAMATIO. rentia deperire virtutum, cum in patrocinio [3] summæ pietatis aufertur [4] quicquid alium defenderet innocentem. Hoc primum itaque publicis allegamus affectibus, quod pro se reus indignatur uti corporis probatione. Solus omnium non remittit sibi, ut [5] incredibilior sit in parricidio cæcus, quam fuit cum videret. Homo omnium, quos unquam miseros fecere virtutes, innocentissimus [6] parricidium negavit, antequam pater occideretur: & ne quid hodiernæ sollicitudini præstari putetis, fecit, quod est summum in rebus humanis nefas, [7] ne vel in alio crederetur. Ignoscite per fidem, quod indignatur se juvenis in honorem tantum calamitatis absolvi, filium qui patrem ex incendio sua cæcitate servavit, facinus est hoc tantum innocentem videri, quod illum non potuerit occidere. Nam quod ad mulierem, judices, pertinet, quæ defendi non potest, nisi patrem cæcus occidit, [8] tam impudentem delationis necessitatem malo, quam si tantum negaret. Viderit qui [9] fiduciam veritatis putat, quod Cæco facinus objectum est. Deprehensa mulieris audacia est, quæ non potest nisi [10] incredibilium comparatione defendi; & quisquis Cæcum invicem accusat, solus est reus. Aliæ, judices, esse debuerunt adversus hanc debilitatem probationes. Cæcus in parricidio non debet suspectus fieri, [11] sed deprehendi. Quæso itaque, judices, ut hæc prima propter causam juvenis putetis, quæ contra illum nimia sunt. Nihil magis debet esse pro Cæco, quam quod adversus illum

riem, & similem attulit desperationi dolorem, eam hanc esse profiteor, cui præter miserrimum fatum, quo conjugem perdidit, illud quoque maximi cruciatus accedit, quod perditissimi Juvenis gladio illum eripere non potuerit, quem jam liberaverat a veneno. Quantum sibi gaudebat infelix, quæ primos parricidii conatus everterat; & quantum de caritatis merito vindicabat, cui cœperat jam æque debere Pater, ac Filio! Sed didicit innocentissima tandem, numquam perire scelerum vota, dirasque libidines; ideoque non prius tentatum a Cæco ferrum, ut, si fieri posset, ipsa pariter in veneni conscientiam, pudoremque facinoris sociaretur. Nunc minus ingemisceret misera de parricidio, si se insciа, se non prius tentata, fuisset peractum. At vero, tamquam parum hactenus doloris nobis, & miseriarum accesserit, adversum nos etiam totam transferre tentat inimicus homo criminis suspicionem; sed non habet interpretationem, Judices, parricidium, quod statim fit cum Pater mutaverit testamentum. Existimandum vobis quoque relinquimus, illine imputandum sit gladii facinus, quæ venenum porrigere recusavit. Adde quod tam grande perdiderat pretium quæ dicitur potuisse scelus admittere nulla mercede. Quæso autem, Sanctissimi Viri, ne liceat ultra mortalium perditissimo patrocinio calamitatis abuti. Transeo veneni conscientiam, illamque in deprehenso silentii confessionem; transeo quod sola vult incredibilium interpretatione defendi. Suspectus esse incipit cæcus

ANTILOGIA.

3 Cujus signa satis dedit Cæcus in Patrem, & Matrem. 4 Scilicet Cæcitatis argum. 5 Non vult incidere in minorem parricidii suspicionem quia Cæcus est, quam si oculos haberet quos incendio Domus amisit. 6 Cum finere posset ut periret Pater incendio, quod Parricidium morale saltem extitisset; vel cum negavit Patri interroganti vera esse ea quæ diceret Noverca. 7 Ne crederetur feciſſe summum nefas in alio quam in Patre; vel in alio statu, quam in hoc cæcitatis. 8 Malo ut ipsa accuset filium tam impudenti delatione, quam si minime incusans ipsum, se solam, negando factum a se patratum, excusaret. 9 Qui veritatem inconcussam considerat. 10 Nisi uniantur simul quæ aliis incompatibilia sunt; quæ quidem e Narratione colligentur. 11 Cum incredibile sit Cæcum commisisse parricidium nisi in ipso facto deprehendatur.

Digitized by Google

ANTILOGIA. cæcus cum habet gladium. Nos vero non petimus ut infirmitatis noſtræ miſereamini. Quantum alioquin firmiſſimi argumenti allegaret hic animus, qui nonniſi blandis patet affectibus, hic vultus, qui lachrymarum dolore contabuit, hæc dextera, quæ ſola novit pignora caritatis. Nobis tamen ſupremum eſſe volumus patrocinii genus quidquid Privignum apertiſſime non accuſat. Facinus eſt, ſi parricidium hæc non potuiſſe admittere videatur, niſi etiam conſtet nec voluiſſe. Satis jam, Judices, vobis adverſarii voce relatum eſt, quas Cæcus calamitatis ſuæ cauſas habuerit; &, ſi ejusdem pudori conſultum volumus, præſtat in præterita non redire, poſtquam omnem cum luminibus innocentiam Parricida conſumpſit. Nemo tamen ideo minus credat de Juvene facinus. Si actus reſpiciamus humanos, & fragiles mortalium vices, nihil eſt tam frequens, quam in deterius abire; ex iisque etiam, quæ labore maximo comparamus, nulla facilius non deſerunt, quam virtutes. Quod ſi nefaria illa ſcrutari volumus ſecreta cæcitatis, prima maligni livoris in Filio ſemina jacta crediderim poſt ſuperinductam ſibi a Patre Novercam. Quantum utrumque ille oderit fas inde erit exiſtimare, quod alterum alterius miniſterio tentavit occidere. Paravit igitur, paravit Patri nefarius homo venenum, primumque impiiſſimi conatum facinoris moliri ſic ſtatuit, ut, & parricidio gaudere poſſet, & negare ſcelus, quod non ipſe lum fuerunt multa fingenda. Et conſtat de pietate, de innocentia hominis, qui expugnandus fuit parricidii ſimilitudine. Congeſta ſunt adverſus miſeram debilitatem, ferrum, [12] cruor, [13] venenum, & quicquid non poteſt eſſe [14] negligentiæ niſi [14] neſcientis. Nemo, judices, nemo [15] diligentior debet eſſe ad facinus quam qui parricidium potuit facere [15] cæcus. * Juvenis iſte, de quo ſumma in rebus humanis [16] monſtra finguntur, ejus fuit erga parentes ſemper affectus, quem nefas eſt [17] optare de liberis. Cum domus ignium ſepta violentia rapuiſſet miſeris ſenibus omne præſidium, illa feſtinatione qua fugimus, erumpimus, in medium cucurrit incendium. In quanto tunc periculo fuit rerum [18] naturæ pietas? Dum diu, multumque attonitus hæret, dum ad utrumque reſpicit, ad utrumque diſcurrit, pene infeliciſſimos parentes perdidit pietatis æqualitas. Ut demum miſerrimos ſenes cluſerat jam propior ignis (audiat licet invita [19] pietas) patrem juvenis elegit, & de pariter [20] ardentibus vices diſpoſuit [20] affectus. Vixdum poſito ſene, cum illum quoque miraremur explicitum, iterum flammas aperuit, & undique coeuntis incendii redditus globis arſerat juvenis, ſi tardius perdidiſſet oculos. Facinus eſt exiſtimare, judices, non hoc quoque maximis contigiſſe conatibus, ut ſervaretur & mater. [21] Minus tamen in utroque fecerat, niſi perdidiſſet oculos. Vi-

DECLAMATIO.

12 Ferrum inventum cruentatum ſub pulvino Cæci. 13 Quod deprehenſus eſt habere Cæcus in ſinu. 14 Et omne id quod quis tenere apud ſe nequit niſi per ſummam negligentiam, & quidem ignarus ipſorum malitiæ. 15 Cæcus enim majori agit maturitate, ac conſideratione, eo quod magis attentam mentem habeat nullibi diſtractam a ſenſibus, & præcipue a viſu, qui plerumque facilius mentem divertit.

* Hinc confectum Exordium eſt, deſumptum autem ab hoc quod Cæcus uti velit ambitu triſtiſſimæ calamitatis; ex quo deſcendit ad fundandam ſuſpicionem Novercæ ex ipſa ponderatione criminationis ipſius adductæ in Cæcum; quæ talia includit quæ utpote incredibilia ficta videntur.

16 Cum naturaliter ſit monſtrum Cæcus Parricida. 17 Deſiderare in liberis. 18 Pietas quæ innata eſt liberis erga Parentes. 19 Quæ vellet ambos elegiſſe. 20 Et amor ſtatuit vim eligendi unum de parentibus pariter ardentibus. 21 Facta majori re conſervandi Patrem, fecerat & minorem conſervandi matrem ipſe qui maximus erat omnium in faciendis utrisque, niſi perdidiſſet oculos dum vult rapere & matrem ex incendio.

Digitized by Google

DECLAMATIO. Viderint qui filium in eo magis parente mirantur, in cujus ſalutem faciem vultusque conſumpſit : [22] patri præſtitit cæcitatem, qui amiſit oculos, dum repetit quam reliquerat [22] matrem. Non expectatis, certum habeo, judices, ut excuſem, quod pater induxit Cæco Novercam. Factum eſt eo tempore, quo conſtabat, patrem filio ſenem ſolvendo non eſſe. Contenderim quinimmo juvenis fuiſſe conſilium, ut pater cui matrimonium [23] filiumque abſtulerat incendium, reſidua ſenectutis alia ſolaretur uxore, & ut domus, quæ Cæcum tantum habebat & ſenem acciperet ex conjugio [24] miniſteria cuſtodita. Facinus eſt, judices, quod bonos privignos Novercæ facilius decipiunt, nec levius oderunt. Quam multis inſidiis, quam multis artibus [25] patet cæcitas innocentis! Mulier, cui ſpem invadendæ hæreditatis præſtabat debilitas privigni, ſenectus mariti, intellexit hoc ſolum deeſſe [26] ſceleris occaſioni, ut prius infamaretur parricidii cæcus. Viſo igitur hoc, quod ſibi juvenis non videbatur eſſe privignus, venenum, quod in miſeri ſinu abdiderat, deprehenſura, nuntiavit patri, tamquam parricidium pararetur. Et quia mendacium poterat facile nudari, ſi quem conſcium nominaſſet, totam delationem ſic ordinavit, ut ſibi crederetur [27] promiſſam dimidiam partem bonorum, ſi venenum ſeni voluiſſet ipſa porrigere. Videtis, judices, qua præparatione Noverca ad teſtamentum patris acceſſerit. Mulierem, quam credit maritus noluiſſe partem bonorum accipere pro ſcelere, neceſſe eſt ſic remuneret, [28] ut faciat hæredem. [29] O quanto aliter probaretur ipſe ſua manu feciſſet. Nullum, puto, nefas tanta fuit unquam calliditate diſpoſitum. Non contenditis, credo, ut vobis perſuadeam quod tanti ſceleris non dubitaverit mulieri Cæcus arcana committere. Dum alterius uti artibus cogitavit, credidit ſane, aut nullum facilius ad flagitii conſcientiam magno propoſito præmio cogi poſſe, quam fœminam, aut nullum ſecurius venena conjugi daturum, quam uxorem. Spopondit ergo Novercæ dimidiam bonorum partem, ſi venenum conjugi porrexiſſet. Quid hoc putabitis, Judices? Invidia fuit. Voluit nempe, ut vel Pater occideretur, vel omnia Noverca perderet. Expectatis ut referam quid egerit mulier? Neceſſe eſt ut exclamem; mitius egit, nimis indulſit. Non enim nefaria illa verba graviori ſeveritate compreſſit; parricidales jam manus, & ſævum pectus, illaque tantæ immanitatis conſcia vitalia non torſit. Rem fecit ejus, quæ Marito pariter, Privignoque proſpiceret; Seni nunciavit. Quid minus agere potuit, quam ut parenti relinqueret ultionem de filio? Quantum vero meruerint apud Patrem fidei, quæ de Cæco Noverca retulerat, ex ipſa hominis indignatione colligite. Intravit enim ad Cæcum Senex, & interrogavit. Nunquam magis vera Juveni dicenda erant, quam cum aderat Pater iratus. Negavit tamen impudentiſſimus homo; cumque ita comparatum natura ſit, ut quisque in illo diverſitatis ambiguo ſperet, ad innocentiæ fidem ſatis ſibi fore putavit, ſi non perturbari videretur. Parricidæ fuit tam aperta negatio. Filius innocens repente accuſatus non dediſſet reſponſum hominis, qui ſe interrogationi

ANTILOGIA.

par- præ-

22 Non enim conſervare voluit matrem tantum in gratiam pietatis erga matrem, ſed etiam ut Patri ſeni uxorem conſervaret. 23 Et cæcitatem inutilem. 24 Quod Fœminæ in Familiis præſtare ſolent. 25 Expoſita eſt, obnoxia eſt, quot telis petita eſt. 26 Sceleris ſui interficiendi ſenem maritum. 27 A Filio Cæco. 28 Novo facto teſtamento, & deleto primo, quo Cæcum hæredem inſtituerat. 29 Et quam diverſo modo probaret Parricidium, non commiſſum ſcilicet a Cæco, ſed a Noverca.

Digitized by Google

ANTILOGIA. præparasse videretur. Negare ejus est, qui non possit aliter probare ut sibi credatur. Scire autem vultis quam innocenter primo responderit? Eadem audacia, ne inveniret alter quod forte sperabat posse ultra non exigi, sinum sollicite scrutatus est, & venenum invenit. Miror, Judices, cæco juveni statim patuisse quod ipse antea non tractaverit. Non enim confudit, turbavitve judicium; sed ut illud sensit, in quod perquirens manus offenderat, venenum illico confessus est. Velim mihi dicat innocens, unde lethale pessimumque virus agnoverit. Sed quid sua illa audacia profecerit, hinc accipite. Homo, qui adeo constanter quod non videbatur negaverat, cum veneno deprehensus, & interrogatus cui parasset, obmutuit. En illum cui vere credatur. Quid subitus ille defectus, nisi conscius pavor, & confessioni similis pudor? Non dubito, Judices, quin ita credatis, cum Pater ipse, Pater, apud quem tamen nonnisi sera persuasio filium parricidii suspectum facit, qui sibi qualibet interpretatione blanditur, paratum sibi venenum senserit. Accipite paterni veritatem judicii, & adversus parricidam ultionis. Filium exhæredavit, &, mutato testamento, universa transtulit in mulierem. Bene est, Judices, quod multum statim patrocinii transit in causam nostram, non enim habuit amplius fœmina, quod de senis morte speraret. Non putabitis vero, leve quoddam, & tolerabile calamitati supplicii genus excogitasse patrem: Non poterat sævius Cæcus puniri. Continuo vero senex infelicissimus occisus est, ut hoc ipsum contra impudentissimam accusationem patrocinii nobis accederet, quod parricidium, quod jam potest deprehendi! Mulier quæ se dicebat in [30] conscientiam sceleris admissam, non hoc primum exegit a patre, ut quæreret quis parasset cæco venenum, quis dedisset, unde maximum sciebat posse fieri quæstionis errorem; instituit, ut innocentissimus juvenis [31] interrogaretur repente, subito infamatura velut deprehensi trepidationem, seu tacuisset cæcus, seu negasset. Adductus ad filium senex dixit juveni quicquid audierat. [32] Numquam, judices, tam simplicis innocentiæ fuit facinus actum negare. Non esset ausus juvenis coram ea muliere mentiri, quæ prodidit & scivit ubi esset venenum. Ut vero sensit infelix instantem Novercam, postulantemque, ut sinus juvenis exquireretur, tunc vero attonitus, & hærens, & tota malorum suorum cogitatione confusus, intellexit hoc argumentum ejus esse, quæ parasset, ut posset deprehendi. Igitur propere, festinanter omnia membra pertractans, & mersis in sinum manibus, dum cuncta suspicionibus, dum tactu juvenis explorat, venenum primus invenit. Laudo, judices, innocentiam silentii, laudo fiduciam, quod interrogatus cui parasset, non putavit sibi defendendum venenum. Rem quinimmo fecit ejus qui sciret patrem non crediturum, & (quæ [33] maxima est [33] innocentiæ [33] contumacia) persuasionem senis nulla voluit excusatione corrumpere. Non fuit illud trepidatio, non tacita confessio. Quisquis habet venenum, habet & quod respondeat deprehensus. Fecit post hæc senex rem hominis, quem non movisset quicquid invenerat. Non torsit [34] ministeria cæci, & de

DECLAMATIO.

30 Participationem consilii de scelere patrando. 31 Essetne vera hæc deliberatio, hæc pactio cum Noverca, &c.? 32 Numquam alias apparuit innocentia simplicior quam in illa negatione.
33 Quæ maxima est in innocentia perseverantia. 34 Manus quæ sunt unicum instrumentum, & ministerium cæcorum. Non igitur affecit illum tormentis ut confiteretur scelus suum.

Digitized by Google

DECLAMATIO. & de scelere, in quo [35] solus nocens esse parricida non poterat, non explicuit ordinem quæstionis, sed quod plus est, quam absolvere, remisit juveni defensionem. Utrum deinde intellectis deterrimæ mulieris insidiis, filium paulisper voluerit exhæredatione protegere, & diligentius de patrimonio suo deliberaturus, interim captaverit, ut videretur mulieris cupiditati jam non obstare privignus, an facillimum fuerit, ut exhæredationem quoq; impetraret Noverca Cæci ab homine, cui tam multa persuaserat, [36] cogitationibus vestris relinquo. Hoc tantum dixisse contentus sum. Testamentum continuo mutavit. Et ne quis miretur hanc festinationem, statim subsequutum est, ut periret. An interfuerit, judices, juvenis hujus, ut viveret pater, qui jam [37] alio moriebatur hærede, vos existimabitis. Certe non interfuit ut occideretur. Facinus, judices, quod illa nocte in cubiculo Novercæ, quod in lectulo factum est, domus tota persensit, [38] nemo non sibi visus est juxta fuisse. Excitari sola Noverca non potuit illo in loco, unde venerat fragor. Cucurrit familia, quo sollicitos atque trepidantes ducebat strepitus quem sequebantur. Invenerunt senem occisum, Novercam juxta cadaver [39] sic jacentem, ut statim possent interrogare quis occidisset. Nuntiatum est deinde facinus & Cæco. Inventus est (quod innocentiæ sufficit) non a scelere rediens, stans *in limine* cubiculi sui [40] animo quo discurrebant videntes. Ut deinde ferrum juvenis inquireretur, exegit quod eodem pæne momento facinus admissum est, quo Noverca juveni prælata. Sed omnino vobis relinquam æstimandum de parricida. Nocte illa auditus est strepitus, quem sive pavida, dum redit a scelere, per errores cæcitas edidit, sive, quod in alterum transferri sic posse crederet criminis suspicionem, callido ministerio composuit. Qua celeritate, qua sollicitudine arbitrari potestis, properavit ad strepitum excitata familia, & Senem invenit occisum. Cæcus vero jam in limine stabat, tamquam excitatos, discurrentes exciperet, plenus adhuc irarum & parricidii, ita composita statione, ut jam tunc credi posset ante strepitum excitatus. Ille nempe, quem ab omni avertit spectaculo infirmitas, quem non expediunt nisi tardissima ministeria, tam celeriter subitoque prosiluit, ut tardiores fuerint videntes. Cæcus jam perstat in limine, cum a strepitu familia excitatur. Non credo, Judices, excusandum vobis quod Noverca dormierit. Incredibile hoc uni Cæco videbitur, quem scelerum conscientia quatit semper, exagitat; qui soporem quietemve non novit, cujus ipso silentio franguntur somni. Quam pronum vero innocenti quiescere etiam inter morientis conatus; si quos tamen exerit qui statim moritur! Vestrum erit rursum conjicere, a quo sit Senex occisus. Cæci gladius sub ipsius pulvino cruentatus inventus est. Fidem nunc hominum Deumque, quodnam unquam clarius manifestavit se facinus? Parricidii, Judices, accusamus. Poteram statim nefas animo Juvenis imputare; sed non difficile ut credatur gladio sustu-

ANTILOGIA.

35 Solus ille nocens Cæcus parricida esse non poterat, cum necesse fuerit, ut cum aliis jam pactus esset, ut jam feciſſe dicebatur cum Noverca, non enim Cæcus poterat adinveniſſe venenum, inde Patri porrigere &c. De hoc scelere ergo non explicuit Pater quæstiones, ordinem, hoc est non popoſcit ut Cæcus technam, quam orditus fuerat a principio, & cum omnibus circumstantiis depromeret.

36 Omnes profecto secundæ huic parti adhærebunt. 37 Scilicet Noverca. 38 Adeo recens, seu aperte viderunt omnes illud facinus. 39 Dormientem, & fortasse pronam, ut eo profundius quiescere videretur. 40 Animo turbato, agitato, anxio, mœsto, lachrymanti &c.

Digitized by Google

ANTILOGIA. git [41] eadem utique quæ postulaverat de veneno. Quod in lectulo gladius cruentatus inventus est, [42] non deprecor, judices, quin contra cæcitatem non minus argumentum putetis, quam quod inveniri potuit venenum in parricidii suspicione. Gladius cruentatus noviſſima probatio debet esse, non sola. * Ignoscite malorum periculorum metus, ignoscite humana discrimina. Defensionem juvenis primum lachrymis gemituque prosequimur. Perdidit infelix juvenis patrem, perdidit & cæcitas illum senem, cujus oscula, cujus amplexum imponebat vulneribus oculorum, cui præstabat Cæcus ut viveret. Misera ignorantia, misera debilitas, quod te Noverca non sic [43] potius decipere maluit, ut biberes venenum. ** Facinus est, judices, [44] comparationem fieri, ut incredibile sit parricidium. Idem vos putatis efficere [45] noctium merita, & [45] affectus osculis, blanditiisque quæsitos, [46] quod natalium, pignorumque reverentias? Nullas ego facilius perire crediderim, quam [47] corporum caritates. Et licet matrimoniis paulatim reverentia gravitatis accedat, possunt tamen distrahi facilitate, qua coeunt. Uxor est, quam jungit, quam diducit utilitas: cujus hæc sola [48] reverentia est, quod videtur inventa causa liberorum. Aspicimus matrimoniorum singula momenta rixantia, mutuliſſe patrem qui jam paraverit illi venenum. Mira, inaudita de illo credite, qui tam dira ministeria non horruit; nullum est flagitium, cui se se immiscere non audeat quicunque venenum tractare potuit. Facinus hoc est, quod imminuit cuilibet immanitati pudorem, quo minus ipsum est parricidium. Non attendo, Judices, quomodo Filius Patrem occiderit. Venenum habuit. Quod si alterius artibus quod ipse gestat in sinu suo Cæcus imputat, probet quinam potuerit tam violentis fraudibus patuisse. Facilius crederem deceptum videntem. Non is est Cæcus, cui possis feliciter insidiari, quem libera tractare manu. Sibi semper ab omnibus timet; suspicatur, repellit, interrogat. Adeo in te, Juvenis, peraguntur flagitia, nec sentis? Conditur in tuo sinu venenum, neque te sollicitant condentis accessus, conatus? Inenarrabile, incomprehensibile est non tuum aliquid sic imponi tibi, ut si nihil accederet. Non te semper, puto, Juvenis stupor tenet deprehensi. Tibi ergo manus admovet, te Noverca premit, quo pondere, quibus conatibus agat necesse est qui sinuum imas scrutatur latebras; tu taces, tamquam venenum prior postulaveris? Majus est quod miremur, Judices. Venenum cæcus agnovit. Interrogarem quomodo illud senserit esse venenum, qui oculos non habebat, si antea non tractaverit? Venenum DECLAMATIO.

41 Noverca. 42 Idem putetis argumentum quod inventum sit Ferrum Cæci cruentatum, ac quod inventum sit in ipsius sinu venenum.

* Expleta est narratio, in qua exponit Quintilianus omnes facti de quo quæstio fiebat circumstantias. Incipit autem Confirmatio, in cujus principio movet misericordiam in Judicibus erga Juvenis innocentis infelicitates. 43 Quam te incusando.

** Hic incipere videtur primum argumentum desumptum ex vi pietatis, amoris, quo Filius Patrem prosequitur, quod e contra non invenitur in Novercis, quarum malitiam, & detrimenta satis exaggerat, quare colligit suspicionem potius cadere supra Novercam; nec est cur ipsam se excuset ex sexus imbecillitate, 1. enim ex hoc ipso quod sint imbecilles fœminæ arguitur Noverca, cum enim imbecilles sint nequeunt impetum, & vitia mentis corrigere, quare facilius iram sequuntur. 2. quia licet imbecilles sufficiunt tamen ad scelera quæ laborem non exigunt, cujusmodi est hoc quod uxor perimat virum juxta jacentem,

44 Comparationem fieri inter Novercam & Cæcum, hoc est inter Uxorem & Filium. 45 Quod pertinet ad uxorem, 46 Quod pertinet ad Filium. 47 Cujusmodi sunt superius enumerata ad Uxorem spectantia. 48 Cujus ratio habenda aliquo modo est hac sola de causa quod ad liberorum procreationem inveniatur.

Digitized by Google

DECLAMATIO. mutant quotidie domos, & per [49] amplexus, lectulosque discurrunt. Placet etiam post liberos alius maritus, & unde deprehendas omnium scelerum facilitatem, possunt non amare viventes. Quid si huic uxoriæ vilitati novercale nomen adjungas? [50] mulieri quæ post liberos inducitur, matrimonii non contingit tota reverentia. Quanto alios præstat affectus, diligere vitæ, lucisque auctorem? liberi ac parentis non alius mihi videtur affectus, quam quo rerum natura, quo mundus ipse constrictus est. Quisquam ne mortalium confodiet illud sacrum, venerandumque corpus, [52] quod potest ex ignibus rapi, [52] pro quo bene consumuntur oculi? [53] Non invenio, judices, quemadmodum possit esse contra liberos salva reverentia. Non est difficile ut maritum uxor occidat, si non est difficilius ut filius Patrem. Non est, judices, quod putetis inter [54] mulierem & [55] virum de scelere quæri: neque est quod se Noverca sexus occasione tueatur. Major est cæcitatis infirmitas. Sunt & fœminis ad scelera vires, cum habent [56] causas virorum. Quinimo si interroges, facilius hæc pectora metus, odium, ira corrumpunt. Et quoniam non habent roboris tantum, unde vitia mentium vincant, plerunque facimus infirmitate fecerunt. Sane tamen illis sceleribus sufficere non possunt, quæ [57] discursum, quæ exigunt laborem. Quod vero tam muliebre possis invenire facinus, quam occidere hominem juxta te jacentem? aggredi senem qui se tuis crediderit amplexibus? cujus somnos ipsa disponas? ipsa custodias? Omnis num enim nosse non manuum profecto est, sed oculorum; & videns quoque inscius venenum tractare potest. Cæcus igitur non suspicatur, non dubitat, venenum statim dicit, affirmat? Quomodo certius inveniisset, quomodo novisset melius qui paraset, qui jam in sinu suo condidisset? Sed perditissimo nimium tam inani disquisitione blandimur. Scire vultis, quinam venenum condiderit? Qui tacuit deprehensus. Non desunt, Judices, innocentibus verba; &, subitus licet accedat stupor, non omnes tamen subito perierunt affectus. Subeunt illico sua illa miseros patrocinia; emicat conscia quædam innocentiæ vis, audaxque pudor; difficilius semper tacuit quicunque deceptus est. Fortior est quam ut desperet bona conscientia; & silentium numquam prætulisse scimus, nisi quisquis nihil habuit, quo se tueretur. Quis enim est, quem mendax accusatio non excitet, qui non prosiliat, non exclamet? & quis innocens unquam vultus, membra, totum se denique intra tacitæ confessionis argumenta composuit? Si rem deprehensi Cæcus non fecit, dicat quid facere debuerit parricida cum veneno. At, inquit, tacere facilius est deceptis, quam deprehensis. Ita plane hoc tibi facilis argumenti est. Ego autem a Juvene quæro tam incredibilis silentii causam, etiam si venenum non paraverit. Nemo, Judices, nemo plus imitatur nocentem & reum, quam qui illa se in causa monstrat, ut ne coactis quidem possit patrocinii abuti. Videte, Judices, in Cæco silentii, verborumque dispares causas, & ex utrisque sceleris veritatem colligite. Interrogatus negavit:

ANTILOGIA.

[49] Diversorum Maritorum. [50] Mulier scilicet assumpta post liberos parum colit matrimonium; cum enim ipsum præcipue colat in liberis, & cum, in tali casu, liberos illos ipsa non genuerit, ideo &c. [51] Quanto superat affectus reliquos amor Filialis in Patrem. [52] Quod fecit Filius hic. [53] Si sunt Cæcus iste Parricida credatur. [54] Timidam, & imbellem. [55] Animosum, & robustum. [56] Cum habent causas, quæ impellere solent Homines ad scelera perpetranda. [57] Magnam mentis deliberationem, ponderatam ratiocinationem, &c.

Digitized by Google

ANTILOGIA. gavit: cum veneno deprehensus obmutuit. Poteram contra Cæcum modo allegare ipsius fœminæ confessionem, quam impiissimus homo, dimidiam pollicitus bonorum partem, allexit, ut venenum viro porrigeret. Sed nolo, Judices, neque probatissima fœmina teste ea in causa uti, in qua impudentissimus homo sibi satis patrocinii contendit esse, si neget. Non enim difficile est ut credatis, Novercæ potissimum maluisse Cæcum tanti sceleris arcana committere. Nemo ex tota familia tristissimæ solitudini diutius adstat, nemo longiori caritate ministrat. Hæc est quæ Juvenis impatientias excipit; hæc quæ videtur singulos compati cæcitatis affectus. Cuinam se igitur, & nefaria consilia securius credat? An servulis, quorum insultibus semper tristissima facies, semper execrationibus, odiisque patet impatiens infirmitas? Novercam, Judices, Novercam tentare voluit, cujus etiam sexum facilius posse credidit pollicitationibus, & spe magna præmiorum ad parricidium compelli. Sed quantum innocentissimam fœminarum corrumpere possit nefaria merces, hinc audite. Omnia ipsa ultro perdidit si maritum creditur occidisse. Neque vero ideo minus existimandum de Privigno facinus existimetis, quod de Cæcitatis infirmitate maximam allegare hactenus studuit ad omne facinus difficultatem. Quota pars sunt oculi ad parricidium? Immo quanta sunt videntium facinora, quæ adjuvat, perficit cæcitas? Quidquid unquam fere scelerum ad-

DECLAMATIO. Omnis alius percussor deprehendi potest antequam feriat, [58] uxor non sentitur, nisi dum occidit. *Non est, judices, incredibile ut occiderit mulier hominem, quem dicitur potuisse Cæcus occidere. Facinus est, judices, si Cæcos habere non credimus, nisi [59] necessitatis [59] innocentiam. Prima est infirmitas cæcitatis, ut nolit. Fallitur quisquis hanc calamitatem non animorum putat esse, sed corporum. Totius hominis debilitas est oculos perdidisse. Et si diligenter actus intuearis humanos, [60] ministeria luminum sumus. Cæcus non irascitur, non odit, non concupiscit. Et cum corpora nostra vigorem de luminibus accipiant, pereunt cum suis vitia causis. En ad quod erumpant manus, quæ proxima quæque tam diu quærunt? manus, [61] quæ sua quoque ministeria non explicant? Audebit quicquam corpus illud quod ad singulos sibi videtur decidere motus? cui quicquid ante se est, donec exploretur, [62] abruptum est? Facinus admittet, in quo nihil ipse facturus est? Facinus quod totum credat alii? Quid si cæcitas sit, quam fecerint ignes? nemo in incendio solos ex homine perdit oculos. Tunc facies sentit incendium, cum ambusti [63] defecere gressus, cum opponi non possunt pro oculis manus, & ad lumina nostra flammas omnium membrorum vulneribus admittimus. Cæcum vel hoc faciet innocentem, quod licet viribus, licet sufficiat audacia, non habet persuasionem [64] hominis, qui possit imponere.

58 Debet v. g. conferre se in Domum, in Cubiculum illius quem vult interficere, quare vel ex strepitu ambulationis, vel ex rumore forium deprehendi potest; Uxori vero nihil horum occurrit.

* Secundum Argum. desumptum ex eo, quia Cæcus nullos patitur affectus, cum perdiderit præcipua ministeria quæ ingerere solent species ad excitanda Phantasmata, & inde affectus; & ulterius ex eo quia Cæcus non modo oculis, verum etiam toto corpore sit labefactatus.

59 Nisi innocentiam necessario in ipsis existentem, cum amiserint præcipuum scelerum instrumentum. 60 Omnia quæ facimus, oculorum gratia facimus. 61 Quæ nescium libere seipsis uti. 62 Ruina, præcipitium est. 63 Ideoque tardius profilit ex incendio, qui in ipso est, quare magis læditur. 64 Vel alterius Hominis, qui persuasione audaciam excitet, vel sui ipsius.

Digitized by Google

DECLAMATIO.

re. * Nefas est, judices, hunc juvenem reliquarum debilitatum ratione defendi. Quam incredibile est ut occiderit patrem, qui pati non potuit ut perderet eum? Rogo quid opus est gladio, quid veneno parricidæ? quantulum fuit potius servare [65] matrem? Rapiatur ex parentibus illa infirmior, illa [66] peritura. Parricidium sic facere potuisti ut [67] optimus filius videreris. ** Quantum deinde putatis impatientissimis [68] affectibus accessisse post cæcitatem? carior est pater, cum in locum successit oculorum, & tunc est infinita pietas, cum in illa debeas amare, [69] quod feceris. Quid dicitis, judices? Transferet in facinus hunc cæcitatis suæ juvenis favorem, ad quem quotidie [70] laudatura civitas coit, cui assident omnes [71] liberi, omnes [71] parentes? faciet se [72] pietatis pariter, & [73] sceleris exemplum? Facilius est ut occidas patrem a quo sis ipse servatus. † Nullius unquam, judices, parricidii magis debuistis excutere causas. Cupiditas, inquit, juvenem egit in facinus. Hoc si credibile, si verum est, debet videri, mulier hæres maritum, an patrem Cæcus exhæredatus occiderit. Habeant sane, judices, hanc nefariæ cupiditatis festinationem, quos vitiorum ardor, quos quotidie luxuria præcipitat. Quo Cæco hæreditatem, vel innocenti? Oculi sunt, oculi per quos paupertatem ferre non possumus: oculi tota nostra luxuria. Hi nos in omnia quotidie vitia admissum est, noctium fuit. Ad parricidium vero quodnam silentium, quæ solitudo, quæ tenebræ satis afferant securitatis, satis secreti? Nemo magnum quid credat oculis inesse fiduciæ. Parricida videns ita non ullius comitatu, non lumine utetur, ut tandem, si compares, nihil differat prorsus a cæco. Et quanta scimus cessisse prospere cæcitati, cum sic infirmis natura prospexerit, ut deficientibus oculis, manus, & singula quæque membra ministrent? Dicat Juvenis, quanta cæcitatem per ipsa quotidiana vivendi munera admoneant, quanta errare non sinant. Cæcus qui se committit itineri nulli fidit, nil premit, quod non antea tentaverit, quod non aliqua sui parte quæsiverit, priusquam homo totus accedat. Magnam ille habet diligentiæ necessitatem, cujus facilius possunt errores deprehendi. Neque, Judices, a Cæci ad Patris usque cubiculum tantum intervalli est, quod ab inconsulto etiam sine erroribus nequeat absolvi. Quamquam huic quanto levius fuit spatium illud secure peragere, quod toties ante cæcitatem confecit? Non enim Patris limen per incerta, per itineris nova quærendum erat; nihil difficultatis non prævisæ timendum. Idem quod antea spatium, gradus iidem, nec diversa semita, cui quam sæpissime etiam per tenebras, dum oculos haberet, se se crediderit, non opus est ut probemus. Facit igitur, Judices, ut cæcus omnino videat, olim

ANTILOGIA.

* Tertium argum. eo quod si noluisset interficere Patrem, potuerat ipsum relinquere in incendio, & prius liberare Matrem, in quo casu & intentum habuisset de morte Patris, & adhuc optimus filius fuisset in accurrendo ad Matrem.

65 Ex incendio, ante Patrem. 66 Facilius peritura, quia infirmior, in illo incendio.

67 Dum liberas Matrem.

** Quartum argum. eo quod si non finit comburi Patrem propter amorem, multo minus volueris interficere modo, dum Cæcus; quod magis illum amat, eo quia Pater sit illi quodammodo vice oculorum.

68 Amoris, & pietatis. 69 Quod ab ipsa coactus boni egeris. 70 Ipsius pietatem. 71 Admirati, & laudantes ipsius animum, ac pietatem. 72 In liberando Patre. 73 In eodem conficiendo.

† Transit ad refellendum argum. Novercæ quod erat ex eo quia motus fuerat a cupiditate possidendæ hæreditatis, respondet autem primo, quod Cæcus nullam poterat habere cupiditatem hæreditatis, cum jam exhæredatus fuisset; secundo, Cæcus non movetur a splendore divitiarum, cum illis nullatenus frui possit.

Digitized by Google

ANTILOGIA. olim vidisse. Quid opus est oratione? Tam secure ad patris cubiculum pergere Cæcus potest, quam in suo movetur, quam procurrit ad limen. Comparate nunc in ipso actu parricidii Novercam & Cæcum. Quantum optanda est fœminæ cecitas ut maritum occidat! Quam facile franguntur videntium animi, & statim transit in affectus diversitatem quidquid externa renunciant! Nemo unquam fortiter peragendi sceleris sustinuit aspectum, & perditissimos quoque non raro cohibuit subita quædam caritas oculorum. Quoties irruentis furor, viso tantum hoste, defecit? Timori cessere sæpe facinora, pietati sæpius, nonnumquam dolori. Dicam libere tandem, Sanctissimi Viri, facilius fuit scelus admittere ex cæcitate. Quanto minus est autem quod mulier audere potest, quantulum quod tentare? Fingite quantumlibet ipsam diris æstibus immanitatis impelli; dono quod fortiter gladium rapiat, & sæva funeris instrumenta non horreat, quod viro, si credi potest, immineat jam occisura. Non fertur tamen in fœmina tam sævum facinus ultra vota, & priori conatus audaciam. O, si vere pavidissimi sexus æstimemus infirmitatem, quam cito deficit, quam fatiscit, & furentes omnes minas, vesanosque impetus brevissima sistit libido flagitii. Vultus ille blando sopore perfusus, illi tranquillæ securitatis anhelitus, ora ipsa tamquam in lachrimas, precesque compositæ mulierem statim expugnant. Poteram quoque, Judices, allegare; ille, tia præcipitant, mirantur, adamant, concupiscunt. Facilius impleas animi 74 satietatem. Quo per fidem divitias juveni, apud quem omnium rerum diversitas perit? Circumdes licet hanc debilitatem fulgore, divitiis, Cæco tamen tunc magis cuncta desunt, cum contigerunt: nec invenias 75 debilitatem cui magis cum paupertate conveniat. Homo in honorem parentum excæcatus, patrimonio sub patre melius utetur. * Et quod per fidem parricidii genus juvenis elegit? venenum, inquit, paravit. Cur per fidem, si sufficit ferro, facinus aggreditur cui adhibere conscium, cui præstare debeat ministrum, cum majus habere possit in gladio parricida secretum? An postea juveni succurrit quid possent facere manus, & se circa venenum deprehensa debilitas collegit in vires? ** Nemo, judices, nemo nescit quemadmodum possit occidere. Intellexit, judices, noverca quam incredibile esset, ut videretur Cæcus parasse venenum. Igitur adjecit tentatam se, ut illud ipsa porrigeret. Date per fidem, judices operam, invenite 76 verba, secreto privignus & noverca de parricidio loquuntur. 77 Ita se non putat uterque tentari? Quid cogitatis? quid dicitis, judices? Nullum ne in tota domo quod corrumperet aliud parricida pectus invenit? 78 Difficilius hoc credas Novercæ, si te a nullo alio putes impetraturum. Non ergo juvenis credit 79 hoc omnes loqui cum patre? omnium blanditiarum primum esse

DECLAMATIO.

74 Quam oculorum. 75 Quam cæcitatem.

* Quintum argum. ex circumstantia veneni; non est ergo probabile voluisse uti veneno, cum jam sciret uti etiam ferro, quo facilius, & secretius conficere poterat intentum.

** Sextum argum. ex circumstantia qua dicebat Noverca, se instigatam a Cæco ut traderet venenum Patri, hoc vero confutat, quia nullum pejorem, ineptiorem invenire poterat Ministrum, quam Novercam; deinde cum emisset alius venenum, cur non potuit ipse quoque porrigere? cur paravit venenum antequam certus esset de auxilio Novercæ?

76 Quæ Cæcus habuit cum Noverca. 77 Nonne apparet, quod uterque tentabatur & Mulier de porrigendo veneno, & juvenis de impietate, hoc est, poterat deprehendi Cæcus a Noverca, & statim accusari? 78 Si cæteris diffides, multo magis diffidere debes de Noverca. 79 Has insidias Cæci in Patrem.

Digitized by Google

DECLAMATIO. esse sermonem? Novercam timeas, vel non [80] negantem. [81] Non habet fidem ei credere parricidium, quem scias proditurum, nisi impetraveris. Per fidem, judices, attendite criminis diversitatem. Tentatam se in parricidii [82] conscientia mulier affirmat. Quis vero dubitet, nunquam hoc privignum fuisse facturum, si habere conscium potuisset alium? Atqui venenum jam paravit, emit. Et cum hoc ipse facere non potuerit Cæcus, quis est iste cui parricidii tantum instrumenta creduntur? Cur non idem porrigit seni? vel si non potest decipi maritus nisi manibus uxoris, cur ante parricidium struitur, quam sciat an Noverca promittat? * Nam quod *vult videri* promissam sibi partem bonorum, non est argumentum, nisi & ipsum probetur. Mulier quæ sollicitatur ad facinus, quemadmodum sibi consulit, ne illam parricida decipiat? Et probationes prospicere debuit, seu factura quod rogabatur, seu [83] proditura. ** Adde quod neque odit Novercam Cæcus, cui parricidium credit: neque hæreditate corrumpitur, cujus contentus est parte dimidia. Nemo, judices, parricidium faciet, quo alius utatur. † Exigo igitur, ut istud parricidium Cæci tu socia, tu conscia manifestius probes. Quid opus est, ut jam venenum juvenis habeat? potius sermonibus vestris interpone [84] testes, fac coram servis loquatur, fac intersint non-

ANTILOGIA. ille, quem petit, quem stat occisura, maritus est. Sed quæcunque ea sint, quibus causæ nostræ favor accrescit, non habet comparationem videntis affectus. Unus potest citius Patrem occidere, Filius qui non videt. Utar nunc facti ipsius argumentis. Senex uno ictu confectus est. Non est hoc, Judices, videntis facinus, nec securi, quorum nullus unquam sic usus est gladio, ut mortem unico vulnere mallet inferre. Et quid intererat fœminæ vulnus tanta sollicitudine meditari, quod tota primo, unoque impetu vitalia transfoderet; ut nihil esset in homine inter ipsa vitæ, mortisque confinia? Quam libere posset, quam secure per alta noctis secreta jacentem juxta se virum occidere, callide satis nobis a Juvene objectum est. Soli, Judices, soli curandum erat Cæco, ut semel feriret. Deprehensus est si primo vulnere Patrem non conficit; nam, vel alterius vulneris locum attonita cæcitas non inveniet, vel crebri anhelitus, ictuumque impulsu excitetur Noverca necesse est. Nemo igitur certius ferire studet, quam qui nescit an iterum ferire possit. Rursum proclamo: Uno ictu Senex occisus est. Primum non est fœminei roboris tam felix conatus; inde vero quis primo ictu mulieri renunciavit senem occisum? Non habet fidem, ut qui libere ferire potest, & securius mortem inferre, primo confestim vulneri credat. Vidimus sæpe deficientes ictibus furentium manus

80 Licet Noverca non neget se factum commissuram, adhuc tamen debes ipsius fidem timere.

81 Non potest credi, ut quis credat Patricidium ei, quem sciat certo parricidium manifestaturum, si eidem non assentiatur. 82 Participatione, societate.

* Confutat aliam circumstantiam, quod dicebat Noverca sibi promissam medietatem bonorum. Hoc autem debet a Noverca probari.

83 Nam etiam si prodidisset, adhuc tamen poterat haberi quæstio de ipsa.

** Septimum argum. quia non est quod Cæcus occiderit Patrem propter hæreditatem, si dimidium dat Novercæ; parricida autem vult uti bonis omnibus, quæ assequitur in parricidio.

† Octavum argum. nam cur, si jam Cæcus corruperat Novercam, tenebat ipse venenum, non Noverca? Sed, inquit, inventum est venenum in ipsius sinu. Hoc autem non facit Cæcum parasse parricidium: inservit potius ad ostendendum, quanto in ludibrio fuit Juvenis apud Novercam, quæ ipsi ita disposuerat in sinu venenum, ut non posset sentire ipsum esse venenum, ita ut potuisset etiam ipsum bibere.

84 De parricidio cum te deliberato.

Digitized by Google

ANTILOGIA. nondum peperciſſe vulneribus; percuſſores ipſos morientibus pallore, tremore jam ſimiles; laniatos artus, & vulnera ipſa confoſſa. Sed alia eſt, Judices, ejus conditio, cui non eſt ſceleris ſecura libertas. Unus Cæcus eſſe debuit unico ictu contentus, etiam ſi non occiderit; videns nonniſi ſero potuit ictibus credidiſſe. Tentat Juvenis, dum in actu parricidii tractat utriusque noſtrum comparationem, ut incredibile videatur, poſſe tam feliciter Cæcum Patrem occidere. Utar modo iterum cauſæ noſtræ argumentis, non enim, puto, credetis, Judices, non poſſe hominem a quocunque per noctis tenebras, & ſine lumine occidi. Quantulum igitur filio eſt, cum ad torum pervenerit, pariter jacentes licet non videat, ipſorum noſſe tamen diverſitatem? Hoc objicere poſſet novus homo, qui in eadem domo non eſset, qui in eodem thalamo dormientium conjugum conſuetudinem ignoraret. Filio nihil facilius, nihil certius, quam tenere Patrem, & in quamlibet voluerit corporis partem agere gladium. In ſumma, Judices, non recedam. Non ſecurius fuiſset fœminæ, non videnti unico vulnere virum occidere. Nemo igitur dubitet modo de ſtrepitu, qui nocte illa auditus eſt. Fidem veſtram, ſanctiſſimi Viri, an illud fuerit Novercæ. Poſſem ſtatim interrogare, quas habuerit fœmina cauſas ut rumorem fingeret; ſed mihi citius, & minus coacte redduntur de Cæco. Quis enim credat, potuiſſe hanc ſcelus maximum perficere, ferrum inde ad pulvinum Cæci referre, non ſemel agi, redire, diſcurrere, juxta parricidium rurſum membra componere, ſomnum alte concipere? DECLAMATIO. Facillimum eſt Cæci decipere ſecretum. Utere mulier homine, qui ſe commiſit oculis tuis. Utere verbis, quæ regis, manibus, quæ moves. Volo venenum ipſe proferat, ipſe porrigat; volo te rurſus in facinus hortetur; volo plura promittat. Parricidium Cæci deprehendi poteſt, dum tibi fatetur. Sed, inquit, inventus eſt tenens venenum. Exiguum argumentum Noverca [85] de magna facilitate feciſti. Non accuſas Cæcum, ſed oſtendis. Homo expoſitus ad omnem occaſionem, ad omne ludibrium, quem tactus, quem proxima quæque decipiunt, quid refert, quid in ſinu habeat ille quem deprehendere poſſis, qualem relinquas? A quo modo Noverca digreſſa eſt, cujus ordinavit veſtes, tetigit ſinus, membra compoſuit, venenum poteſt habere ſic ut neſciat: poteſt ſic ut [86] aliud putet. Si mehercule volueris, tenebit palam: ſi juſſeris, accipiet coram ſervulis, coram amicis, & ſi venenum non dices, hauriet, bibet. Nullo magis, judices, argumento poteſt innocentia cæcitatis intelligi, quam quod videtur juvenis deprehenſus. Si parricida eſt, & exquiritur, hanc ſaltem ſibi præſtabit diſſimulationem, ne teneat venenum. * Neminem, judices, credo mirari, quod juvenis interrogatus, cui paraſſet, verba non habuit. [87] Non fuit illud patris indignatio, [87] non fuit dolor, venenum juvenis expavit. Auferunt nobis vocem quæ fieri poſſe non credimus, & [88] ſilentium eſt admiratio ſubita miſerorum. Neſcit tacere deprehenſorum ſcelerum trepidatio, & ſtatim reſpondet illa cum ſuo ſibi ſcelere parata defenſio. Tacere

85 De magna facilitate quam habuiſti ad collocandum venenum in ſinu Cæci. 86 Ut aliud putet quam venenum.

* Nonum argum. ſeu defenſio Cæci, & reſponſ. ad objectionem, quod deprehenſus a Patre cum veneno, obmutuerit. Hoc autem fecit Cæcus confuſus & deterritus ab illo ipſo veneno.

87 Non jam tacuit propter indignationem Patris, aut propter dolorem. 88 Et ſtupor miſerorum tranſit in ſilentium.

Digitized by Google

DECLAMATIO. cere facilius est deceptis quam deprehensis. Quid per fidem facere vultis juvenem, quem de parricidio consulit pater ille servatus? Miror hercule non dixisse, Volui, sum veneficus, sum parricida: & [89] invidiam putarem, si confessus esset. Bene quidem, quod nescit juvenis quemadmodum parricidium neget, neque habet illa deprehensorum multa verba. Venenum [90], quod tenet Cæcus, ipsius est, si illud excuset. * Sed, inquit, exhæredatus est a Patre. Poteram, judices, secretum hoc senis, profundumque vocare consilium: contra juvenem tamen esse non debet, etiam ut de parricidio crediderit Novercæ. Notum hoc, judices, ac vulgare facinus est, quod plerumque contra *liberos* amantur uxores, & sequentium matrimoniorum, non aliunde, quam de damno [91] pietatis affectus est. Genus infirmissimæ servitutis est senex maritus, & uxoriæ charitatis ardorem flagrantius [92] frigidis concipimus affectibus. Quid, quod necesse est impatientius amet maritus uxorem, [92] qui sibi videtur filium jam perdidisse? Facillimum est de Cæco parricidium credere, cum hucusque erraveris, ut inquireres. Volo scire, judices, quid fecerit homo senex qui parricidam filium sciat. Non [93] culeum parat, non illud porrigit venenum, non saltem abdicatione dimittit: testamentum tantummodo mutat, & parricida sola paupertate punitur. Rogo, quis [94] præcipitat? [94] urget? adeone non potest fieri idem postero die? gravius hoc faciet pater, si non re? Tot tantisque diversitatibus breve tempus sane non sufficit. At quantum distulit excitata rumore familia ad Senis limen accurrere? Nihil utique; neque Cæcus ipse negare potest, qui primus sensit, & properantibus servulis ita suo in limine conspectus est, ut reverti de strepitu videretur. Hæc vero tam subito soporem induit, compescuit anhelitus, ad innocentiæ quietem oculos, vultum, animumque composuit? Videte suspicionum dispares causas. Non potest diu vigilantis opus imputari dormienti. Cæci igitur rumor fuit, Cæci utique revertentis a parricidio, sive ipsum nefarii facinoris conscientia, ac trepidatione perculsus, sive quacunque alia ediderit causa; non enim exigenda est facti ratio cujuslibet a Parricida. Volo enim mihi dicat, quid agit intempesta nocte Cæcus in limine. Excitatum strepitu se mentitur. Videte an credi possit, non dicam quod Cæcus videntibus celerior exiliat, festinet, sed neque quod aut strepitum sentiat, aut illud credat, ad quod ipsa debeat tenebrarum infirmitas excitari, procurrere. Quis namque rumor, quantusque fuit? Utique discurrentis. Non habet hoc novitatis tantumdem, quantum hæc immodica sollicitudo cæcitatis; neque tanti debet esse rumor apud sepositum. Cur non credit festinare servulos, novercam, aliud agentes, Patrem ipsum discurrere? Iterum quæro, sicciine in illa strepitus ancipiti confusione procurrit, quando nulla potest ministeria conferre? Nescit cujus sit ille discursus, quæ causa rumorem ediderit, & qua-

ANTILOGIA.

præ-

89 Et si, licet innocens, confessus esset Parricidium, putarem ipsum illud feciſſe propter indignationem, & propter invidiam, seu odium in fraudem contra se commissam. 90 Si Cæcus excusat venenum, fatetur se jam illum parasse.

* Confutat argum. Novercæ quæ dicebat Pater exhæredavit Filium, ergo apparet verum esse venenum illud a Juvene esse paratum. Contra tamen primo, quia Patres aliquando multa faciunt in gratiam uxorum, quas, si senes præcipue sint, magis amant quam Filios, si eos deprehenderet nocentes. 2. jam liquet Patrem non judicare toto animo Cæcum parricidam, cum illum leviter multaverit solum exhæredando.

91 In Filios. 92 Seu quia senilibus, seu quia frivolis. 93 Seu in cæcitate, seu propter castigationem in parricidium. 93 Parricidæ enim Culeo insuebantur. 94 Ut tam cito mutet testamentum.

Digitized by Google

ANTILOGIA. & quasi ad maximum calamitatis nuncium emergit, advolat, tamquam interrogaturus de Patre occiso? Tantumne afferre posse se putat, quantum tota familia non valeat? Quid agis, cæcitas inconsulta? Ad quas audes increpationes exire, quæ subire fortasse pericula? Nescis quam otiosa sint, quam despecta, quam nulla officia calamitatum? Volo potius, ut ad quemcumque strepitum cæcus expaveat, ut se interiori secreto protegat; ut dubia non petat rerum discrimina, & non suis casibus se non immiscat. Nunquam, Judices, nunquam credi illi potest, qui nimium sollicitudines imitatur; & suspectus est semper quisquis supra conditionis suæ vires explicuit affectus. Nequeo non iterum, semperque mirari, quod tam cito prosiliat ad limen. Erit nempe cæcitas minus tarda videntibus, & semper clausi tenebris oculi leviorem patientur somnum? Festinat statim a strepitu excitata familia; tu jam vigilas, tu jam ades, tamquam singulos excitaveris, tamquam expectes? Quam fortiter se se explicuit infirmitas, & miseris semper dulcius cubile deseruit, & parricidium quodammodo sensit, antequam nunciaretur! Deprehensa es, perditissima cæcitas. Non fuit tanti stuporis simulatio, nisi ante strepitum excitati. Volo nunc, Judices, defendat Juvenis gladium, qui sub ipsius pulvino cruentatus inventus est. Quomodo tam apertam sceleris confessionem repellere possit inimicus homo, non video. Nam, si illud quoque Novercæ artibus objiciat, impudentissimum genus est defensionis, quod solum coacta factorum præstiterit uxori? Quid, quod hoc ipsum tam placide, tam quiete facit, quasi captet imponere? Quid dicitis miserorum parentum affectus? Exhæredaturus pater filium, non advocat propinquos, non contrahit amicos, nullis lachrymis tabulæ, nulla vociferatione complentur. Nescis senex, quanta tibi opus sit ratione tabularum: exhæredas miserabilem parricidam. 95 Non est, judices, quod putetis, ideo nullum adjectum ad exhæredationem juvenis elogium, quia de scelere constaret. Nemo unquam ideo non objecit filio parricidium, quia crederetur. Per fidem, judices, duorum, inter quos de scelere quæritur, æstimemus mutato testamento 96 proximam noctem. Juvenis seu innocens, seu parricida est, adhuc in suo silentio stupet: nec facile dixerim unde major trepidatio, si 97 alienum tenuit, an suum venenum. Noverca rem inter manus habet anxia, trepida. Nihil est difficilius, quam differre gaudia 98, quod scias te non mereri: & filio se esse prælatam non est longa persuasio. Expectat nunc ut juvenis 99 agat causam postero die, ut [1] credulum senem propinqui, ut civitas universa castiget, & se noverca [2] sensit unius tantum noctis hæredem. Non creditur testamento hominis, qui eadem nocte, qua filium exhæredavit, occiditur. * Tractemus nunc, judices, ipsius sceleris [3] comparationem. Cæcus ignorat, ubi jaceat senex, an jam quiescat. Et quam difficile est, ut credat illum, qui modo de parricidio suspicatus est, dormire patrem? Tu sentis quando se-

DECLAMATIO.

nem

95 Ne putetis Patrem, dum exhæredat Filium, semper ipsum non laudasse quod jam reum crederet. 96 Qua occisus est Senex. 97 Quod ab aliis, hoc est a Noverca sibi impositum fuerat. 98 Cujusmodi erat gaudium hoc Novercæ de hæreditate in se ventura. 99 Et se exuat suspicione parricidii.

1 Novercæ accusanti Cæcum. 2 Sensit Noverca hæreditatem suam dependere ab una nocte, qua si confecisset Senem, jam erat hæres; si non poterat ipsa exhæredari, & denuo filius fieri hæres, qui die postera innocens inventus esset.

* Comparando Novercam & Cæcum, in facilitate interimendi Senem, ingerit culpam omnem de Sene occiso in Novercam. Decimum argum. 3 Inter Cæcum, & Novercam.

Digitized by Google

DECLAMATIO. nem vicerit lassitudo curarum. Cæco quis renuntiat, quod diei-noctisve secretum? 4 Scis pariter an una quiescientium fores vallaverit cura servorum. Tu facere potes occasionem uxor & domina. Cæco fortassis ad aliud 5 limen errandum est. Tibi hoc solum restat ut ferias. Cæcus necesse est 6 quietem patris ipsa corporum 7 electione confundat. 8 Tu jugulum, tu potes pertractare pectus, dum amplecteris. Nobis iterum casus redit, 9 rursus incerta tentanda sunt. Tibi restat, ut statim membra componas, ut quiescas. Non sufficiunt facinus facturo solæ cogitationes, & vix tam multa pariter sciretis oculi. Per fidem, judices, ab utro credibilius est occisum senem? a noverca quæ prospexit, ut alius possit esse suspectus: an a juvene, cujus invidia periturus erat, etiam ut illum alius occidat? Intuemini per fidem, judices, 10 procedentem parricidam. Quos non ista vestigia frangant, rumpantque somnos? Vestigia plura semper errantium, quæ non valent suspensis, prætentatisque gressibus librare corpus, & quia diu incerta sunt nutantia, necesse est gravius premant solum, cui crediderint. Quanto ex hoc 11 turbæ plus accipiat necesse est illa nocturni silentii quies, quod ambulantis cæci nec manus 12 cessant, præmittuntur, explorant, & adesse se nunciant? 13 Illa per quæ complexus veniunt, non sunt in potestate Cæci, quibus toto se fateatur strepitu. Quicquid occurrit, nequaquam potest evitare cæcitas nisi 14 offensa. Ut ambulare, ut ingredi nocte possimus, 15 dies facit. Quam multa deinde supersunt, postquam ad patrem perven-

rum interpretatione peragitur. Ferrum vidimus de Patris cæde relatum, illud jam notum, illud tuum; neque patens, sed intra latebras, lectulique sinus repositum. Tu modo imputabis fœminæ facinus ministerio peractum, quod tuum est, quod custodis, quod negare velles? Quomodo vero mulier gladium, aut capere possit, aut referre? Quantum custodierit ferrum necesse est cum veneno deprehensus! Quam parum autem, quam nihil apud cæcum Noverca audeat oportet, quam odisse cœpit accusatus! Non video quibus artibus potuerit accedere, qua simulatione tentare, perquirere. Nemo putet obvium cuilibet gladium ejus, qui venena clausit in sinu. Dono vero, quod feliciter Noverca rapiat; illud difficilius, illud impossibile est ut reportet. Per eadem incerta referendus est ensis; per noctem vero plus suspicionis est, plus periculi. Et quantum necesse est agat trepidationis, anhelitus, quæ de parricidio revertitur? Tuum nunc est deprehendere Novercam, Juvenis, cujus tam facile franguntur somni, ad cujus aures rumor primo pervenit. Vincitur enim mulier si Cæcus interrogat, si proclamat, etiam si non habeat gladii suspicionem. Aliquis diceret, incredibile est intra Privigni cubiculum referri posse gladium; ego vero sine fide esse prædico, ut sub pulvino reponatur. Facinus hoc est, in quo decipi non potest Cæcus. In illa est potissimum parte fraus peragenda, quam tota occupat dormientis anima, ubi cum ipsa debet mulier juvenis cervice luctari. Nolo, Judices, ut si credatis potuisse fœminam scelus admittere, sic furentem ipsam putetis, ut voluerit ultro deprehendi. Solum-

ANTILOGIA.

4 Noverca. 5 Ad Cubiculum Patris. 6 Somnum. 7 Dum tangit corpus Patris ipsum ut sic fiat certior per tactum, per palpationem, ipsum esse Patrem. 8 Quia minime suspecta.
9 Dubietas. 10 Ambulantem per gentem ad cubiculum Patris. 11 Ex hoc strepitu, sed quanto plus strepitus ex hoc, &c. 12 A motu, & ideo a strepitu. 13 Illaque manibus amplectitur dum exploraturus palpat. 14 Quæ in ipsum insciа impegerit. 15 Quo tempore videmus omnia, quorum ordine, & positione in mente retenta nocte facile evitare possumus.

Digitized by Google

ANTILOGIA. hæne erat pulvinus, qui bene argumenta redderet parricidii, neque ubicunque cubiculi repositus accusaret Cæcum gladius curentatus? Non potuit, sanctissimi Viri, non potuit ferrum sub pulvino recondere, nisi qui non tentabat in alieno, nisi qui ejusdem argumento timuit deprehendi. Hoc loco, Judices, quantum Cæco vigilanti de parricidio suspicionis accedere, tantum dormienti fœminæ de innocentia patrocinii comparari contenderim. Incredibile est, ut se componat ad quietem quisquis facinoris conscientia torquetur, & parricidii testes oculos imbuat secura tranquillitas. Quis nescit noxiæ mentis æstus, illasque, revocante licet anima, trepidationes, & erumpentes, ipso invito qui agit, anhelitus? Subit illico nocentem formido ac tremor, versatur ante oculos semper ipsa sceleris facies, secretoque verbere quatit, exagitat. Quantumlibet audacter secureque facinus admiserit, timet tamen parricida deprehendi, cogitat difficultates omnes, dolet, trepidat, horret, per omnes tandem discurrit affectus. An ita possit somno locus esse, vos existimabitis. Parcam, Judices, verbis. Docuit, an dormire possit parricida, Cæcus in limine. Neque, puto, defendenda mulieri est sua illa quies. Sibi juvenis imputet, qui tam caute Patrem occiderit. Unde enim innocentissimæ Fœminæ frangatur somnus? An abeuntis animæ conatu, luctamine? At hæc, Dii Deæque, quam nulla sunt ubi uno ictu mors tota peragitur! Quam citissimus de vita transitus dormientis esse debet, cujus ipsa uno impetu vitalia feriuntur, cum nihil somno propius accedat ad mortem! Reluctata jam quantumlibet fuerit anima, ege-

ventum est? Exploretur necesse est pariter jacentium prima diversitas, vultus, ora tractentur, detrahantur [16] velamenta corporibus, queratur vulneri [17] locus. [18] Ita ex duobus neutrum excitat? Gravior semper dexteræ tractatus errantis. Paulatim deinde admovendus est pectori mucro, & ne qua confundatur ignorantia nimium liber ictus, præcedat oportet gladium manus. Unde tantum virium Cæco, ut in uno statim ictu mors tota peragatur? Incertum vulnus sit necesse est, cujus impetum non regitis oculi, nec possis custodire destinatum ferro locum, dum ad colligendum vulneris pondus, dextera [19] redire permittitur: Utrum deinde juvenis post vulnus unum continuo fugit? Et quemadmodum scit, an facinus expleverit? an potius expectat, ut de parricidio cadaveri credatur? Ecce iterum per eadem incerta redeundum est, omnia rursus periculose venienti tentanda. Fidem vestram, judices, ut nobis prosit [20] argumentum [20] criminis nostri, Cæcus si nec venire, nec reverti sine strepitu potest: neque sic [21] occidere potuit [21] ut deciperet Novercam. Te, te hoc loco, mulier, interrogo, quæ tam gravis quies, ut te mors tam vicina non excitet? Parvulis noctium turbamur offensis. Excitant nos exigui plerumque motus, vox incerta, longinqua, & aliquando ipsum silentium. Illorum sane juxta te suprema non sentias, quos senectus, languoresque dissolvunt? Hominis, qui ferro occiditur, tumultuatur exitus, & similis est repugnanti. Quid quod necesse est, nulla mors inquietior sit, quam quæ statim tota est? Nam quod dormiens occisus est, non est, quod sic æsti-

DECLAMATIO.

me-

16 Tegmina, culcitræ. 17 Locus aptus in parte vitali. 18 Tantæ rei faciendæ, tanti motus, tanti strepitus. 19 Et exigi ut propter majorem distantiam a corpore gravius feriat, seu redire ad vulnus. 20 Liceat nobis nos defendere eodem crimine, cujus accusamur. 21 Cum enim fecerit necessario strepitum, debuit quoque necessario excitare Novercam.

Digitized by Google

DECLAMATIO. metis, tamquam per illam quietem transierit in mortem: sit aliquid necesse est inter soporem, mortemque medium, nec potest jungi tanta diversitas, cum sit somnus ipse pars vitæ. Non multum interest, quietem nostram ratio vitæ rumpat, an mortis. Hominem qui dormiens occiditur, ipsa mors excitat. [22] Sane non habuerit supremam vocem, habet utique palpitationes, habet motus, & quicquid totus lectulus sciat. Et quando mulier seni tuo blandius implicita jacuisti? Siccine dormis, quæ modo turbasti totam domum, cujus privignus [23] parricida, [23] miser est maritus? Ecce [24] vitalibus *ruptis* in amplexus tuos effunditur *cruor*, & fugiens per vulnus *anima* agit ante se anhelitus, agit crebra suspiria. En iterum largus ille sanguis circa tuos duratur artus, stringeris deficientium rigore membrorum: non moveris, non expaveſcis, sed dormis per tot [25] diversitates? Non relinquitur, [26] quid aliud simulare possit mulier, cui necesse est juxta eum inveniri quem occidit. * Non est, judices, quod incredibile putetis, ut quis perferat dormientis simulationem: nihil est quod facilius humana calliditas possit imitari. Sic quidam cadaverum expressere pallorem, & contra verbera, & experimenta telorum, mortium pertulere patientiam. Quanto facilius est simulare rem, cujus imitationi sufficit clausisse lumina, laxasse membra, dedisse suspiriis modum, & anhelitus [27] negligenter egisse? [28] Inter dormientem, simulantemque non est

egerit crebros anhelitus, & nunciis mortis anxia suspiria, strinxerit etiam prope jacentem, vigilantis vix esse credam ista hominis suprema putare. Dormienti vero quam facile imponi potest, ut prope jacentis quicumque sint motus in requiem agitatos artus existimet, & membra diducta! Nunquam sane minus suspicabitur Parricidium. Immo quanto plus ipso sanguine fovetur somnus? Quantulum hinc distat lectuli ipsius, & juxta se dormientium tepor, immo quam pene unus & idem est? Sed nemo tandem miretur, quod Noverca dormierit, & mariti fata non senserit. Cæcus ipse, qui se tamen noctis illius strepitu tam cito excitatum suadere tentat, quanta non sensit? Nimirum, & in ejusdem sinu venenum Noverca condidit, & ferrum rapuit, & retulit, & sub ipso pulvino reposuit, illo semper insscio, illo non excitato. Relinquo vobis existimandum, quinam citius debuerit excitari; an in quo ipso toties scelera tentata sunt, an juxta quem unico ictu dormiens occisus est. Non est incredibile, inquit, ut quis perferat dormientis simulationem. Facile ista, Judices, objiciuntur, & tam obvia sunt, quam quisque voluerit effingere. Ac si propius accedamus ad factum, rerumque ipsarum naturam, quæ violenta quadam interpretatione dicuntur, nihil difficilius esse judico, quam ita somnum mentiri, ut deprehendi a sollicita familia non possis. Videte quam incredibilia finguntur. Dicitur mulier senem occidisse, retulisse inde gladium ad Cæci pulvinum, mox

ANTILOGIA.

22 Esto non habuerit supremam vocem, tamen habet &c. 23 In tantis rebus in quibus deprehensus est parricida Filius, deprehensus est Pater miser, cui imminebat Parricidium, tanta quiete, tanto sopore, ac profunde dormis? 24 Venis, Arteriis. 25 Quantæ sunt diversitates Hominis mortui, & ulterius ferro necati, ab homine dormiente, & vivo. 26 Nisi somnus.

* Confutat Argumentum Novercæ, quod scilicet inventa sit dormiens, ostendens nihil esse facilius, quam hujusmodi res imitari.

27 Sine ordine, incomposite, ne videantur affectati, sed naturales. 28 Inter dormientem, & simulantem se dormire nihil interest, nisi quod ille conscientiam non habet sceleris, hic vero habet.

Digitized by Google

ANTILOGIA. mox ſtatim a ſtrepitu, ut ſic erat cædis & ſcelerum plena, ſic ſe juxta cadaver compoſuiſſe, ut parricidam quærentibus potuerit ſe ſe non prodere. Mementote, anxia intrat, trepidansque familia, & ad illud cædis horrendæ ſpectaculum percuſſorem credere poteſt quemcunque videt, & de ipſa jam incipit dubitare Noverca. Illa vero nullum agit anhelitum, nullo ſcelus manifeſtat indicio, nec aliter excitatur, quam quicunque non conſcius? Callidum ſane, & inenarrabile artificium, ſi toti potuit imponere familiæ, cujus etiam pars erat Privignus inimicus. Diu tamen hæc nobis defendenda non ſunt. Quantum quisque poſſit ſcelerum argumenta mentiri, inde colligite, quod Cæcus ipſe tentati ſolum veneni accuſatus non habuit quo ſe protegeret, ut non paraſſe credi poſſet. Exploretur modo neceſſe eſt, quas uterque cauſas habuerit ad parricidium. Neque jam ad prima illa nefariæ cæcitatis conſilia redeundum arbitror, ut interrogemus quid habuerit cauſæ, ut pararet venenum; quis enim de Juvenis invidia dubitet propter ſuperinductam ſibi a Patre Novercam? Unum igitur advocabo nunc teſtamentum, quo Cæcum cum veneno deprehenſum Senex bonorum omnium privatione punivit. Nemo autem putet leve quoddam paternæ vindictæ genus illatum Cæco; nullum puto ſævius pati poterat exhæredatione ſupplicium. Patet ipſa cæcitas ſuperbis fere ſemper affectibus; patet eſt niſi conſcientia. Nam quod ad tot veſtigia, tot manus, tot proclamationes in eodem tenore duravit, nolite mirari, facilius excites dormientem. Et hæc eſt omnium natura rerum, ne quid diutius perferas, quam quod imitaris. Simulare ſomnum habet & hanc facilitatem, quod videtur ſimilis excitato qui deprehenſus eſt. Quid hoc eſſe vis, mulier, quod te non excitat res, qua domus tota turbatur? Illam ſervilis negligentiæ quietem, illos ſine curis, ſine affectibus ſomnos, illos, qui non ſtatim [29] primo timore [30] proſiliunt, fragor noctis agitavit. Quantus deinde fremitus diſcurrentium tota domo? [31] prima ſunt evigilantium præſidia clamores, [31] nec poteſt quieta res eſſe noctis auxilium. Minore ſtrepitu commota es, cum [32] excitareris. Ecce cubiculi veſtri fores trepidæ feſtinationis effringuntur impulſu: en lumen ſuper lectulum ingerunt multæ manus, & ad proſtratorum corporum ſimilitudinem cubiculum gemitu, vociferatione completur. Tu jaces, & in cadaveris ſimilitudinem uſque reſoluta es. Hoc tu quietem putas eſſe? [33] Patientia eſt. * Veſtræ, Judices, exiſtimandum relinquo prudentiæ, ſtrepitum, quem in cubiculo ſenis fuiſſe confeſſi ſunt, qui illo potiſſimum concurrerunt, utrum putetis factum colluctatione [34] morientis, an a peracta cæde [35] referentis gladium mulieris fuiſſe diſcurſum. An hoc quoque inter artes Novercæ, ut omnibus ſceleris ſui partibus

DECLAMATIO.

29 Primo timore pro ſtrepitu audito. 30 Rumpuntur, utpote hominum profunde dormientium, propter immunitatem ab omnibus curis. 31 Cum primum præſidium vigilantium ſit vocem extollere, inde eſt, quod auxilium quod ab aliquo affertur tempore noctis, non poteſt eſſe res quieta.

32 Ab illo ſomno tuo ſimulato cum intraſſet Familia. 33 Qua pateris tam diu ſomnum illud ſimulatum.

* Undecimum argum. pro Cæco, quia a Cæco non potuit fieri ſtrepitus ille, quo excitata eſt Familia, nam vix audito ſtrepitu accurrentes Famuli invenerunt Cæcum in limine, & ipſum excitatum, debuiſſent autem illum deprehendere antequam retuliſſet ferrum, & occultaſſet. Sed dices, jam occultavit gladium. Contra, quanto melius in hoc caſu potuiſſet Cæcus ſimulare quietem, quod fecit Noverca, & tamen non ſimulavit, ergo &c.

34 Patris interfecti a Noverca. 35 Ad cubiculum Cæci, ut illud conderet cruentatum ſub pulvino.

Digitized by Google

DECLAMATIO. bus ſenſim quieteque diſpoſitis, ipſa ad excitandam familiam fecerit ſtrepitum, cui hoc ſolum ſupererat, ut [36] ſic inveniretur? Fragor, quo familia excitata eſt, ſi redeuntis Cæci fuit, deprehenſus juvenis eſſet ante quam gladium referret. Ut ſciatis, Judices, neminem fuiſſe in domo, quem non fragor ille confuderit: Cæcus quoque inventus in limine eſt, ſicut ſolet ultro citroque commeare. [37] Juvenis, ſi inter ſuum patriſque cubiculum facile diſcurrit, quid adhuc in limine facit? [38] Evaſit, effugit, gladium jam repoſuit. [39] Et quanto facilius eſt Cæco ſimulare ſomnos, vultum quietis imitari? Quod, per fidem, majus ſubitæ *confuſionis* argumentum eſt, quam quod *Cæcus* exilivit, & ſtetit? Gravius neceſſe eſt expaveſcant, quibus de ſolicitudine ſua non renuntiant oculi: & quorum concluſus animus non exit in viſus, non habet unde timori ſuo par ſit. [40] Deprehenſus eſt juvenis, ubi illum deſtituerat impetus timoris. Poteſt negligere cæcitas in cubiculo ſuo ducem, in quo dies omnes, cunctasque noctes agit iter, quod jam multis offenſis, multis edidicit erroribus. [41] Extra limen cæcitas eſt, inde error, inde tenebræ. Nihil eſt innocentius Cæco, qui nec in ſcelere deprehenſus eſt, nec in [42] diſſimulatione. Proclamat hoc loco juvenis. Ut primum, inquit, mi Pater, fragor domus, & velut tui confudere gemitus, [43] iterum tamquam te rapturus exitam, & lamentabiles deinceps annos, quidquid tandem pararet ipſe Novercæ. Diſſimulare quandoque mœrorem poſſis, quem brevi ſcias duraturum; quoties de calamitatis fine deſperes. Cæco exhæredato reſtare adhuc poterant

ANTILOGIA. patet frequentius avaris. Quis non novit miſeriarum aviditates, & ſpes inanes, & in deſperationem ac veſaniam uſque vota labantia? Crevere in immodicum ſtudia mœrentium; nullusque fere vehementius optavit, quam cui potuere minus parta proficere. Vel quod calamitatis pudore imitari felices velint, vel quod nimium alorum poſſeſſione frangantur. Quærunt quæ ſibi congerant, quæ aliis etiam eripiant, & non modicum ſibi comparant de invidia ſolatium. Nec minus eſt quod vere magnum illum perpetuæ noctis mœrorem auferunt quæcunque hominis cupiditatibus adſunt; & tenebrarum ipſa calamitas rerum ſocietate miteſcit. Miſere, cui non iraſcitur Pater, quem hæreditatis jura tuentur, reverentia ſaltem accedit; neque ſe infelicem magis cæcitas ſentit, quam cum etiam de paupertate deſpicitur. Blanditur ſibi, tamquam oculos non amiſerit, quem videntium bona circumfluunt; nullum eſt triſtius fatum filio paupere cæco. Accedit, Judices, hæres inſtituta Noverca, nomen illud invidiæ, criminationis, cujus non invenit comparationem ulla malignitas. Levius premunt quando perferenda ſunt ſola calamitatis adverſa, nec defuere ſolatia miſeris, quibus ſaltem contigit in paupertate ſecuritas. Minimum nunc videtur Juveni ipſum quod Cæcus, quod pauper eſt. Timet nimis avida interpretatione ſervulorum contumelias, inſultus, Novercæ calumnias. Fingit ſibi triſtiſſimam vitæ & durioris genus quoddam ſervitii, &

36 Dormiens in lecto apud Senem occiſum. 37 Si Juvenis facile diſcurrit inter cubiculum ſuum, & Patris, quod dicitur feciſſe dum ivit ad occidendum Patrem, quid facit in limine, cur ſe non occultat, & ſi jam repoſuit ferrum, cur denuo exit? 38 Objectio. 39 Reſponſio. 40 Inventus eſt Cæcus in limine ubi minus timebat, cum enim calleat partem omnem cubiculi ſui, ideo negligit, etiam cautionem in ambulando. 41 Cum intra limen eandem habeat facilitatem ac ſi eſſet videns. 42 Sceleris. 43 Quemadmodum te jam prius rapueram ex incendio.

Digitized by Google

ANTILOGIA. rant amicorum caritates, propinquorum affectus; omnia se perdidisse putat, cui perferenda hæres Noverca est. Non queram, Judices, vero an Cæcum impulerit ad parricidium tam sollicita & criminosa præsumptio; illud omnibus constare scio, non esse modum infelicium affectibus. Si bene mores inspiciamus hominum, & quotidiana quidquid observatione deprehendimus, nesciunt miseri terminos adversorum; & duriori semper vexari se pœna arbitrantur, quos minus adjuvant officia virium, ministeria membrorum. Mutant calamitatibus ipsis nomina, & quod modicum, quod minus est, suprema semper desperatione concipiunt. Novercam igitur qualemcunque odisse videns privignus potest; Cæco servire quodammodo necesse est. Vos nunc interrogo, iniquissimæ suspiciones, quæ causæ miserrimam fœminarum impulerint, ut maritum occideret. Cogitavit domesticas opes invadere? Hæres instituta est testamento. Voluit in se unam universa familiæ jura transferre? Ubi non sunt, nisi senectus, & cæcitas, mulier jam tota familia est. Quidquamne vero de innocentissimæ mulieris moribus maligna nominis interpretatione fingetis? At quanta est nobis conscientia caritatis, & quam potior meritorum fides, si utriusque tractemus modo comparationem? Hæc est, Judices, quam infelicissimo seni non libido junxit, non impatientia conjugii, sed magnarum fama virtutum, & de Novercis raro speratum optimum nomen. Hæc est, quæ vacuos penatos non aviditate divitiarum invasit, nec tædio vitæ durioris lectulum, amplexusque quæsivit. Facinus est sanctissimæ mulieris interpretari conscientiam, quæ inter æquales fere se se immiscuit senectutis ac cæ-

exilivi. Tunc primum miser sensi facinus [44] cæcitatis: steti, donec mihi nuntiareris occisus, & in illa discurrentium trepidatione tenui miser otium [45] timoris. O si numen aliquod paulisper accommodasset oculos, primus in cubiculum intrassem patris, inveniissem fortassis adhuc aliqua verba morientis, loqui, & interrogare potuissem. Tarda, & trepida sunt officia servorum. Ego te deprehendissem, Noverca, vigilantem. * Sed, inquit, gladius Cæci cruentatus inventus est. Non est, Judices, cæcitatis audacia, de parricidio referre gladium: & homo, cujus paulo ante exquisitissunt sinus, non referret in cubiculum suum ferrum, quod non tegere posset, non abscondere, & tamen cruentatum sciat. Quis hanc, Judices, impudentiam ferat? Negat Cæco subripi potuisse gladium mulier, quæ se quiete defendit. Et quanto facilius est somnos decipere miserorum? Gravior est quies, quibus ex lassitudine calamitatum venit. Cæco vero facile est etiam vigilanti subripere gladium. Quemadmodum autem paratur argumentum? quædam facere non potest negligentia, & facilius est, ut cæcitatem oculi imitentur gladium cruentatum reponentes. Has tantum causas habet qui occidit alieno. † Sentio, Judices, jamdudum indignari miserri-

DECLAMATIO.

44 Eo quod quoniam Cæcus non potui tibi opitulari. 45 Otium quale tenent timentes; seu in illo otio in illa expectatione nihil habui præter summum timorem.

* Confutat argum. Novercæ quod inventus esset gladius Cæci sub ipsius pulvino cruentatus. Contra enim, quia non retulisset Cæcus gladium quem non potuisset occultare, sed alibi occultasset; nec dicat Noverca, se non potuisse illud Cæco surripere, nam si tanto capta est somno, ut non audierit strepitum, multo magis Cæco profundius dormienti potuit illa ferrum abstulisse.

† Perfecta est confirmatio, a qua descendit ad Perorationem, in qua a summa pietate in parentes, dum illos extraxit ab igne, arguit innocentiam Cæci.

Digitized by Google

DECLAMATIO. ferrimum juvenem, quod argumentis, quod probatione defenditur. Reddenda sunt maximo virorum patrocinia tam piæ cæcitatis, & agenda reliqua pars causæ admiratione. Intueri mihi, Judices, videor expeditionis illius incredibilem, novamque faciem. Vadit rapto patre juvenis per ardentes, crescentesque flammas. Dicturum me putatis, ut evadat, ut fugiat? Properat miser, ut revertatur. Eh membra contactu [46] stringuntur ignium. Pater tamen toto cooperitur [47] amplexu, & [48] ardentibus tunc quoque pene luminibus, texerunt manus alterius [48] oculos. Hoc me nunc putatis stupere, mirari, quod huic juvenis oneri per medios ignium globos, & ruentia tecta suffecit? Illud est cui vix habere possit mortalitas fidem. Visus est sibi fecisse rem facilem. Quanta, dii deæque, pietatis audacia est, ire rursus in flammas, illo ubi patrem pene perdideris? Jam non erat illud penetrale, jam non erat domus, ubique tamen juveni videbatur ardere mater. Jam miser undique flagrantibus membris, cum discurrentem clausisset ignis (quod solum supererat virium genus) matrem quærebat oculis. Non fuit illud primum ignium perire lumina candentia, non protexerunt flagrantem sua membra faciem, & oculi quærentibus matrem manibus arserunt. Rursus infelix totum tactu perlustrat incendium, & unde maximus est collabentium cul-

ANTILOGIA. mi- cæcitatis angustias, quas eadem patientia tueretur, quibus pariter inserviret. Hæc conjugi, privigno, non dissociata caritate ministrat; hæc una regit ac fovet ætatis morbique defectus; utrique pater & filius, utrique mater est. Nemo ex tota domo hilarius impatientissimas excipit infirmitates, nemo miserarum adjuvat ministeria; nemo plus probavit, optare se vitam senis, innocentiam cæcitatis. Quanta, proclamo, testor conscia Numina, ad parricidium mutanda sunt? Afferte jam, si libet, afferte rabida maligni livoris verba; traducite fœminam, accusate Novercam; ipsa tamen & uxor, & mater est. Nefas nunc esse judico adolescentis jura conferri, cum mulieri nostræ non parum de ipso novercali nomine laudis accedat, quo contra nos ad invidiam utitur Cæcus. Expendite quinimmo utriusque etiam affectus; quantulus est quo amat filius, quantus quo uxor? Non habet comparationem iste corporis affinitatibus firmatus amor; nec altera conjugum dilectio est, quam qua universa rerum natura protenditur. Nulla tam mutuis, perpetuisque vicibus necessitudo coalescit, quam cui semper idem status est, semper æqua conditio. Possunt, Judices, sanctiora etiam pignora corporum separatione divelli; amicorum, & propinquorum diducit affectus varia fortuna. Oderunt si non faveas; amant si adstes, si diligas, & quandoque nimis quærentibus forti quadam, ac rara virtute succurras. Conjugium eadem semper est vitæ ratio, eadem semper in prosperis, adversisque fortuna; omnia præstat, ac reddit amoris experimenta quotidianum illud caritatis, fatorumque consortium; & si qua irarum intercedit asperitas, in majus quinimmo inde benevolentiæ studium accrescit. Quid plura? Habet aliquid supra mediocres affectus illa voluntatis æqualitas, illa corporum, animique socialis similitudo; & quæcunque sint benevolentiæ sanctioris exempla, unum sane præstat conjugium amorem

46 Arescunt, semiustulantur, ideoque restringuntur. 47 Filiis. 48 Et licet jam arderent oculi Filii, ipse tamen manibus Patris potius, quam suos protexit.

Digitized by Google

ANTILOGIA. morem neceſſitatis. Quis hiſce nunc comparet liberorum effectus? Quinam parentes ſatis amavit, aut tanto nomini juſta rependit? Quam cito perit ille blanditiarum artibus quæſitus amor, & creſcentes annos libidinum, luxuriæque furor abducit a patre! Vidimus (quam ſæpe!) exhauſtas in vitiorum delitias domos, & deſpectam ſemper fere parentum ſenectutem. Non mihi pietatem omnem de Cæco credere jubet Pater ex incendio domus ereptus. Quanta præſtamus diverſo non ſemel affectu; quanta quod voces illas hominum, & querelas, & incendio graviores fugiamus univerſæ civitatis interpretationes? Nemo credidiſſet, voluiſſe juvenem, ut patrem & matrem rapiat ex ignibus, oculos perdere, niſi perdidiſſet. Ut ſummatim tandem omnia proferam, filiorum, donec amare videantur, coacta quædam reverentia eſt; uxoris non eſt alter amor, quam caritatis. Abſoluta, Judices, cauſa, reliquæ partes eſſent deſperationis, & precum. Sed quid agat mulier infeliciſſima? Neque conſcientiæ ſuæ gravem ferre contumeliam poteſt, ut perturbationibus abſolvatur; neque, ſi velit, ad verba ſufficit. Totam collegit in ſollicitudines animam, & gemitus omnes, & doloris voces triſtiſſima trepidatione compreſſit. Quantum a Cæco ſibi timet infelix! Quantum ad dexteram illius horret, qui venena pariter tractare novit, & gladium. Veſtram, veſtram igitur orat, obteſtaturque, Judices, fidem; miſereamini ejus, quam odit, calumniatur Privignus iterum deprehenſus. Videte an parricidium debuerit admittere poſt teſtamentum, quæ pepereit olim hæredi. Ideo ſaltem proderat infeliciſſimæ fœminarum conjugis vita, ne ipſa privignum exhæredatum deinceps timeret.

minum fragor, illo debilitas tamquam 49 inventura revocatur. Solus omnium ſervatus eſt beneficio 50 cæcitatis. Protrahatur, Judices, ſi videtur, in medium reus, plurimum probationibus adjicere debent truces vultus, terribilis minaxque facies. Hic eſt, Judices, qui dicitur tota nocte diſcurriſſe. Hic ille 51 circumſpectus, hic ille 52 felix parricida. Receſſerunt cuncta debilitatis officia, & hominis, qui circum genua veſtra ducendus eſt, non eſt qui dirigat greſſus, non ſervuli ſuperſunt, non penates. Reſpondete per fidem, reſpondete mortales, utrum hic patrem occidit, an 53 perdidit? Quid agis, infeliciſſime juvenis? rogandum eſt, neque habes totas preces: perit ille veſter ambitus, veſtra miſeratio: ſed nefas eſt, ut reatus iſte ſentiat debilitatis adverſa. Nos agedum, juvenis, duc, imo noſtris humeris, noſtris manibus innitere, nos tibi preces, nos accommodamus oculos. Quid adverſaris, infelix? Quid repugnas? Scimus te non rogare pro vita, ſed 54 dura miſer, dura: ſaltem vive, dum vincas. Decet te hic quoque virtutum tuarum cumulus, decet ut digneris moriturus abſolvi.

DECLAMATIO.

M. FA-

49 Matrem. 50 Quia amiſſis oculis non ulterius ſe tulit in incendio ad inquirendam Matrem; ſeu accepta cæcitate pro nocte, quam ipſe tamdiu in igne & culminum ruina verſans appetere debebat. 51 Tanta cautione uſus, ut licet Cæcus, & licet in tanta rerum dubietate in illo ſcelere poſitus, tamen .... 52 .... felix fuit, & ipſi omnia proſpere evenerunt. 53 An miſeram fecit jacturam, 54 Patere, aliquantum perſiſte in vita donec abſolvaris.

IN

Digitized by Google



M. FABII QUINTILIANI DECLAMATIO TERTIA.

IN TERTIAM M. FABII QUINTILIANI DECLAMATIONEM ANTILOGIA.

MILES MARIANUS.

ARGUMENTUM.

Bello Cimbrico (a) *miles Marianus* (b) *Tribunum ſtuprum ſibi inferre conantem propinquum Marii occidit, reus eſt cædis apud Imperatorem.*

PRO MILITE CONTRA TRIBUNUM.

DECLAMATIO.

SAtis dedecoris, atque flagitii [1] caſtra ceperunt, cum hæc furenti Tribuno mens ſubjecta eſt, ut in medio belli Cimbrici ſtrepitu, ante ſigna (tuis honos ſit habitus ſanctiſſimis auribus) juberet proſtare [2] gladio cinctum, & vim turpiſſimam, ac nefariam tentaret inferre [3] (ne quid aliud dicam) [4] fortiori. Habet [5] æternam [5] labes [6] illa viam, & in exemplum, in quod facillime vitia

PRO TRIBUNO CONTRA MILITEM.

ANTILOGIA.

MAgnum, C. MARI, & perditiſſimæ profecto licentiæ crimen tuis armis hodie tentatum eſt; idque dedecoris Romano nomini, & ſacratiſſimis caſtris illatum, quod neque hactenus ab inſtituta Urbe comperimus, neque deinceps, puto, nepotibus noſtris, poſterisque continget. Occidit Tribunum Miles, & Romanus Miles Tribunum nepotem tuum, ut quod ex tuæ terrore

(a) Trebonius Miles ipſius Luſii. Plut. in Mario. (b) C. Luſium Nepotem C. Marii.

1 Viderunt, hauſerunt. 2 Militem, armatum hominem pudicitiam ſuam venalem facere.

3 Ne addam Epitheton magis impudicum & obſcœnum illi vi. 4 Militi fortiori, ſeu quia ipſum interemerat, ſeu quia fortior fuerat quam ipſe Tribunus adverſus libidinem. 5 Ultima culparum, & flagitiorum, quæ admitti poſſit in Virum, cujusmodi eſt ſtuprum. 6 Viam qua feratur in æternitatem, ſeu in exemplum quod infra dicitur. Alii legunt *Habet æternam labes illa memoriam*, &c. quod clarius eſt.

Digitized by Google

ANTILOGIA. re virtutis, barbaris usque adhuc fortasse non licuit, illud nos ipsi maximo, & incomparabili flagitio tandem auderemus. Corrupta est tantæ disciplina militiæ, signorumque eversa religio; & dum ingruentium undique Cimbrorum furor Romanas acies exagitat, dum vix tanto hosti sufficimus, Legionibus Tribunus eripitur. Æterna paretur necesse est tanto facinori recordatio, tuæque de inimicis gentibus victoriæ futuris nunquam temporibus prædicentur, nisi & Militem pariter, qui Tribunum tuum occiderit, memoria ferat. Nobis vero imputatur, C. Mari, facinus, cujus una de ipsa violenti percussoris renunciatione persuasio, ea nempe in causa, in qua nefarius idem percussor testis, & actor est. Objiciuntur blanditiæ, stupri conatus. Dii, Deæque! Quænam est virtus in gregario tam grandis, quæ se parricidio defendit? quis pudor, quæ castitas, cujus tam severæ sunt suspiciones, tam violenta, tam sollicita interpretatio? Et nos quidem ultro etiam, si libet, nefas fatemur, accusamus irruentis libidinem; ab Imperatore tamen nostro Tribuni vitam etiam corruptoris exigimus. Quod si Majoribus nostris tanto semper in honore fuit Romanus Civis, ut donari corona voluerint, & memoriam ejus immortalitati consecrari, qui Romanum Civem servasset, cujus erit per Deos immortales supplicii reus, qui non Civi modo, sed & Tribuno, & Nepoti tuo, in hoc Reipublicæ discrimine, in hisce asperrimi belli hujus angustiis vim necis intulerit? Neque ve-

tia [7] proficiunt, [8] nova culpa perpotuit. [9] Et licet impunita sit reo virtus sua, tamen in hoc ruentis in deteriora sæculi cursu, affirmo, plures erunt, qui [10] Tribunum imitentur, quam qui [11] militem. Et si nihil minus convenire videtur partibus advocati, summe Imperator, quam reo capite periclitanti subsidium miserationis auferre, memor tamen pro quo, & apud quem loquar, audacter, atque ut spero, tuto profiteor, militem tuum, quicquid afferat casus hodie, sub ipso fortunæ minantis ictu stare securum. Aut enim absolves tanquam innocentem, aut punies tanquam [12] virum. Fas est vita periclitari, qui natum se meminit lege perendi. Neque in militiam gravissimo, asperrimoque bello ita venit, ut nesciret sibi mortem in procinctu habendam: neque est tam imbellis, ut non forti pectore adversa, dum non inhonesta, toleret. Affirmo tibi, C. Mari, non sic nuper [13] repugnasset, si illum Tribunus voluisset occidere. Neque ignoravit quæ manerent eum pericula, cum obscœnos furiosi corruptoris amplexus gladio divelleret. Nec habeo sane quid in milite præsertim tuo laudem, si pudicus est tantum, quia expedit: nec si sit vitæ cupidissimus, pœnitere eum facti sui potest. De [14] interfectore corruptoris fortasse dubites: illud utrique scio, de impudico milite non [15] deliberasses. Hunc vero, C. Mari (defendatur enim tam fortiter miles tuus, [16] quam vindicatus est) nec si damnavens, pœnitebit. Si fors ita tulerit, ibit ad pœnam pleno gradu, tam paratus.

DECLAMATIO.

7 Quo vitia magis movent, in quo magis valent, pollent &c. Animos enim nostros vitio deditos ac pravos, vitia magis quam virtutes movent. 8 Nova ante hoc tempus inaudita in castris, seu recens. 9 Sensus est quod licet reus absolvatur, ideoque magis movendi esset homines ad perimendos vim sibi inferentes, cum ab hac reitate mortis absolvantur, tamen &c. 10 In impudicitia. 11 In Castitate, & Fortitudine. 12 Hoc est tamquam eum qui fortem animum præseferens Virum esse vere fassus est. 13 Voluntati, jussui Tribuni. 14 De animo interfectoris. 15 Non deliberasses de supplicio capitis Militis impudici, si viveret. 16 Quam strenue vindicavit ipse injuriam sibi illatam a furenti Tribuno ipsius internecione.

Digitized by Google

DECLAMATIO. ratus mori pro pudicitia, quam [17] occidere: laudemque perpetuam fortissimi pudoris secum feret. Omnis licet delatorum vis ingruat, nunquam tamen effici poterit, ut miles tuus magis doleat, quod [18] accusatus, quam quod appellatus est. Sed neque hoc Roma parens, nec signa militaria, Aquilæque victrices, nec tua, summe Imperator, divina virtus sinat, ut tua quoque sententia quisquam vir & Romanus, & miles nimium pudicus sit, apud quem ante † principia agendum est. [19] Ecce cum maxime hoc agitur, ut inter Romanarum legionum manipulos scorta deligere, & ad stuprum trahere sacramento rogatos posthac liceat ex decreto tuo: nec pudet accusatorem apud C. Marium (quod exemplum divinitus nobis datum videtur, quid in homine virtus possit) assidentibus Legatis, Præfectisque, & istis, illi [20] prodigio dissimillimis, Tribunis, toto armatorum judicio objicere militi, quod vir sit, [21] tantumque durum ac rusticum, sed parum meretriciis artibus queritur educatum. At ego, si qua est fides, pudicitiam in milite etiam laudare erubesco. Fœminarum est ista virtus. Aliter laudandus est vir fortis, idoneus bello, promptus ad pericula, præstantis animi: libere dicam, dignior qui [22] Tribunus esset. Hoc enim propinquo, Mari, non [23] erubesceres. * Pater huic emendatus vero, quod pro Nepote tuo coram te, C. Mari, dicendum est, ideo nobis contigisse putes accusationis audaciam. Intelligimus omnes, nihil profuturam Tribuno cognationem tuam, & apud sacratissimum Imperatorem sola posse meritorum jura valere. Scimus quanti Tribuno, si viveret, stetissent stupri conatus, quamque timendum foret Militi, si Nepos tuus esset. Non igitur dubitamus, quin de Romanis Civibus Romano more decernas. Quod si ita tulerint judicia tua, ut jure Tribunus occisus, & impunitum, sit audacissimo Militi, parricidium, jam volumus Juvenis tui cædem non sufficisse vindictæ. Nudabo ego quoque, C. Mari, cervicem, ferro jugulum, flammis, flagellisque pectus aptabo; videant Romana castra, & principia puniri, atque occidi iterum Nepotem tuum. Ne tamen aut Mars ultor hoc, aut Diva Roma patiantur. Quis vero nostrum tanti sceleris pudorem deleat, aut quis posthac exemplo consulere? Damnes ipse quantumvis reum; Tribunus tamen occisus est. Nepos tuus, C. Mari, quem unicum dedere fata parentibus, a primis usque annis iis gloriæ studiis exarsit, ut in ipso laborum exordio severam te Imperatore disciplinam, & asperrimum Cimbris hostibus bellum subire non dubitaverit. Neque frustra laudatissimus Adolescens armorum munera, juventæque primos ausus exeruit, ANTILOGIA.

17 Tam paratus mori ipse pro servanda pudicitia, quam occidere illos qui ipsi vim inferre conentur.
18 Magis dolet quod appellatus sit ad Judicium, quam quod jam accusatus sit, & si majoribus insimulationibus a delatorum omni vi premeretur. 19 Quod si damnatur Miles, jam abit in licentiam Militum, ut stupra, ac scorta foveant in Exercitu, te veluti hoc statuente, & sanctia damnatione hac tua veluti decreto libidinum exercendarum. 20 Illi prodigio libidinis Tribuno.
† Principia sacella quædam erant in castris, in quibus ponebantur Legionum signa, quæ Deos veluti religione prosequebantur. 21 Tantumque Virum qualis Miles hic est, queritur quod sit inflexibilis a libidine, ac rusticus, & parum instructus & addictus artibus meretriciis. Seu quidam legunt *sanctumque non durum, ac rusticum, sed parum*, &c. Non queritur jam quod sit nimis durus, & rustico robore, fortitudine imbutus, sed quod parum &c. 22 Dignior qui Tribunus ipse esset quam alter ille. 23 Licet sit Miles simplex tamen non erubesceres, &c.
* Expletum est Exordium, in quo Orator 1. exaggerat laborem ac dedecus, quo Romanæ Castra propter Tribuni libidinem infecta sunt. 2. exaggerat paciter constantiam Militis parati jam ad mortem subeundam si damnetur cum nunquam futurum sit, ut ipsum facti sui pœniteat. 3. exprimit hoc unum esse dolorem Militi quod appellatus sit, ex hoc enim jam oritur fere decretum Marii, quo stupra hinc in-

ANTILOGIA. ruit, qui brevi fortiter gestis adeo profecit, ut quanto te minor, tanto major cæteris haberetur. Magna illud probatio est, quod meruerit statim fieri Tribunus tuus. Non referam ingentes conatus, & majora semper annis experimenta. Nullus illo sane durior militares labores pertulit; nemo melius patientiæ periculorumque societate totius sibi exercitus animos conciliavit. Sub pellibus hiemes agere, æstates sub Solibus; vigiliis nescire noctem; famem, sitim, ingentium armorum pondus, singula castrorum tandem non detrectare munera, delitiæ fuere Tribuni tui. Referamne ut primus semper in hostes irruerit, ut inter confertissimas perstiterit acies, numquam hostium impetu, numerove perterritus? Mittam hostes fortissima dextera neci traditos, Romanosque Cives barbarorum armis, ac discriminibus sævi Martis ereptos. Plura jam sunt, atque incomparabilia, quæ ipse, C. Mari, vidisti, quæ nulla possumus oratione complecti. Quod si quandoque Romanis armis otiari contingeret, juvabat membra durare lucta, expedire cursu, & validissimum quemque honesta ambitiositate lacessere. Quin & fugaces eminus ferire damas; modo etiam, collata cominus pugna, furentem aprum, & ferocissimas belluas aggredi, nec minori virtute prosternere. Sic extra pugnam etiam militavit semper Tri-

DECLAMATIO. [24] emeritis bello stipendiis tum, cum tota subnixum [25] Numidia fregimus [26] Jugurtham, exauctoratas armis manus agresti labore subegit. Prædura [27] priscis moribus mater, frigoribus, ac solibus perusta, & in plerisque ruris operibus marito particeps, affirmo, quam nemo appellasset impune. His [28] ortus ipse procul ab omni contactu recesserat: pueriles quoque annos aliquo semper opere durando, sequi pecora primo, arcere gregibus feras, [29] aliquid semper audere majus annis. Ludus fuit rotare saxa, vibrare jactu sudes, saltus agitare venatu, mox vigentibus lacertis humum scindere, [30] segnem futuris novalibus eruere sylvam. Sic effectum est, ut (quèmadmodum aliqui putant) posset cito militare. Interim ex ultimo littore Oceani, & [31] dirempta frigoribus plaga, [32] gens a rerum natura [32] bene relegata, [33] stolida viribus, indomita feritate, insolens [34] successu, nec minus animorum immanitate, quam corporum belluis suis proxima, [35] Italiam inundavit. Nec tamen tantum vi sua, quantum luxuria, socordiaque [36] nostrorum ducum elata, dum nos in bello quoque vitia pacis sequuntur, & delicati sumus etiam miseri, vastitatem agris, [37] solitudinem juventuti, periculum imperio, ac prope exitium attulit: apparuitque nunquam Pop. Rom. ad propulsandam perniciem magis viris opus fuisse. Itaque cum

bido permittatur in Castris. Ultimo breviter commendat virtutes Militares, quæ tantæ sunt, ut pudicitia nihil sit præ illis, & propter eas possit non erubescere Marius, si ipsum haberet propinquum.

24 Terminata Militia; Emeriti enim vocabantur Milites qui per tot annos stipendia fecerant, & posthac licebat ipsis a Bello abstinere. 25 Pars Africæ, ubi nunc Regnum Tremisenum, quod est unum e Regnis quibus componitur Regnum quod vulgo *Alger*. 26 Prius fœderatus, inde deficiens a Romanis devictus est, & prius a Metello, inde a C. Mario, & Sylla, & ductus est Romam in triumphum. 27 Castis, pudicis, unde Juvenal. Sat. 6. *Credo pudicitiam Saturno Rege moratam in terris*. 28 His parentibus ortus hic Miles non enutriebatur tenero ac molli parentum contactu, nec feminili amplexu. 29 Superare etiam robore, & audacia ætatem Juvenilem. 30 Fodere, vertere Silvam sterilem in futura Novalia feracia. 31 Separata a nobis propter frigora, seu lacerata propter frigora. 32 In loco sibi debito, ac convenienti. 33 Mente capta, & furens. 34 Qui primo ipsis in prosperum cessit. 35 Teutones, Cimbri, & Tigurini Gentes in eo loco ubi nunc Peninsulæ vulgo *Jutland* & proximæ Regiones, ut Holsatia &c. qui inundatis Terris ipsorum ab Oceano inundarunt Italiam: vide L. Florum lib. 3. cap. 3. 36 Hoc est Silani, Manilii, Cæpionis. 37 Hoc est diminutionem propter strages illatas.

Digitized by Google

DECLAMATIO. cum appareret ſoluta militiæ diſciplina, & non minor nobis pugna cum [38] moribus eſſet, quam cum hoſtibus, ad unicum, C. Mari, cum virtutis tuæ, tum ſanctitatis ſeveritatisque præſidium confugimus. Et mehercule feſtinarunt parentes ad [39] nomen liberos mittere, quamvis aſperrimo bello, velut occaſionem complexi, ut ſub te ponere rudimenta militiæ contingeret, cernere quotidie divinæ virtutis exemplum, te hortatorem operum habere, te teſtem. Et cum hæc communis totius exercitus eſſet felicitas, dux Marius, tamen (o facinus indignum!) plus reliquis conſecuti videbantur, quibus Tribunus [40] contigerat propinquus tuus. Quanta cura robora militum legeris Imperator, ut hoſtibus prope humanas vires excedentibus opponeres parem delectum, vel ex eo manifeſtum eſt, quod cum ſcires non ex cenſu eſſe virtutem, præterita facultatum contemplatione, vires tantum, animosque ſpectaſti. Quid prodeſt? en quanta delectui tuo fit invidia? diceris adverſus [41] Cimbros puerum probaſſe. Sed neque te militaris ætas fefellit, cujus certiſſima menſura eſt, poſſe fortiter facere. Neque illa libido fuit ſaltem vitiis uſitata, quæ ad obſcœnos Veneris impetus [42] formæ cupidine incenditur, ſed quidam perditus contumeliæ amor, ac ſumma flagitiorum voluptas, inquinare honeſta: hoc ipſum quod primus ante ſigna procurrit, quod veteranos tyro præcedit, quod redit pulvere, & cruore [43] concretus, iſtud, iſtud quod tam vir eſt. Vulgaria ſunt irritamenta cupiditatis, forma, ætas: ſingularis res eſt fortis concubinus. Illas cicatrices, illa vulnera, illa tot eximiæ decora militiæ, quid exequar ultra? Imperator, pudet me quod Tribunus tuus; & inter otia quoque rem egit non corruptoris. Quid igitur, ſanctiſſime Imperator? Ita ne ſtatim audaciſſimo Militi credendum, qui vocabula jactat præcipitis, obſcœniorisque libidinis? Teſtor Romana Numina, teſtor fidem tuam, quantas qualesque habere poteſt res ipſa interpretationes? Intelligere vero, C. Mari, potes, dum recogitas cujus roboris fuerit, cujus virtutis tantus corruptor, qualem Ducem amiſeris. Non hunc vero Cimbrorum quisquam pugnaciſſimus ſuſtulit; non ipſe, dum hoſtes quatit, dum confertiſſimorum ſuſtinet impetus, dum hinc indeque telorum, aut enſium turbine premitur militari, & quod Virum decebat fortem, fato cecidit. Tribunum tuum Romanus Miles occidit. Putabam terribili irruiſſe minarum fragore Tribunum, juguloque Militis imminentem deſperationis excitaſſe conſilia; indéque factum, ut, cum vim repellere vi pari liceat, valuerit gladio plus Miles. Quidquid objicitur blanditiæ ſunt. Tentatum ſe a Tribuno tuo Miles affert; & tentatum, libere loquamur, ad ſtuprum. Defendit ſe ideo percuſſor audaciſſimus conſcientia pudoris, & merito caſtitatis. Ego vero, C. Mari, nunquam minus pudicum Militem cenſeo, quam cum intra ſe tantum, nulloque conſcio, pudicus eſt. Nemo non videt, quam illi mala ſit cauſa, qui ſe interpellat, de ſtupro proclamat, conqueritur ſolum poſtquam nefariam peregit ultionem. Teſtor vos nunc, Romana Caſtra, ſanctioraque Signa, quam facile, quam, nullo nobis objiciente, negare poſſumus? Nam quibus ſe probet tentatum Miles argumentis, niſi quod Tribunum occidit? Fatebimur ultro vero, C. Mari, quid-

ANTILOGIA.

quid

38 Depravatis, impuris, ut ſupra. 39 Ad nomen tanti Ducis, ſeu mittere liberos ad dandum nomen Militiæ. 40 Quibus contigerat eſſe in Legione illa cui præerat Tribunus ille &c. 41 Vide notam 35. 42 Pulchritudinis. 43 Pulvere & cruore immixtis quadam quaſi incruſtatura ſuperimbutus.

Digitized by Google

ANTILOGIA. quid objicitur, & ſtupri facinus appellabimus, poſſimus licet fortaſſe meliori interpretatione defendi. Habeat perditiſſimus Miles confeſſionis noſtræ ſuffragia; non petimus ut ignoſcas libidini, ut mitius judices Nepotem tuum. Percuſſori te non jubemus iraſci quod minus admiſerit Tribunus, quam ut occideretur; reum tamen cædis eſſe contendimus illum, qui occidit & corruptorem. Abeant, C. Mari, leges, abeant inſtituta Majorum, ſi violenta nobis nefariæ ultionis audacia Romanorum Civium inſultare vitæ fas eſſe contendimus. Recede, ſacer Imperator, in conſcientiam tuam, & Reipublicæ, quæ ex te tota pendet, quæ univerſa tibi jura commiſit, ſcrutare conſilia. Tu quidem a Senatu adverſus Cimbros hoſtes Imperator, nobis vero factus es moderator, & judex, ut in bellis etiam civilium judiciorum forma permaneat, & ipſa inter arma patriis plurimum legibus honoris ac reverentiæ ſervetur. An igitur in exercitu non Romani erimus, & non eadem optimis præmia, eadem nefariis Civibus ſupplicia contingent? Aut aliter in urbe, ac in caſtris innocentia merebitur, aliter facinorum audacia damnabitur, ut diſſimilia ſint Senatus, Imperatorisque judicia? Concurremus igitur ante principia feralibus odiis, & perditiſſimis auſibus, & filebunt hic leges, & parricidas timide traducemus, & erunt qui velint Tribuni percuſſorem abſolvi? Nos vero, C. Mari, conquerimur, clamamus rurſum; nullam invenire cauſam poſſumus, qua non ſit reus quicunque Civem occidit. Ferrum hoc, quo valemus adeo, non a te, C. Mari, non a Senatu, quod intelligis. Tranſeo oblatam nolenti munerum vacationem, & [44] blandius quam militiæ diſciplina poſtulat [44] adulatum militi Tribunum, [45] imperatas aſperrimas expeditiones, ut remitterentur, ſæpe ordinis, ſæpe affinitatis tuæ jactatam gratiam. Confitemur, C. Mari, diutius [46] vixit obſcenus [46] corruptor, dum iſta miles non intelligit. Non audeo dicere, Imperator, concipe animo temporis illum habitum, reforma cogitationes tuas, in aliis forſitan cauſis permittatur indignitatem rei oratione exaggerare, de injuria noſtra latine queri non poſſumus, parcendum verbis eſt, inhibenda magna ex parte veritas: prævaricandum mihi eſt, ſi pudorem habeo. Collatis cum hoſte graviſſimo cominus caſtris, cum totum bellum quodam genere ad pedem veniſſet, & omnium mentes imminentis pugnæ cogitatio impleſſet, circumfremente undique barbaro ululatu, Romani Militi pro vallo excubanti meretriciam obſcenæ libidinis patientiam aliquis imperat? [47] Suum quisque habeat fortaſſe judicium: mea ſententia non ſatis pudicus eſt Miles, qui armatus tantum [48] negat. Hoc [49] expoſitionis loco, Imperator, malo accuſatoribus credas. Illi narrarunt rem viro & Romano, & Milite tuo dignam, tantumque non ardorem luminum, horrorem capillorum, fremitum indignationis ante oculos dicendo poſuerunt. Ad primum ſtatim obſcenæ libidinis ſermonem, non aliter quam ſi in hoſtem claſſicum cecinisſet, gladium illum, quem a te pro [50] pudicitia noſtrarum conjugum acceperat, per pectus infandi corruptoris exegit, & in latus ultra pe-

DECLAMATIO.

Ro-

44 Nimis domeſtice, & familiariter, & partialiter contra bonam Diſciplinam egiſſe Tribunum cum Milite, nimis ipſi nolenti indulgere volentem. 45 Imperatas Legioni aſperrimas expeditiones, ut remitterentur Militi, ideoque magis videretur Tribunus Militi gratificari. 46 Vixit in hac intentione corrumpendi Militis. 47 Alii fortaſſe aliud de hac re judicium concipient. 48 Pati. 49 Quoad hanc circumſtantiam narrationi crede, crede accuſatoribus, dum dicam Tribunum a Milite peremptum. 50 Tuenda contra Barbaros.

Digitized by Google

DECLAMATIO. pedem. Si omnes Milites tales habemus, Mari, vicimus. Verebar equidem, ne fugandi corruptoris causa ferrum strinxisset, & (quod accidere interim solet) dum alter recessurum putat, alter percussurum non putat, tam honestum opus casus fecisset. Neque enim (ut opinor) hoc quoque exigendum fuit, ut cum cæcus amentia corruptor per vulnera ipsa rueret ad prendendos amplexus, Miles etiam gladium reduceret. Ego vero parum viriliter istum indignatum puto, si in tanto dolore Tribunum potuit agnoscere: ipse nihil excusat. Percussi, inquit, C. Mari, [51] segniusque occidi, hausi noxium ultrice dextera sanguinem, [52] sive licuit, sive non licuit. Atque utinam *plures* mortes cepisset, ut impurum spiritum renascens pœna torqueret. Parum severe militarem redemtibus suppliciis disciplinam continemus, si Tribuno post hoc factum bene esse, quod occisus est. * Reum ergo cædis non [53] inficiatione defendam: viro forti præsertim, & innocenti nihil facere convenit, quod negandum sit. Non abnuo crimen, imo si accusatores tacerent, ipse narrassem. Objicite igitur, sed, ut delatores decet, totum. Verecundissimum enim Militem apud sanctissimas Imperatoris aures minus pudet confiteri quam queri. ** Parumne dedecoris subimus, quod non de [54] honoribus fortissimi viri queritur? &, ut longissime vera procedant, nem honestissimam Militi fer- Romanoque Populo accepimus, ut eodem adversus nostros, sed ut pro aris & focis, pro Civium nostrorum vita, pro libertate contra Barbaros uteremur. Nulli data est ergo gladii facultas, nisi adversus eos, quos ut Romani nominis hostes odisse, non privata de causa, sed pietate patria, atque Imperatoris jussu compellimur. Jam, C. Mari, Militis ipsius verbis utar; nam, si vere æstimemus, Imperium Populi Romani ad hanc diem militari disciplina stetit. Ad te confugiendum igitur est; tua, C. Mari, exoranda fides, si quem offensa militaris exagitat. Tibi nunc uni datur de Civium vita, rebusque decernere, unus tu nobis Senatus es, unus tu universa Respublica. An expectandum ut quisque, se judice, vindicetur? Quid inde nobis tam religiosum, tam sanctum, quod non polluat hominum effusa temeritas, si publici corruat reverentia judicii, quæ nefarios hactenus severitate, pœnarumque terrore coercuit? Quod si in ipsa hac Republica, Manlius olim Torquatus Latino Bello filium suum a lictore abripi, atque in hostiæ modum occidi jussit, quod se insscio adversus hostes, quamvis feliciter, dimicasset; quantum profecto contra militaris disciplinæ leges agere credemus Militem, qui non insscio Imperatore, non adversus hostes, sed immani quadam nefariæ mentis audacia Romanum Tribunum occidat? Parumne est igitur, nec Romano dignum ANTILOGIA.

[51] Segnius ac debebam, ac decebat tantum scelus. [52] Sive fas fuerit hausisse, sive non.

* Hic terminatur Narratio, in qua exposuit 1. cognitionem Parentum Militis. 2. quomodo pervenerit tum ipse, tum Tribunus in Exercitum Marii. 3. quomodo Tribunus jam incœperat ipsi Militi oblectari, quo libidinis suæ intentionem devotabat. 4. quomodo Miles a Tribuno tentatus, ipsum occiderit. 5. fatetur libere Miles se Tribunum interfecisse, imo conqueritur quod parum damni Tribuno intulerit in sola morte. Posthac texit sibi ad Propositionem suam Orator transitum, & ad Confirmationem. [53] Negando factum.

** Primum argum. pro Milite, quia si quisque se fingat in Milite, ipse etiam certe interemisset Tribunum, nam etiamsi tenuisset tamen non conservasset pudorem, cum posset iterum a Tribuno tentari; secundo confusus est & per vim raptus a Tribuno: quis autem tantam sibi vim inferri patiatur? 3. non poterat nuda manu Tribunum repellere, cum Tribunus esset armatus.

[54] De honoribus conferendis Militi quod Tribunum interemerit.

Digitized by Google

ANTILEGIA. gnum ſupplicio, quod perditiſſimus inter caſtra noſtra gregarius humana omnia, & divina pæne jura ſubvertit, quod ſacris patriiſque legibus detrectavit obſequia, quod inauditam ſceleribus ſtruxit viam? Vis dicam, C. Mari, quid de tanto crimine ſentiam? Peſſimum exempli genus inductum eſt morte Tribuni, etiam ſi Miles non abſolvatur. Indulgere percuſſori nunc libet, quod præbeat Lex ipſa telum, vimque propulſare ferro permittat. At quando telo pariter vis infertur; quando ad illud redigimur neceſſitatis ambiguum, ut, vel moriendum ſit, vel ſola poſſimus inimici cæde ſervari. Proferte modo querelas, & coacta patrocinia, quicunque defenditis corruptorem. Quænam, vos nunc interrogo, vis Militi illata eſt? Blanditiis utique, atque amorum vocibus; illis nempe, quæ hominem ſtatim frangerent, quæ nulla poſſent colluctatione, non æqua minarum ſeveritate repelli. Laudo, C. Mari, quod impudicos Miles non ſuſtinuit occurſus, quod ſe fœdari non paſſus eſt; at quis ferre poſſit amplexus gladio divelli? Hoccine reſtabat unum caſtitati refugium; neque ſatis erat neganti conſcientiæ repulſiſſe corruptorem? Quicumque ſane ſevera facie, & graviori execrationum, minarum impetu conatibus occurrit obſcœnis, præſtat ne velit iterum tentator impudicus accedere. Frangitur enim ſtatim libido, cui non redditur blanditiarum æqualitas, & in formidines, pudoremque ſubito labitur fœda conſcientia. Nullo melius vincitur genus hoc turpium, quam ſi renuas luctari, contendere, ſi minus præſtes, quo poſſis vincere. Rurſum queror: Tribunum occidit, de cujus erat adhuc animo dubitandum; qui, licet interfeciſſe [55] impune erit. Damnetur etiam, & pudicitiam ſupplicio pendat. Convenite legiones, intendite animos contracta undique auxilia. Lex dicitur caſtris, nec pauci ſunt, qui hoc nolint licere, illud velint. Non mehercule poſſum tenere, quo minus in accuſatorem dolor meus erumpat. Quid dicis? Tu ſi Tribunus eſſes, hoc feciſſes? Si Miles eſſes, hoc tuliſſes? Date præcepta, componite diſciplinam. Miles hac contumelia percuſſus eſt, indignis vocibus contaminatus, nihil amplius aget, quam renuet? Et quis non illum inter proſtitutos habeat, ſi [56] commiſerit, ut poſſit iterum appellari? [57] Neget tamen, & ultionem injuriæ ſuæ differat. Ita puto, cum illuſerit Tribunus, queretur. Injicitur manus, & ab aſſignata ſtatione Miles abducitur, ut ſtuprum patiatur. Vos interrogo accuſatores, quid faciet? feret libidinoſas manus vulnera ſua tractantes? deponet arma, an reponet? Vir eſt enim, auctorem habet, hoc primi ordines jubent. [58] Æquum eſt Tribuno militem parere, in diem ſperare etiam proceſſus poteſt. Pro hoc merito accipiet fortaſſe vicem, ordines ducet, & ſub illo alii militabunt. Si hæc conditio cauſæ eſt, ſi defenſio ſui non permittitur, indicate, prædicite, ſi corruptorem non licet ferire, feret: non enim poteſt nuda manu repelli: mementote, corruptor armatus eſt. Implicitus tamen infando nexu, cogitate, quid ſibi feciſſet, utrum id, ſi plura diſpiciat, imo ſi videtur, quo juſtius queri poſſit, patiatur. Iſtud vero flagitium in conatu pereat. Nam ſi libido ad votum obſcœni corruptoris proceſſerit, duo occidendi erunt. Libere itaque dixerim, C. Mari, quam de fortiſſimo Milite ſententiam feras, magis

DECLAMATIO.

55 Dicetur impunitatem retuliſſe ſi abſolvatur, quaſi peccaverit in honeſtiſſima re patranda.
56 Si ſolum renuendo libertatem det Tribuno ut denuo ipſum tentet. 57 Neget interim, & poſtea vindictam alio tempore, alio modo repetat. Objectio eſt Adverſarii. 58 Reſponſio pro Milite.

Digitized by Google

DECLAMATIO. magis tua intereſt; [59] hujus quidem gloriæ nihil plus adjici poteſt, quam ſi pro re tam honeſta moriatur: hunc mirabitur ſola virtutum incorrupta teſtis vetuſtas: hoc factum patres liberis [60] vel poſt pœnam præcipient. Tu cogita quid te ſenſiſſe homines ſciant. Hoc exemplum in [61] neutram partem poteſt taceri. Cogitare certum eſt id quemque cum judicat, probare quid in re ſimili ipſe feciſſet. Omnibus enim ad virile robur per pueritiam iter eſt, & contra libidinem maturuiſſe non prodeſt. Recognoſce incrementa tua, & honeſtam tantæ magnitudini memoriam priſtinæ tenuitatis. Sine dubio te ad tot Conſulatus, & actos, aut deſtinatos triumphos divina virtus tua ſuſtulit. Memento tamen, & tu ſub Tribuno militaſti, nec ad hoc faſtigium dignitatis tam brevi tibi venire contigiſſet, ſi ſero cœpiſſes. * Dicam nunc ego præcipuam ſemper curam Romanis moribus pudicitiæ fuiſſe? Referam Lucretiam, quæ condito in viſcera ſua ferro pœnam a ſe [62] neceſſitatis exegit, & ut quam primum pudicus animus a polluto corpore ſepararetur, ſe ipſa percuſſit, quia corruptorem non potuit occidere? Si nunc placet tibi Miles, quid ego Virginium narrem, qui filiæ virginitatem, qua ſola poterat, morte defendit, raptumque de † proximo ferrum non recuſanti puellæ immerſit? Diviſit illi ſolum [63] Appium, quem tamen populus Romanus ſeceſſione a Patribus, & prope civili bello perſecutus in vincula duci coegit, neque ulla res tam magis indignationem plebis commovit, quam terpellaret de ſtupro, credi tamen poterat a gregario aliud exigere. Ita prima vix audita libidinis voce, nondum ullo contaminatus amplexu, non ineluctabili compulſus imperio, totus tui adhuc pudoris, qui & negare poſſes, & fugere, Tribuno vim audes inferre? Tentantem, & cui fas eſt adhuc negare conatus ipſos, occidis? Hoc tu pudicitiæ genus putas eſſe? Livor, invidia eſt. O quibus modis ſervari caſtitas poteſt, quorum quantula pars violentiæ eſt, atque armorum! Poſſet jam, poſſet Miles hoc loco tuus admoneri, &, ſi inter arma indulgere nimis orationi fas eſſet, per eorum exempla deduci, qui pudicitiam ſine ſcelere vindicarunt. Non igitur referam quæ de tot Romanis Civibus, aut in Urbe noſtra nos ipſi conſpeximus, aut a Majoribus noſtris accepta didicimus. Tranſeo mulierem quoque Græcam Hipponem, quæ, ne hoſtium libidine fœdaretur, ſe ſe ultro in mare projecit. Quid vero pro cauſa noſtra non valeant Mulierum Cimbricarum exempla, quæ tu ipſe, Sacer Imperator, quæ nos univerſi mirati ſumus? Illæ ſcilicet, cum Veſtalibus noſtris dono tradi poſtulaſſent, ut pudorem ſacri cœtus religione protegerent, non impetrato ut efferatæ corpore animisque mulieres Romanis Virginibus immiſcerentur, laqueo ſibi vitam eripuerunt. Tanta ſcilicet barbaris etiam, ipſisque fœminis ſervandi decoris cura fuit, ac ſollicitudo, ut ne proximo diſcrimine fœdarentur, voluntariæ mortis vota, conatusque prætulerint. Solus eſt igitur Romanus Miles, qui ſe par-

ANTILOGIA.

59 Militis. 60 Licet Miles caſtigetur. 61 Tam ex parte Tribuni, quam Militis promulganda eſt.
* Secundum argum. quia Romanis ſemper in honore fuit pudicitia, quod argumentatur ex exemplis Lucretiæ, & Virginii.
62 Quod peccaverit etiam coacta a Filio Tarquinii, vide Florum lib. 1. cap. 7. 63 Appium Claudium Decemvirum tentantem corrumpere filiam Virginii.
† De proxima laniena. Fuit autem puella illa Virginia, quam cum Claudius ejus forma captus tentaret in ſervitutem redigere, uſus falſo eſt liberto qui juraret illam ex ancilla natam, Virginius Pater interfecit. P. deinde ira commotus Decemviros abire Magiſtratu coegit.

Digitized by Google

ANTILOGIA. parricidali violentia defendit, qui Romanum Civem, qui Tribunum sic excipit, sic repellit, tamquam sibi cum incurrente Cimbro hoste res sit agenda? Ego vero constanter exigam semper a pudico, ut si ad ferrum deveniendum sit, in se magis furat, se ipsum potius occidat. Nunquam enim, nunquam alieno maluit defendi sanguine Romanus pudor; neque sic valuere merita castitatis, ut non plus reverentiæ civium nostrorum vitæ præstitum fuerit. Referam ego Lucretiam, quæ a se ipsa obscœnæ pœnas necessitatis exegit, & quæ sibi parcere noluit, vitæ tamen contaminati jam corruptoris ignovit? Dicam Virginium, qui tentatæ ab Appio filiæ suæ sic egit ultionem, ut cultrum de proxima laniena raptum, non impudico, sed innocentissimæ puellæ potius immerserit, & Romanum magis existimaverit tenerrimos abjicere parentis affectus, quam Civem violentum agere? Quid de M. Marcello loquar, qui C. Scantinio Capitolino diem dixit ad Populum, quod filium suum interpellasset de stupro; & qui poterat private etiam ulcisci, maluit tamen universæ sententia Reipublicæ vindicari? Hæc, C. Mari, hæc ejus esse puto castitatis exempla, cui vere credatur. Ad hæc non ipsa pæne videntur excuti castra, & principia; & nobis posterisque nostris, dum ipse refero, Romani auctoramenta puderis incutere? Quid ultra opus est oratione, aut quid minoribus verborum patrociniis te, Sacer Imperator, & Castra universa moramur? quam quod pudicitiam auferre tentaverat filiæ Militis. Hæc sunt honesta, hæc narranda fœminarum exempla. Nam virorum quæ pudicitia est, nisi non corrumpere? * Non sit mihi forsitan querendum [64] adversis auribus, sæculi in tantum vitia regnare, ut obscœnis cupiditatibus natura cesserit, ut pollutis in fœmineam usque patientiam maribus, incurrat jam libido in sexum suum. Finem tamen aliquem sibi vitia ipsa exceperunt, ultimumque ad hoc hujus flagitii crimen fuit, corrupisse futurum [65] virum. Hoc vero cujus dementiæ est? in concubinatum juniores leguntur, & in muliebrem patientiam vocatur fortasse jam maritus. Ego vero gratulor militari disciplinæ, gratulor opinioni castrorum, si [66] hujus mentis Tribunus in hunc primum incidit. Itane tandem (juvat enim velut præsentis insequi furorem) scorta tua stipendium merentur, & sub signis exoletos trahis? [67] Ideo meretrices ab exercitu submoventur, intrare castra fœminis non licet? Ita puto, non opus est. Militem, hoc est, plusquam virum, jam jamque in acie staturum, cui [68] pro virili portione salutem suam patria commisit, appellas. Fortasse classico sonante, ideo stationes circuis, ideo vigilias ambis. En quem Tribunum faceres, cum prætextati militabant? Non is [69] profusus est furor? non manifesta dementia est? Vides munitum gladio latus, loricam ferro asperam, clausam galea faciem, & ad terrorem belli [70] cristas minantes, inscriptum in scuto C. Marii nomen, totum

DECLAMATIO.

* Tertium argum. desumptum ex atrocitate rei, quam inferre tentabat Militi Tribunus, nam dato etiam quod adeo in deterius abierint sæculi vitia, ut & Naturæ Lex evertatur, minus malum est puerum corrumpere; quis autem furor velle corrumpere Virum fortasse maritum, armatum Militem Marii? cur ergo volebat Tribunus sic rationem haberi a Milite, ac ipse rationem Militis non habuerit? 64 Auribus id renuentibus, ab hoc abhorrentibus. 65 Eum qui nondum Vir sit, sed Puer.

66 Hujus mentis, ut ad muliebrem patientiam assumatur Vir iam adultus, & maritus. 67 Ideo meretricis, & fœminæ ab exercitu summoventur, quod muliebri patientiæ, & libidini Viri inserviunt, quos in scorta sub Signis trahis? 68 In quantum dare potest unus homo, in quantum possunt vires unius hominis. 69 Valde effusus, valde patens. 70 Super Cassidem.

Digitized by Google

DECLAMATIO. tum denique virum Martio habitu horrentem. Hic tibi cultus prostituti videtur? Appellabis de stupro? vim asseres? Quid deinde expectas, ut ille te Tribunum putet, cum tu illum non putes Militem? Vacat enim vitiis nostris, & ad omne votum fluente fortuna lascivit otium: aut in eo saltem statu respublica est, ut ad restituendam eam satis sit Milites impudicos non esse. *Non de prolatando tibi imperio res est, nec transmarinas[72] (ut nuper) provincias petimus: de Italiæ[74] possessione certatur, pro aris, focisque constitimus, an hæc omnia igni, ferroque vastentur, an nobis caput barbarus hostis excidat, an Cimbrice loquendum sit. Vita omnium nostrum, & salus (pati namque aliud ne sub hoste quidem[73] viri timemus) in ultimum discrimen adducitur. Influxit Italiæ inundata multitudo, quam ne ea quidem potuit sustinere terra, quæ genuit: insuetata corporum magnitudo, mores etiam[76] Germanis feri. Strage nostrorum campi latent: jam fugatorum Carbonis atque Syllani sub comparatione felix militia est. Jacet post amissum Scaurus exercitum. Servii, Manliique bina cum tot legionibus castra perdidimus. Gens[77] majorem terrarum partem victoriis pervagata, tantum in Mario stetit. Libenter te, Imperator, interrogo, in hoc rerum statu tales milites habere malis, an tales Tribunos? In tanto belli discursu, ne[78] concessæ quidem veneri dares veniam. Nam quo mur? Sentiet jam nefarius percussor quid agere debuerit Miles pudicus. Pati igitur iterum nequeo, quod perditissimus pudicitiæ conscientiam alleget. Tu, inquit, si Tribunus esses hoc feciſses; si Miles esses hoc tulisses? Ego vero contaminatum jam illum arbitror, qui sustinere quoquomodo prætulit obscœnos occursus; & virtutis meritum perdidisse, qui sibi præcipiti, vesanaque defensione consuluit. Proser fortitudinis, & constantiæ tuæ testes; interrogatum te probes de stupro necesse est, Malo igitur fugias; postulo ut tentatum pectus per Legiones, per Castra circumferas; ut violentum palam accuses; ut omnium oculis impudicum objicias. Memento, nulli minus in tua causa credi potest, quam tibi. Confuge ad C. Marium; facinus Nepotis enuncia. Sic demum tuere te, sic te vindica, ut innocentiam præstes, ut tentatum te vere probes, ut, si fieri possit, ab ipsius etiam obscœni voce accipiamus sceleris confessionem. Tu scilicet interpellantem de stupro occidisse te dicis; tu Tribunum accusas, postquam ipse omnia cum vita causæ suæ perdidit patrocinia. Quomodo vero ante Judicem rerum seriem, & ordinem veritatis exhibeas? quomodo doceas, non excepisse te amplexus, non indulsisse blanditiis? Unde scimus, non quæsiviſse te ultro stuprum, non passum? Tribuni morte diversa rerum interpretatione deducimur; ANTILOGIA.

quo

* Quartum argum. ex tempore & loco in quo facinus libidinis commisit Tribunus; nimirum dum in summo discrimine est Roman. Imper. post tot Victorias Barbarorum, post tot Clades Romanorum Ducum; deinde in Exercitu, in quo cæteri muneribus militaribus ac laboribus funguntur, quare infert quod si viveret Tribunus, & ad judicium vocaretur, deberet illum propter justitiam Capite plectere. Namque Romanum imperium semper curæ habuit justitiam sequi, neque ullius rei alterius rationem ipsi præferre; quocirca nec Marius rationem debuisset habere propinquitatis cum Tribuno; sed ut conservaret inviolatam Disciplinam militarem, debuisset illum interimere.

72 Africam. 73 Contra Jugurtham. 74 Quam nobis eripere Barbari conantur. 75 Viri fortes utpote Romani, quibus innatum est fortia & agere & pati. 76 Populis admodum Barbaris.

77 Totam Galliam, & totam pæne Italiam devastata, & torrentis ad instar impetuosi devecta, in Mario obicem furori suo adinvenit. 78 Nec si stupra permitterentur, nec nefaria essent, ipse in tantis discriminibus concederes.

Digitized by Google

ANTILOGIA. mur; ipse tu potes tentator credi; ipse etiam obscœnus; ipse odio, invidiaque violentus. Dum enim tentatum te credimus, mitius agemus, nimis blandimur. Proclamo, C. Mari, &, audiente me Romano Exercitu, secure audacterque protestor, quis nos tentatæ obscœnitatis accuset, si negemus? aut cur ideo solum scelerati Militis confessioni credendum, quod non potest amplius aliter Juvenis tuus affirmare? Mentior, si non est potior nobis te accusandi causa, tamquam insidiose, tamquam violente Tribunum occideris. Novimus militarium odiorum licentiam, efferatamque libidinem; novimus frequentes rixas, & negata Ducibus obsequia. Exasperant aliquando ille pronior in alios affectus, illi durius imperati labores, modo objecta palam ignavia, modo castigata severius indulgentia. Quam plura possem sermone prosequi! Quisquis enim utitur gladio, quando aliter servari potest, non illud sane præstat ut se tueatur, sed ut occidat. Et quid sane nobis restat ad fidem nefarii conatus, cum sic egerit impius homo, ut videatur violentius egisse antequam tentaretur, & se ab omni accusationum discrimine liberasse cæde Tribuni? Alioquin, sanctissime Imperator, quis probare contendat, aut quis inde credat, tam indigno luxuriæ æstu irruisse Nepotem tuum? Hoccine ad impudicitiam tempus? hæc corruptoris occcasio? Dum atrox nos bellum exagitat, dum quinimmo collatis cominus signis, jugulis nostris numero sævitiaque timendi imminent hostes, moras agit Tribunus, & libidinis notas patitur? Deligit ad meretriciam delectationem potissimum pugnæ tempus; & inter miserandas pu- DECLAMATIO. quo ad altiorem quisque honorum gradum extenditur, magis in exemplum spectantibus patet. Cum alii excubent armati, alii claustra portarum tueantur, alii vallum, fossasque scutis innixi cingant, cibum ipsum [79] stantes capiant, Tribunus inter scorta volutabitur? & has solas vigilias aget? ac ne ideo quidem brevem saltem frugalitatis perferet simulationem, ne hæc illum facere Milites sciant? Age porro, si viveret Tribunus, & hoc ad te factum, Imperator, deferremus, circumstaret universus exercitus, nec hanc [80] Militis contumeliam, [80] sed militiæ putaret, quid ageres? quid constitueres? [81] Beneficium accepisti, Mari, beneficium, non habes necesse propinquum tuum occidere. Nam si vere æstimemus, Imperium populi Romani ad hanc diem militari disciplina stetit. Non enim nobis aut multitudo major est quam cæteris gentibus, aut vehementiora corpora, quam vel his ecce Cimbris, aut majores opes, quam locupletissimis regnis, aut mortis contemptus facilior, quam plerisque barbaris causam vitæ non habentibus. Principes nos facit severitas institutorum, ordo militiæ, amor quidam laboris, & quotidiana exercitatione assidua belli meditatio. Itaque plura pene moribus, quam viribus vicimus, cum captivæ quoque sancte [82] habebantur, & [83] contumelia etiam hosti aberat. Quæ omnia longa superbæ nobilitatis [84] intermissa luxuria, tui nobis mores retulerunt. Dii profecto magnitudinem tuam curant, Imperator, ac dirigunt, qui tibi super cæteras laudes obtulerunt tam honestæ [85] sententiæ occasionem. Quod Miles fortiter fecit, si absolvis, [86] tuum exem-

79 Non pro commodo sedentes. 80 Stuprum illud non soli Militi sed toto Exercitui illatum putaret. 81 Quod Miles Tribunum interemerit. 82 Summo in honore, summa in veneratione teneantur. 83 Nec per injuriam ne hostes quidem lacessebamus. 84 Desinentia, obsoleta propter luxuriam &c. 85 Pro Milite. 86 Quodcunque fecit fortiter Miles, in tuam cedit gloriam, & procedit a te exemplum quod Virum fortem contra luxuriosum absolveris.

Digitized by Google

DECLAMATIO. exemplum est. * Nisi forte hoc me perturbari putatis, quod Tribunus fuit. Ideo hercle turpior, ideo morte omni dignior. Hæc enim conditio superiorum est, ut quicquid faciunt, [87] præcipere videantur, & pernicioſissimus est malæ rei maximus quisque auctor. Quis continebit militiam? Quis castrensis disciplinæ præcipiet severitatem? Quis te, Imperator, majoribus curis districto, delicta Militum coercebit? Tribuni corpus, & peccatum corriget? Ad quem confugiam? cui querar? Sic fit ut necesse habeamus ipsi [88] nos vindicare. Tribunus fuit, & hic Miles fuit. Tribunus, Hoc dicis, cui parere [89] caligatum lex jubet, qui non solum Militibus, sed [90] centurionibus præpositus partem quandam imperatoriæ potestatis obtinet. Ita, opinor, contra jura castrorum fecerat Miles, etiamsi tantum negasset. Nescit quod istius honoris fastigium, quæ potestas ordinis: tyro est. Age si ad te, C. Mari, aliquis impudicum Militem detulisset, ferres dicentem, Tribunus me jussit? Quod si par in utraque parte delictum est, hoc tamen crimen Militem saltem decet. Tribunus fuit. Videor mehercle, Imperator, oblitus mediocritatis meæ, cum vix unius defensioni sufficiant, quædam pro universo dicturus exercitu. Omnes has quæ circumstetere legiones, florem Italiæ, civium, sociorumque robora, una voce proclamare apud tribunal existima. Non ignominiæ Tribuni parere possumus: nemo nostrum recusat itinerum laborem, nec in- ANTILOGIA. publicæ trepidationis facies studet voluptuari? Ego vero, C. Mari, an istud credi possit, rursum interrogo. Evertunt blandos affectus quæcunque contingunt adversa, & per temporum rerumque tristitiam ipsa corporum libido languescit. Hinc ipsa bellorum asperitas, militiæque labores castitatem longe tuentur, &, libere dixerim, cogitationes ipsas infringunt. Quantum inde reverentiæ plus postulat tristissimus ille cædium & sanguinis dies; & quam minus aptus, minus indulgens luxuriæ est! Dicam ultra; pudicitiam quamdam præstat necessitatis. Testor immortalia Numina; objici possunt viro majora facinora; libido tunc de Romano Tribuno credi non potest. Nolo tamen, C. Mari, sic defendere Nepotem tuum, tamquam non possit miles perditissimus argui, reusque cædis ostendi, nisi negemus quæcunque ipse attulit contra tentantem. Rursum igitur etiam corruptoris percussorem accuso; & tam sævum militis facinus augeo, quod contra Tribunum patratum est. Cuinam etenim leve criminis genus vis illi ferro illata videatur, quem supra capita nostra Senatus Populusque Romanus constituit? Parricidium hoc appello, C. Mari; eamdemque deberi censeo Tribuno a Militibus reverentiam, quam a filio parentibus. Quid non ferrum igitur, culeumque, & gravissima supplicia decernimus? aut cur feramus Militis se defendentis audaciam, tamquam liceat quacunque etiam de causa occidere Tribunum suum? Pudet quod non de percusso-

* Quintum argum. desumptum ex refellendo argum. adverſ. Poterat enim dici, ille erat Tribunus, ergo minus juste ipse interemit. Contra autem, quia ex hoc quod sit Tribunus dignior fuit morte, cum enim, juxta superiorum mores, inferiores se habeant, quodnam vitiorum exemplum advehebat in Castra Tribunus ille impudicus? Neque ex eo quod Tribunus ille fuerit, poterat inferri quod debebat Miles parere ipsi jubenti; non enim bona defensio esset alicujus accusati de stupro, quod passus esset si diceret, Tribunus me jussit. 87 *Componitur Orbis Regis ad exemplum*, Claud. in 4. Conſ. Non. *Vita Principis censura est, ad hanc dirigimur* &c. Plin. in Paneg. ad Trajanum.

88 Ut fecit Miles, potiusquam vindicent nos Tribuni contra aliorum contumelias. 89 Militem sic dictum a Caligis, genere quodam Calceamentorum seu Tibialium. 90 Sub quibus centum Milites stabant.

Digitized by Google

ANTILOGIA. cuſsoris graviori poena contendimus, quod non omnes ante ſanctiſſimum Imperatorem quo ſit digne ſupplicio puniendus exigimus. Proteſtor, C. Mari, obſtandum exemplo eſt, ne plures, dum ſequi Militem cupiunt, audacem plus imitari velint, quam pudicum. Quam cito enim abimus in ſcelera, & in deterius ſubita quadam alacritate proficimus! Quantum deinceps Militibus in ipſa Imperatorum noſtrorum ſacra pectora liceat, ſi non eſt cædis reus qui Tribunum tentantem occidit? Non hæc, C. Mari, cum Majorum noſtrorum inſtitutis, ac ſeveritate conſentiunt; non hac imbuere nos patriæ leges audacia. An ne vero ante C. Marium dicendum modo eſt, quem uſque adhuc militari diſciplina creverimus, aut objicienda Duci noſtro ſunt Romanæ gravitatis exempla? Hac una Romanum nomen hoſtes omnes, aut domuit, aut terruit; hac illud imperii gloriæque faſtigium attigimus, quod non incertis hactenus potuit caſibus, quod Martis pericula, dubiasque ſortis vices non timuit. Ominoſa nunc eſt tam nefaria, tam inaudita temeritas. Ejurentur Romanæ Legiones, ſi tales omnes habemus Milites. Nimis, C. Mari, nimis Cimbris hoſtibus ſpei addimus, & animorum, quos internarum cædium, & civilium odiorum ſpectaculo recreamus. Libere loquar, Imperator; nunquam facilius poſſumus vinci, quam dum contra viſcera noſtra incipimus adeo poſſe nos ipſi. Accuſandus nunc fortius eſt inviſum ſuper arma [91] faſcem, non æſtivi ſolis ardorem, nec ſub [92] pellibus actam hyemem: [93] ferienda ſit fatigato foſſa, [94] pro vallo, portisque vigilandum, fortiter ancipites inibimus pugnas, vulnera laude penſabimus, mors erit ignominia potior. Quicquid in pugna patimur, [94] virorum eſt. Imperet aſperas Tribunus expeditiones, ſi quo vertice montis hoſtis pellendus eſt, ſi inter infeſtos armatis ſaltus ſpeculandum, ſæviat denique in terga verberibus, exigat ſervilem plagarum patientiam, leno etiam ſervis excipitur, fortaſſe hac lege captivos vendes. Si meretricia imperatur neceſſitas, ſi adverſus obſcœnam vim corruptoris [95] arma tantum contumeliæ cauſa habemus, potius caſtra capiantur, & vim Tribuni interpellet Cimber. Nihil tale novere Germani, & ſanctius vivitur ad [96] Oceanum. Quid futurum eſt, Imperator, [97] ſi ad pudicitiam Militum pertinet vinci? * An ignoramus, Imperator, quanta quondam Populi Romani exarſerit ſeditio, cum ex domo fœneratoris, [98] addictus lacero verberibus tergo prorupiſſet in publicum, & illas ſuppliciorum notas tuliſſe ſe quereretur, quod vim corruptoris pati noluiſſet? Et ille tamen, quanquam hoc flagitium conatus in addicto, ac pene ſervo, & vix libero, videbatur aliquatenus memor fuiſſe Romanæ ſanctitatis, qui vim obſcœniſſimam non tentaverat, niſi adverſus alligatas manus. Eo tamen uſque Popul. Rom. vindicta proceſſit, ut, ar-

DECLAMATIO. den-

91 Seu Faſcem Conſulis, Conſul enim habebat duodecim Lictores cum totidem Faſcibus, de quibus plura Plut. in Problem. ſeu intellige faſcem, hoc eſt ſarcinam rerum cujuscumque, ſeu faſcem lignorum ad conficienda valla, & munienda Caſtra &c. 92 Centoriis ex Pellibus, ſeu indumentis ex iisdem Pellibus. 93 Imponatur ipſi licet fatigato, ut fodiat foveam ad munienda Caſtra. 94 Tale eſt ut ſit Fortium. 95 Si nobis ſunt Arma ſolum, ut iis utamur contra contumeliam Tribuni impudici; patiamur potius vim Cimbrorum, quam Tribuni. 96 Ubi Populi ſunt immaniſſimi. 97 Si ad conſervandam pudicitiam militum in votis eſt ipſis ut vincantur ab Hoſtibus.

* Sextum argum. deſumptum, primo ex ira vehementi, qua exarſit Pop. Rom. in Fœneratorem, qui tentaverat ſervum ſuum, & verberibus affecerat, quod renuerat. 2. ex Pabio Eburno, qui necavit Filium, cum ipſum cognoviſſet impudicum.

98 Addictus dicebatur ille, qui debitor tradebatur a Prætore creditori, in cujus poteſtate erat ipſius tum vita tum mors, ſi debitor ſolvendo non eſſet.

Digitized by Google

Declamatio. dentibus bello finibus, ad 99 delectum nemo reſponderet, niſi & pœna corruptoris, & [1] abrogatione legis ſatisfactum eſſet. Nolebant militare, quamvis hanc injuriam non Miles acceperat. Quid de Fabio Eburno loquar, qui filium impudicum cognita domi cauſa necavit? Jam jam commilito, quicunque caſus manet, etiam ſi te Imperator damnaturus eſt, habes ſolatium, [2] ſatius eſt quam a patre occidi. * At propinquus C. Marii fuit. [3] Corrumpitis judicem, & animo alioqui [4] levi [5] grave pondus imponitis. Propinquus tuus fuit. O rem omnibus narrandam, cum abſolveris! Nam ſi quid tibi judicandi fides tua cauſa facere permittit, cogites profecto, quantum tibi hoc ipſum apud æmulos, quos virtutibus offendis, allaturum ſit invidiæ, cum videberis, aut corruptorem Militis judicare innocentem, aut propinquum tuum etiam vindicare nocentem. Olim jam Imperator inter fulgentes virtutes tuas livor locum quærit, & natura quidem omnibus novitatis incrementis adverſa nobilitas, tuis tamen laudibus preſſa, & obruta, rimatur occaſionem [6] criminum. Quod ſi bene [7] invidiam novi, hoc quoque tibi objicietur, quod ſaltem propinquus tuus peccavit. Quare abdicandus, & ejurandus eſt, non [8] tuus ſanguis. Certe nihil minus committendum, quam ut ulciſcaris hoc flagitium in eo præſertim, qui apud ma-

Antilogia. eſt Miles, quod Tribunum C. Marii Nepotem occidit. Nam, licet hoc, ſanctiſſimus Imperator, juveni ſuo prodeſſe non patiatur, nos tamen quantum facinori gravitatis acceſſerit non ignoramus. Quidquid in propinquum tuum admiſſum eſt, Imperator, illud contra te intelligimus jam tentatum. Audiant me gentium jura, audiant Romana ſigna, quod ſanctius venerantur caſtra violatum eſt. Te feriit, C. Mari, te perditiſſimus Miles, nefariumque gladium per tuum, Imperator, pectus exegit. Defendat jam ſe ſe quisquis ejusdem fortunæ Virum occidit. Plus ſane trepidationis, plus reverentiæ debebatur ejus conatibus, quem tam præclari ſanguinis jura tuebantur. Nam ſi credidit Miles, poſſe C. Marium iraſci Nepoti ſuo, ideo magis abſtinere debuit a ſcelere; ſi non credidit, non pudicitiæ fuit illum occidiſſe, quem ab Imperatore non puniendum putares. Scimus igitur, quantum ſibi licere velit clementia tua; neceſſe tamen eſt ut ad civium omnium, & exercitus univerſi attendas affectus. Ideo potes iraſci Tribuno; nos tamen exigimus vindicari Nepotem tuum. Quid agendum nobis modo, C. Mari? Tuane exoranda fides, tibi precibus occurrendum? Poſtulat quidem res ipſa gemitus, & invitis licet quærit tamen etiam lachrymis vindicari; nos tamen, Imperator fortiſſime, cauſam noſtram agere nolumus favo-

99 Delectum Militum, conſcriptionem. 1 Qua dabat Poteſtatem Creditori ſupra vitam, & mortem Debitoris. 2 Satius eſt occidi per Imperatorem, quam a Patre.

* Reſpondet object. Adverſariorum, poterat enim ipſi objicere, quod damnandus erat Miles ex eo quia interfecerit propinquum Imperatoris. Reſpondet hac ipſa de cauſa Militem a Mario abſolvendum, nam cum multi virtutes Marii æmulentur, ſi damnare ipſe Militem dicetur, ipſum defendere veluti innocentem corruptorem, ſeu vindicare ipſum nocentem, jam ulterius dici poſſit Tribunum flagitium illud commiſiſſe permittente illud C. Mario.

3 Corrumpitis Judicem, excitando in ipſo affectus erga propinquum. 4 Qui ſcilicet non gravetur, in quo non prævaleat aliqua propenſio in alterutrum. 5 Alii legunt Gratia, ut ſit ſenſus, imponitis pondus gratiæ ſcilicet favoris in Tribunum propinquum. 6 Quibus te premat. 7 Quod ſi penitus Naturam invidorum cognoſco, qui ex omni re tenuiſſima quidem, & vix ſuſpecta materiam accuſandi deducunt, quoniam peccata tua adinvenire nequibunt, objicient, quod ſi non tu, ſaltem propinquus tuus peccavit, quod habuiſti propinquum, qui peccaverit. 8 Scilicet Tribunus qui tuus non eſt ſanguis, cum tu innocens, ille nocens ſit.

Digitized by Google

ANTILOGIA. favore, desperatione. Vir fortis, qui ab audacissimo Milite occisus est, non patietur sic se defendi, tamquam bene Miles occiderit, si non misereamur Tribuni. Si tamen ullus jure potest affectuum patrocinio defendi, quid non sibi vindicat Nepos tuus? Proferte (decet jam ævum inauditumque facinus totus inspectet, totus sibi credat exercitus) infelicissimi Juvenis exanimes artus, & calentia adhuc pectoris transfossi vitalia universis explicite. Intuemini, sacra Principia, Tribuni fata; Romani Militis scelus est. Quibus gloriæ studiis, & quo in immodicum profecturæ virtutis ardore tenerrimum juventæ florem asperis subegit armis infelix; & terribilibus bellorum casibus nondum maturam servire justit ætatem! Quam cara parentum injuria invitos deseruit lares, & revocantes dulcioris matris amplexus, jam tum quoque fortis, jam tum hostibus ominosus, rara quadam severitate dimisit! Qua inde vero fortitudine, per singula Belli Cimbrici discrimina, prima arma, novosque lacertos exeruit, dignus statim qui Tribunus fieret, qui juce Nepos tuus diceretur! Immortalem jam nomini famam, Genti suæ decus eximium, Virum fortem, & futurum fortasse quondam Imperatorem, jam cœperat comparare Reipublicæ. O male suscepti labores, ac tristissima virtutis exordia! Leve est autem quod insidiosissimo scelere periit; excedit illud omnem doloris comparationem, quod maximum perdidit militiæ fructum, fortiter posse mori. Cogita nunc malignos poterit videri te permittente fecisse. 9 An ille si unquam cogitasset se esse propinquum tuum, non has virtutes tuas, inter quas fortuna tua minima est, cum ei velut propius contemplari licuisset, toto pectore haurire debuerat? non huic affinitatis suæ felicitati referre gratiam? Miles te melius imitatur. Quod si post hanc 10 mentem viveret Tribunus, necessarium forsitan erat hac quoque eum premi invidia, quod ista fecisset Marii propinquus, quod ex ipsa stirpe virtutum sustulisset se flagitii soboles. Nam cum bene sit liberata probro familia, quid attinet illud subinde Mario objicere? Optimum fuerat non habuisse talem proximum, aut libenter 11 perdidisse. * Perorata, Imperator, ut mediocritas ingenii mei tulit, causa, scio commendationis partes esse reliquas: sed has supervacuas facit sanctitas tua. Quid enim verear, ne noceat reo humilitas apud te, cui vel gratior potest esse nuda virtus, apud quem maximum est ex se cœpisse? Commendem tibi ordinem 12 caligati Militis, quem velut incrementorum tuorum natalem libenter ab alto 13 respicis? Adhuc fortasse patricium valuerit genus, sed ductum ejus longa serie dignitatis ordinem ipsa virtutum conditione meliorem fecisti. Nondum potuit altius procedere vir adhuc hujus 14 ætatis. Tamen cum virum fortem, cum dignum tuis castris, tuis auspiciis probarim, 15 commendo tibi quicquid melius Miles fieri potest. Hoc quidem profecto non expectas, ut

DECLAMATIO.

Im-

9 Imitatur virtutes tuas melius Miles qui reus, quam Tribunus qui tuus dicitur propinquus.
10 Impudicam. 11 Illum condemnando si viveret.
* Confecta Confirmatione, transit ad Perorationem, in qua 1. ait supervacuam esse commendationem Militis apud C. Marium, cum satis certus sit de ipsius sanctitate, deinde rogat ipsum ut si vult Militem condemnare, illum saltem linquat mori in prælio, quare ipsum ponat in prima acie ante signa, ut sic facilius morti obnoxius sit.
12 Caligati Milites erant Milites primæ, & secundæ Classis; nam Milites reliquarum Classium obtegebant Tibias Ocreis æneis. 13 Respicis ab alto folio, seu consideras ab alto principio annorum tuorum. 14 Ætatis adhuc floridæ, qualis tua. 15 Commendo ut fiat Miles quid quid melius fieri potest, ut quemcumque meliorem statum Miles accipiat, quam hunc reitatis, in quo modo est.

Digitized by Google

DECLAMATIO. ut in extrema actione miserabili fletu, & humili obtestatione vitam genu nixus petat : nec tu rogari ab innocente exigis, nec viro forti opus est precaria absolutione. Unum rogat, ut si quid de causa illius dubitas, des dilationem usque ad proximum prælium: pone in prima acie : pone ante signa (fortiter dixerim) non inter tyrones: ubi plus periculi, quo maximus hostium globus ingruet, specta pugnantem. Affirmo, tunc minus ignoces Tribuno. Liceat ire in aciem, congredi cum hostibus. Si perire debet, rogat te, Imperator, Miles tuus, [16] opera mortis suæ utaris feliciter.

ANTILOGIA. Imperator, quale quantumque facinus nefarius occisor admiserit, quantumque labis Romanis armis intulerit. Vereor jam, vereor, ne sero pereat tam inauditi memoria flagitii; &, meliora licet contra Cimbros, Barbarosque nos maneant, omnibus tamen vivat ætatibus, omnium pareat oculis C. Marii Nepos occisus. Potes quidem, potes igitur, Imperator, causam audire percussoris; Romana tamen Castra volunt de nefariis Militibus vindicari.

16 Utaris opera quam tibi navat, dum moritur perimendo fortasse hostem, seu pro tui defensione moriendo.

Digitized by Google

IN QUARTAM
M. FABII QUINTILIANI
DECLAMATIONEM
ANTILOGIA.

M. FABII
QUINTILIANI
DECLAMATIO
QUARTA.

MATHEMATICUS.

ARGUMENTUM.

Vir fortis optet præmium quod volet. Qui causas voluntariæ mortis in Senatu non reddiderit, insepultus abjiciatur. Quidam de partu uxoris Mathematicum consuluit: Is respondit virum fortem futurum, qui nasceretur, deinde parricidam. Cum adolevisset, qui erat natus, bello patriæ fortiter fecit. Reddit causas voluntariæ mortis. Pater contradicit.

PRO PATRE CONTRA FILIUM.

ANTILOGIA. POsitus, P. C. in eo infelicissimæ necessitatis ambiguo, ut, vel nulla vitæ meæ debeam sperare fata, nisi quæ mihi Filius comparaverit parricidio, vel de tam ominosi discriminis trepidatione, cruciatibus nunquam exsolvi, nisi fortissimum Juvenem ipsum sibi patiar festinare præ-

PRO FILIO CONTRA PATREM.

DECLAMATIO. POsitus, P. C. in ea conditione tristissimæ sortis, ut [1] nec morte dignus sim, nisi me parricidam putetis: nec [2] præmio, nisi [3] me innocentem, adeoque [4] ludibriis miseræ sim [4] diversitatis, vel [4] necessitatis implicitus, ut impetrandum a vobis habeam [5] odii mei [5] favorem. Quæ-

1 Ut quoniam mori volo, debeam me vobis ostendere parricidam; volo enim mori ne sim parricida. 4 Præmio hoc quod a vobis posco ut finatis me mori, quod est præmium meæ fortitudinis. 3 Qui scilicet mori velim ut sim innocens, nec Parricida. 4 Qua modo ad necem mihi inferendam ne sim parricida, modo non impellor; vel necessitatis, qua post hæsitationem diversitatis ad mortem inducor; quæ omnia mihi utpote forti ludibria sunt. 5 Ut & vos faveatis odio, quod in vitam hanc meam habeo, quod per ipsam esse debeam parricida.

Digitized by Google

DECLAMATIO. Quæso præter omnia, quæ ante hoc tempus circa [6] nos ordo [7] prædictæ [7] veritatis explicuit, attuliſſe me credatis urgentium [8] malorum probationem. De parricidio venit, quod occidere me poſſum: de fato, quod mihi non licet mori. Non ſolum Mathematicus ſæculo, temporibusque prædixit has manus, ſed & ego me parricidium credo facturum: plus quam reſponſum, quam ſacræ [9] artis præſagium, triſte eſt, quod mihi ſic minatur animus meus. Non habeo infelix in cogitationibus meis, unde non timeam, & [10] facinus, quod ſibi pro me pietas patris, quodque ſingulorum innocentia rogat, ſentio, [11] patior, agnoſco. Ne quis me tamen laborare putet miſeræ perſuaſionis errore, accipite, cur non poſſim dubitare de fato. Parricidium [12] credit, qui facturus eſt: non timet, qui periturus eſt. Ante omnia igitur a gravitate publica peto, ne pro tota innocentia mea contenti ſitis hoc, quod volo mori. Nec quia videor contendere cum Mathematico, vincere neceſſitates, expugnare fatum, ideo mihi bene credi putetis & vitam. Aliud eſt, facinus non eſſe facturum, aliud mori velle ne facias. Quinimo (ſi qua eſt [13] fides) [14] hoc, quod vos conſtantiam putatis, [15] infirmitas eſt: quod ad [16] ſuprema confugio, [17] animum meum novi. [18] Noviſſima victæ mentis integritas eſt in mea poteſtate, [19] brevi non habebo nec mortem. Fidem veſtram, [20] P. C. ne quid amplius de miſera [21] pietate ſperetis. Qui mori volo, prema, quæſo, ſenectutis meæ ſeu pietati, ſeu reverentiæ contingat, ut ſit mihi ſuperſtes Filius, innocentiſſimus etiam cum admiſerit parricidium. Si de fato venit quod me occiſurus eſt; ſi tantum meretur Mathematicus fidei, miror quomodo facinus ſe non facturum juvenis ſperet, ſi mori poſſit. Quid reluctaris, miſer, quid recuſas? Sive novum hoc gloriæ genus eſt, ut per facinus omnium maximum nominis immortalitate proficias, ſive decore cujusdam mihi mortis famam voluere fata contingere, & laſſatam humanis vicibus vitam inſueta quædam ſors manet, & ſupra meritorum conditionem prædicabilis exitus. Neque tibi exiſtimes aliquid de laude caritatis accedere, quod mortem poſtulas ne Patrem occidas. Si bene noſti divinitus neceſſitatem, ſi credis certi aliquid poſſe de cælorum aſpectu referri mortalibus, contumacia, negligentia eſt; ſi ad meritum Patris attendas, & funeri [illegible] ſuperiores annos, invidia [illegible] eſt ergo, P. C. ut Filium meum violenta quadam pietatis interpretatione ruentem cohibeatis invitum, Patris vero ultro mori cupientis laudetis ardorem, adjuvetis, obſigatis. Credite mortem me, quo affectu Juvenis meus, ultro depoſcere; & parricidio miniſteria jam præbuiſſe quicunque me detinet mori non recuſantem. Neque vero quod vir fortis, caritate jam veſanus ac furens indulgentia ſacræ Legis abutitur, ideo minus contradicere me poſſe putetis. Gratias agimus quod poſtulandum eſt præmium, nec pati poteſt lex interpretatio-

ANTILOGIA.

6 Circa Patrem, & me. 7 Veritatis quæ prædicta eſt a Mathematico, quod eſſe debeam parricida. 8 Quorum alterum parricidium eſt, alterum Fatum. 9 Aſtrologia, Ars divinandi.

10 Et parricidium, quod potius Pater vellet in ſe ipſum committi, ne ego modo moriar, ut ſalvus ſim, ſentio &c. 11 Mihi videor jam pati parricidium, jam ipſum perpetrare. 12 Magnum argumentum quod futurus ſim parricida mihi eſt, quod credo, & quod nihil timeo dum ſum moriturus. 13 Si mihi paulum creditis. 14 Mea hæc deliberata voluntas moriendi, quæ conſtantia videtur. 15 Eſt mea debilitas, mea labes quod futurus ſim parricida. 16 Ad mortem. 17 Qui mihi interne parricidium prædicit. 18 Poſſum ultimo, hoc eſt moriendo juſtificare integritatem mentis meæ, quæ jam parricidii convicta eſt. 19 Quod ſi paulum diferam, jam nec ipſam mortem habebo, qua me juſtificem, quia jam parricidium a me commiſſum erit. 20 Subintellige, imploro, aut ſimile. 21 De mi-

Digitized by Google

ANTILOGIA. tationem, quæ Viri Fortis vitæ ſane commodisque proſpexit. Aſſuetus vero miſer cruori, cædibus, fortiter factis in ſua furit, tamquam in hoſtes olim barbarosque, vitalia; & ſupra omnem formidinem, dubiumque jam poſitus non attendit quam mali ſit exitus mortem quærere invito patre. Si minus Juvenis crederemus affectibus, imputari poſſet voluntariæ mortis votum, non pietatis, ſed furoris, ac deſperationis ingenio. Miſerum deceptæ cogitationis eventu! Falſa ſtatim ipſe prædixiſſe Mathematicum probat, qui credit humanis viribus & conſilio cæleſtibus objici poſſe, & fata mutari. Ante omnia igitur a gravitate publica peto, ne eodem me cum filio meo putetis errore deceptum. Quod olim Mathematico non crediderim, magna probatio eſt filius ad parricidii diſcrimen perductus; quod parricidium modo non timeam, illud vobis conſtare volo, quod ſtudet ipſe, qui [illegible] eſt, non admittere. Abſtulit, abſtulit [illegible] ipſe reſponſo fidem, qui tam horrenda nunciavit, ut crederentur: Nunquam debebat Patri Filius Parricida prædici. Quocirca quæcunque jam de Artis hujus auctoritate advocaſſe me creditis, & quæcunque modo juxta quæſita præſagia oratione proferimus, illa, ut fiducia quadam juvenis mei interpretationi blandiamur, allata volo vos arbitrari, ut ſciat poſſe nos contradicere, etiam ſi Mathematicus vera prædixerit. Quæ ſi fallacia falſaque omnino, lo, ne parricidium admittam, non invenio quemadmodum illud poſſim non facere victurus. Nam quod ad patrem pertinet, qui me retinet vivere nolentem, non miror, quod adhuc recenti [22] gloriæ noſtræ gaudio ſtupet, & in opera mea totus oculis, animoque converſus, parricidam non videt per virum fortem. Hic eſt animus, quo me, quamvis denunciatum, prædictumque [23] ſervavit: & cum [24] incertis adhuc, dubiisque virtutibus præſtiterit, ut viverem, præſtat [25] meritis, actisque, ne moriar. Nunc ille, quod pietate, quod videor ipſius perire [26] reverentia, vocat [27] parricidium ſuum: & in orbitate, quam facere ſibi videtur, non remedium meum, ſed ſuum ſpectat [28] affectum. Filius, qui vult mori, ne parricida ſit, aliter ſibi videtur remunerari non poſſe, quam ut ipſe moriatur. * Merito prorſus, merito miſerum ſenem triſtes ſolicitudines, & præſcii metus ad Mathematicum, & reſponſa miſerunt. Debui vir fortis nunciari, parricida prædici. Sive enim miſeræ conjugis prodigioſa fœcunditas tumultuoſis pulſibus maritales inquietavit amplexus, ſive per [illegible], dirosque ſomnos feralibus ſenex imaginibus agitatus dicitur ad notiſſimum ſacræ artis antiſtitem, non ſpes, non avida vota, ſed ſuſpiria, metus, & præſagium magni neſcio cujus incerti detuliſſe pallorem. Quid aliud hoc eſſe vultis, P. C. quam pri-

DECLAMATIO.

ſera pietate mea nequidem amplius ſperetis, niſi fore ut ipſe me velim interimere ne ſim parricida, cum certo ſciam me futurum. 22 Quam in bellis adeptus ſum. 23 In vita poterat enim me interimere, ne a me interimatur. 24 Ita fortaſſe intelligendus eſt hic ſenſus, ut dicat, neſcio pietate magis me ſervando, quam parva cautione ſervando parricidam, qua diviſione explicatur illud, virtutibus incertis, & dubiis. 25 Quibus meretur ut ipſi obediam nec moriar. 26 Ne ipſum interimam Patrem. 27 Putat ſe committere parricidium, dum ego propter ipſius cauſam morior. 28 Amorem, pietatem in me.

* Expletum eſt Exordium, in quo Filius primo adducit duas cauſas propter quas inducitur ad mortem; prima, quia interne ſentit ſe parricidium facturum; ſecunda, quia ex conſtantia qua ſubit mortem noſcit parricidium jam in Fato eſſe. Secundo petit, ut non credatur ipſum velle mori, quod velit mori, ſed ſe velle mori ne Parricidium committat, quod denuo colligit ſe facturum, eo quod confugit ad ſuprema. Ultimo rogat judices, ne rationem habeant repugnantiæ Patris, ipſe enim prohibet Filio ne moriatur, quia videns ipſum glorioſum & fortem, non putat parricidam, ulterius quia valde amans, & pius eſt in Filium.

Digitized by Google

Declamatio. primam fatalis instinctus necessitatem? De partu uxoris non potuit non interrogare, deinde non credidit. Referam nunc, P. C. cujus artis, cujus fuisse dicatur auctoritatis, quem putavit adeundum, [29] qui sic timebat. Homo qui, quod certum habeo, plurimis meruerat experimentis, ut ad illum velut ad oracula deorum, plenumque sacro spiritu pectus, hominum solicitudines, metusque confugerent, dicitur inspecta totius [30] ratione cæli, digestis syderibus [31] in numeros, ad publici, [32] privatique fati stupuisse conspectum: & tanta prosperorum, tristiumque congerie magis ipso [33] consultore perterritus, diu non commisisse verbis, quod videbat. Sed, o virum gravitatis antiquæ, dignumque, cui se fatorum arcana nudarent! Cum partus, de quo quærebatur, multa præstaret propiora prospera, lætos incipientes annos, non fuit contentus meliora edicere, sed (quæ certissima est vera proferentium fides) quicquid deprehenderat, protulit in medium, & proclamavit futurum virum fortem, deinde parricidam. Quis unquam, P. C. fiducia majore respondit? Cum summum facinus denunciaret, ante se dixit probaturum. Fecerat profecto, P. C. interrogando Mathematicum Pater rem non [34] educaturi, si quid tristius comperisset, nisi hoc primum de fato fuisset, ut viverem. Sed nec Mathematici fides circa momentum aliquemve cessavit ordinem: non numerus fefellit, non sexus in partu, non juventa, non robur. Illa quoque, quæ velut extrinsecus consentiebant, affuere responso, bellum, hostis, acies, ad illam ipsam, qua fortiter facere poteramus, ætatem. Pater vero [35] periculo, ut erunt docta, constiterint, tunc vestram obsecrabo obtestaborque fidem, ut Virum servetis, qui rursum pro Patria proficiat, qui præmium optet, cui contradici non possit. Viro forti nulla indignior est remuneratio, quam quæ præstat ne imposterum fortiter faciat. Nescio, P. C., quæ me vis impulit ut, veluti de uxoris partu sollicitus, ad Mathematicæ Artis responsa confugerem. Nunquam sane putavi reddendam mihi rationem. Non inquietavit amplexus nostros miseræ conjugis prodigiosa fœcunditas; non sum per anxias noctes, dirosq; somnos feralibus imaginibus agitatus; neque, ut statim dicam, plus dubitavi quid mihi prædiceretur, quam quod prædictum est modo timeam. Quid me, Juvenis, adeo sollicita voluntatis nostræ interpretatione lacessis? Virum consului, postulavi præsagia, tamquam non futurus pater, tamquam non maritus. Non artis igitur religione compulsus, non eruendæ, veluti de Numinum fonte, veritatis impatientia anxia vota, securamque spem ad hominis arcana protraxi; sed illa utique adivi curiositate, qua sæpissime abimus in vulgus, qua ignari sectamur errantes, cujus, si velimus etiam, ne causas quidem reddere valeamus. Scire nunc præstat quid interrogatus de uxoris partu nunciaverit. Filius, inquit, nascetur Fortis, deinde Parricida. Miraris, Juvenis, fiduciam responsi? Ego vero nunquam minus Astrologo credendum judico. Homo, qui non trepide, qui nullo verborum ambitu filium tam ominosum patri spopondit, is docuit primum se præsagio non credidisse. Si facinus vere novit, non poterat ad tam tristis fati non horrere conspectum; nulla certior esse debuit mendacii probatio, quam tam

Antilogia.

29 Pater meus. 30 Constitutione cæli sub qua natus sum. 31 Efformatis variis figuris, characteribus, seu numeris ex positione Syderum. 32 Ad conspectum fati quod mihi impendebat, dum in publico operabar, seu pro publico hoc est pro Patria, & dum in privato hoc est parricidium.
33 Patre meo qui ipsum consulebat. 34 Filium. 35 Quod ipsi impendebat in meo parricidio.

Digitized by Google

ANTILOGIA. tam audax inconsultumque responsum. Quantum ego vero credere tunc incæperim, hinc accipite. Filium qui natus est educavi, dilexi; excepi amicorum gratulationes, civitatis universæ voces, tamquam nihil Mathematicus prædixisset. Proclamat nunc Juvenis singula affuisse responso: Non numerus fefellit, inquit, non sexus in partu; ipsumque hoc miser contigisse miratur, ut fortiter faceret. Scire autem vultis, quam facile decipi poterat Mathematicus? Poteram filium ad bella non mittere. Ipse tamen, P. C. laxavi furentis impetum, & pronam ad arma sanguinemque juventam ipse ultro impuli, inflammavi, coegi. Tenero adhuc lateri hisce manibus ensem aptavi, ferrum pectori nescio circumdedi; dimisi unicum osculis, amplexu, singultibus, non ut dubia subiret belli discrimina, nec ad parricidium reverteretur, sed ut pro Patriæ, Civiumque salute proficeret. Quid in acie præstiterit, ipse jam ad vos, P. C. omnium ore linguisque defertur. Non igitur referam tectos cædibus campos, & supra humanæ fortitudinis vires operatam dextram, & pectus impavidum. Non habuit tristissima bellorum facies quod juveni timendum objiceret; nemo fortius præsentem mortem, & terribilium sustinuit aspectus; nemo, uno verbo dicam, plus meruit, ut mori volens servaretur. Scire vultis quantum sibi gloriæ, quantum comparaverit meritorum? Virum fortem universa Civitas prædicat; ideo licere sibi uti putat sacræ Legis auctoritate, ut præmium optet quod velit. Ad parricidium se igitur venisse clamat infelix, solum hoc facinus superesse necessario facturo; mortisque præmium vir fortis postulat, ne Patrem oc- riculi sui denunciatione non territus, arma mihi pater (proh tristis necessitas!) arma ipse circumdedit, & suis ad pugnam manibus aptavit, tanquam Mathematico id jam credidisset. Quis miretur, quod responsum non contempserit, dum sperabat, ut fortiter facerem? Mori me non vult, & jam non supereſt nisi parricidium. O mors laudanda fortibus, expetenda miseris, non recusanda felicibus, quantum te quæsivimus in bello? Tuli enim (deos testor) in aciem, [36] tuli non virium jactationem, non gloriæ cupiditatem, sed, ut patriæ præstaret aliquid utilitas mei, ut hunc mihi deploratum spiritum, hoc destinatum, damnatumque corpus, publicarum utilitatum usus absumeret. Ibi miser primum didici, quam multa nescientes, quam multa faceremus inviti. In medios hostium globos perditus pugnator exilii, cessit acies. Densissima quæque certamina solus invasi, resistere nemo sustinuit. Obviis ictibus membra nudavi, & ad incurrens ubique ferrum [37] vitalia parata circumtuli: vacua circa me tela ceciderunt. Miserum me deceptæ cogitationis eventu! fortiter feci, dum [38] mereor occidi. Recedite gratulationes, abite laudantes: non circumeo templa, non reddo vota numinibus, ad parricidium [39] veni. Quem ego paulo ante passus sum miseræ conscientiæ pudorem? Ad Patrem arma non [40] retuli. Timui quinimo ne mihi, dum revertor, occurreret, ne in oscula mea, plenasque adhuc victricibus telis manus incauto rueret amplexu. Quam tunc inter cæteras exclamationes deducentis exercitus vocem, quod circumstantis populi murmur excepi? [41] Magnum, feli-

DECLAMATIO.

36 Cautione omni destitutus. 37 Alii desent *parata circumtuli*. 38 Ne fiat parricida. 39 Dum a bello regredior. 40 Quando reversus sum, æquum enim erat ut post reditum arma sua ad Patrem referret, quas superius dixit se a Patre accepisse. nor. 35. 41 Sic enim post tantam acquisitam in bello gloriam felix, & gloriosus morerer non commisso parricidio.

Digitized by Google

DECLAMATIO. felicemque me juvenem, si subito morerer. Adjuvate dii pariter, atque homines, dum perire concupisco, dum volo: miseremini, ne hunc ardorem fugientis animæ dilatione [42] laxetis. Proclamo, testor, in novissimo fati stamus abrupto, prope est, ut occidat Patrem parricida prædictus, cum est mori paratus. Quid me, Pater, adhuc detines? Quid moraris abeuntem? Melius quidem fuerat hunc spiritum aut in ipsa maternorum viscerum sede comprimere, aut, ut primum contactu suo cœlum, terrasque polluerat, festinata morte dimittere. Sane tamen charitas patriæ privatos vicerit metus, & in [43] honorem virtutum scelera nutrita sint: quicquid est propter quod educari me tanti fuit, [44] explicitum, peractumque est. Restat [45] una pars fati, [46] ultimum, [47] solumque facinus. Frustra me consolaris [48] æquanimitate, patientiaque tua. Non idem utriusque nostrum [49] discrimen agitur. Tu mori periclitaris, ego Patrem invitus occidere. Hoc primum itaque excuso vobis, P. C. quod [50] præmium peto: satis sit hactenus viri fortis nomen agnoscere, hucusque autoritatem sacræ legis attingere, ut illam in advocationem [51] sacræ mortis adducam. Relaturum me putatis illa optionum verba solennia, non capere magnorum pretia meritorum solas [52] æquitates: tanta remunerandum benignitate, quod fortiter fecit aliquis, quanta solicitaretis ut faceret? [53] Nemini occidat. En Virum, P. C. cui petere liceat remunerationem invidiæ, præmium desperationis. En illum, quem vos, quem patria, pro quibus fortiter fecit, ad tam immaturæ mortis juvetis fata; cujus erigatis dexteram si trepidet, cujus jugulo gladium aptetis. Testor immortales Deos, debetur tantæ pietati paterna etiam, ac publica reverentia; servanda est tam præclara fortitudo, etiam si debeat admittere parricidium. Quas nunc igitur patimur difficultates, & similes insuetæ diversitatis angustias Pater ac Filius! Uterque caritate certamus; uterque pietati alterius obsistimus. De Filii magnanimitate venit ut postulet mortem; de Patris affectu ut contradicam. Ignoscite, P. C. Juvenis mei seu religioni, seu pudori; meam vero, si falsa denunciavit Astrologus, confirmate senectutem, adjuvate necessitatem, si mori debeo. Volo statim, P. C. auctoritate nostri nominis uti; vincendus est enim Juvenis paternæ voluntatis reverentia, ac pietate. Pater contradico. Pater, ita te vivere jubeo; ita te mori nolo. Malus filius his vocibus cogi debet; bonus ultro rapi, exilire, procurrere. Quodnam mihi prætendas summum jus meritorum, virtutumque favorem, ut patri filius neges obsequium, ut exire possis de necessitate parendi? Nulla tibi sit lex tam sancta, ut non pariter valeant volentis patris imperia. Vivit hæc semper cum ipso corpore reverentia, nec ipsa morte consumitur; post

ANTILOGIA.

fata

42 Debilitetis; tepefaciatis. 43 Fortitudinis, quam in me prædixerat Astrologus. 44 Cum enim oporterit me educari solum ut fortiter facerem, jam non restat amplius cur vivam, cum jam finierim fortiter facere. 45 Parricidium. 46 Ultimum, non quod alia commiserit facinora, quorum parricidium sit ultimum, sed ultimum hoc est majus, ac gravius, cujusmodi est parricidium; quod adeo atrox judicatum est, ut videretur impossibile quod quis posset committere, quare a Dracone tam severo Legislatore nulla parricidio poena statuta est. 47 Cum nulla peregerim facinora.

48 Qua mavis manibus meis mori, quam ut ego intempeste moriar. 49 Non impendet nobis, Judices, discrimen par, tibi enim impendet mors, mihi vero quod sim te invitus occisurus. 50 Quod in præmium fortitudinis meæ peto, juxta facultatem mihi præstitam a Lege, ut mihi liceat mori. Se autem excusat, quod videretur nimis ambitiosus, judicando se Virum fortem, dum præmia fortitudinis petit. 51 Sacræ, quia sit veluti in piaculum sceleris mei. 52 Hoc est, magna opera non esse remuneranda æquitate, sed tota justitia, quare cùm ego virtute Legis optem in præmium mortem, non debetis illam mihi æquitate negare, sed rigorosa Legis justitia concedere. 53 Nulli unquam

Digitized by Google

ANTILOGIA. fata quoque, post cineres durant adhuc parentum vota, jubentque viventibus. Tanto nos primum Natura parens ditavit imperio, dum singulis merita quibus uteremur imposuit; hoc inde nobis voluere gentium omnium jura, sapientumque omnium instituta firmatum. Pater ita jubeo. Quid reluctaris? Quid afferes, cui magis credendum sit? Pater ita jubeo. Merito, P. C., possum irasci quod sit mihi reddenda ratio, cur filius præstare debeat obedientiam necessitatis: Nunquam minus vero pater interrogetur, quam cum filio jubet ut vivat. Utar argumentis igitur causæ tuæ. Parricidium denunciavit Astrologus: Volo sacræ Artis responso religionem adhibeas. Non deprecor moriturum, si exire de vita quæris, humanisque casibus eripi; volo tamen ut parricidii tempus expectes, quod prædictum est, quod debet absolvi. Fatum putes, Juvenis, quidquid me movet ut contradicam, & hæc omnia esse properantis necessitatis momenta; debes facinus jam admittere, ut probes te merito credidisse. Neque favere tibi existimes jus præmiorum, & sacræ Legis indulgentia permitti quidquid inconsulta quadam libidine postules. *Vir fortis optet præmium quod volet.* Bene est, P. C., quod præmia petenda sunt; nec aliud optare debet Vir Fortis, quam remunerationem. Ita credidere Majores mini unquam minus solvendo civitas fuit: præstiti [54] post quod mori continuo deberem. Sed securi estote de aviditate [55] summæ potestatis: illud infinitum, illud immodicum, quod nobis voluerunt licere leges, [56] intra se consumit ille, qui meruit. [57] Titulos, imagines, honores servate victuris, mihi præstate [58] salutem patris, [59] innocentiam meam, [60] temporum pudorem. Quæso ne mihi ideo præmium negetis, quia fortassis & hoc debeatis [61] odisse, quod fortiter feci. Extra invidiam est optio, cum id exigam, quod impetrare potuissem, etiam antequam fortiter facerem. Nam quod obiter optionis reddo rationem, quæso, nequis ideo me parum aut [62] præmio fidere credat, aut [63] causis, quia [64] utriusque [65] juris miscui preces. Ignoscite ardori perire cupientis, quod pariter imploro, quæ singula sufficere potuissent. Fidem quinimo vestram, siqua adhuc lex est, quæ adjuvare possit mori volentem, commodate, conferte. Est [66] utriusque juris & autoritas, quod in mea morte tribuatis. Præstate causis, ut moriar, præmio, ut sepeliar. * Sentio, P. C. hoc primum ab affectibus publicis petendum, ne quis ideo mori me velle non credat, quia potius ad causas, ac verba confugi, quia a vobis malui petere, quicquid ab his potui manibus accipi-

DECLAMATIO.

minus par fuit in referenda gratia pro beneficiis in Patriam collatis Civitas, quam mihi. 54 Post victoriam a me reportatam præstiti ut subito deberem mori ante parricidium. 55 Quam mihi Lex permittit ad præmium quod volo petendum. 57 Intra se tenet, nec profert, nec petit ille qui meruit, ex omnibus enim quæ posset licite petere nihil petit, solum postulat mortem. 58 Qui morti proximus est. 59 Ne ipsam contaminem parricidio. 60 Ne futurum sit ut ipsos pudeat, quod me habuerint parricidam. 61 Velletis enim me potius non feciſſe fortiter; sic enim falsa dixisset Astrol. ideoque timeri posset ne falsum nomen sit, quod fecit de parricidio, quia tamen vera fuit fortitudo prædicta, ideoque timendum est pro certo & parricidium; seu odisse, melius enim erat me facientem male periisse. 62 Mortis facultatem quam peto. 63 Quæ me impellunt ad ipsum. 64 Quia miscui preces mortis, nimirum præmii, quod mihi ex Lege debetis dare; & causarum quæ me ad ipsam impellunt, nimirum ne fiam parricida. 65 Dicit Juris preces, quia precatur, licet posset quadam auctoritate sine ulla petitione, sibi mortem inferre, tum propter præmium, tum propter causas. 66 Vide not. 67.

* Hic incipit Confirm. in cujus principio confutat duas objectiones, prima quarum erat suspicio ne vere ipse vellet voti, cum statim a prælio non se interemerit; Resp. quia hoc fuit desiderium sepulturæ, deinde desiderium tranquille & omni jure moriendi.

Digitized by Google

DECLAMATIO. cipere. Merui, fateor, malignas interpretationes, vir fortis ut morerer: a bello reverſus arma poſui, populi favorem, gaudia civitatis intravi. Sed ſive hoc eſt ſepulturæ ſuæ magna reverentia, peſſimeque additæ pectoribus humanis infirmitates, ut eſſet, [67] quod timeret, qui non timet mortem: ſive decuit innocentiæ amore pereuntem tranquillitas magna pereundi: ignoſcite, quæſo, cunctationi, patientiæ, moræ. Si me continuo occidiſſem, tanquam parricida moriebar. * Neque eſt, P. C. quod excludi præmium putetis contradictione patris. Eximus per magnorum operum reverentiam de neceſſitate parendi, & aut interim nobis magna venit contra nominis hujus potentiam de virtutum favore libertas, aut obſequia peracta demum optione repetemus. Non eſt quod vos reſiſtentis moveat auctoritas: neminem invenias mori volentem, qui non habeat aliquem vetantem. [68] Ille, cui præſto non ſunt pignora charitatis, lacrymis tamen [69] audientium, & conſolationibus, & promptiſſima ſemper exhortatione retinetur. [70] Parentibus vero circa liberos unus affectus eſt, favere vitæ, timere mortem. Non habent patientiam nec juſtæ orbitatis, & inter ſupplicia licet pœnasque, omnes tamen illis innocentes, omnes miſeri ſumus. Ego, P. C. communem hanc impatientiam ſenis accendo pietate, reverentia. Fieri non poteſt, ut ſe mori debere perſuadeat patri filius, propter quem ſe videtur occidere. ** Hactenus

ANTILOGIA. jores noſtri aptiſſimum genus eſſe præmiorum, ut petat ipſe ille qui meruit. Voluere tamen publice reddi cauſas optionis, ut, & in immodicum hominum ſtudia non creſcerent, & quilibet illud auderet optare, cui contradici non poſſet. *Vir Fortis optet præmium quod volet.* Jam non eſt igitur lata Lex, ut quæcunque voluerit acquirat qui fortiter fecerit, neque virtutum merita voluit male ſana interpretatione corrumpi. Fingite iterum animis veſtris, P. C. pervicax, coactumque diſcrimen. Mortem poſtulat jure præmii Vir fortis. Debet hoc ſane vetari, ſi cauſas non habet; neque, ſi habeat, concedi poteſt. Novi & inauditi genus exempli eſt, ut mors remunerationis loco quæratur, neque poteſt de munere ſacræ Legis contingere hæc voluntaria ad obitum properatio, hæc invidia vitæ. Primum eſt, cæterisque præcipuum Viri fortis præmium, ut vivat. Tu petis, ut tibi mori detur, cujus tam profuſe remunerandi non capit æquitas magnorum operum præmia, cui ſolvendo Civitas univerſa non fuit? Illa vero te ſibi ſic ſervandum putat, ut patriæ bellis iterum fortiter facias, ut dignior fias qui poſtules præmia. Quid providæ Legis indulgentiam iniqua interpretatione laceſſis? Jure præmii poſtulas, quod unicum negandum eſt Viro forti. Advoco nunc ſacræ Legis alterius auctoritatem. *Qui cauſas voluntariæ mortis in Senatu non reddiderit inſepultus abjiciatur.* Videte an voluerit Lex optima aliquid eſſe, quod negari deberet etiam præmia petenti. Illi enim ſane con-

67 Nimirum objectio corporis inſepulti, ſi cauſas non reddiderit.

* Secunda object. quia Pater contradicebat. Reſp. 1. hanc neceſſitatem parendi diſſolvi a magnis operibus. 2. neminem eſſe qui ſi velit mori non habeat contranitentem. 3. hoc eſt Patris pietas, quia non vellet mori Filio adeo forti, atque innocenti.

68 Qui vult mori. 69 Parentes propinqui qui majorem detineant. 70 Decretum ſuum, verba ſua de morte voluntaria. 71 Aliis Parentibus.

** Primum argum. quod probat neceſſario dandam ſibi eſſe facultatem moriendi; quia non eſt negandum jus præmiorum, & quia habet cauſas, & non poteſt negari nequidem ei qui non habet cauſas licet petat, non eſt enim credibile ut temere petat mortem; quod autem ſibi ſint cauſæ moriendi,

Digitized by Google

ANTILOGIA. contradici ac negari poteſt, cui cauſæ reddendæ ſunt; & ſi bene novi providæ Legis ingenium, non hanc timidis latam eſſe puto, ſed fortibus. Novit qua conſtantia ruatis in mortem, & ſi varia vos humanarum hæc premant adverſa, ſuprema ſtatim fortitudinis quadam deſperatione quæratis. Nullum eſt vobis ſanguinis, cauſarumque diſcrimen; eodem vos ipſos, quo bellorum hoſtes odiſtis ingenio. Anceps vobis ferrum, & manus prona ſemper ad vulnera, ad cædes. Quantulum mori ſit ipſe probat, qui præmium eſſe prædicat mori. Objectum eſt igitur Viro forti quod formidaret, quo cohiberetur. Juſſit Lex optima voluntariæ mortis publice reddi cauſas, & reverentiam ſacræ voluntatis accedere, ut ad funeris exitum trepidaret quicunque vitam ita negligeret, ut nec viſa morte quateretur. Quam bene, P. C. de ſacrarum Legum auctoritate univerſa conſentiunt! Illa præmium peti jubet; hæc audaciora voluntariæ mortis vota coerçet, ut nullam unquam moriendi cauſas reddere valeat, quicunque non poſſit petere, niſi præmium. Abſoluta nunc eſſet cauſa, P. C., cum mors optari jure præmii non poſſit; ſed reddendæ rurſum Juveni ſunt caritatis inconſultæ rationes, etiam ſi Pater non contradicat. Statim non mirari igitur nequeo, quod mori velit, ut caſibus rapiatur humanis, ut de vitæ hujus calamitatibus feſtinet erumpere. Hæc erunt nempe hominis vota, qui bellorum ſæva diſcrimina, & terribilium minas forti animo toties paratoque ſuſtinuit. Illum ne feretis dicentem, mortem poſtulo jure præmii Vir fortis, qui ad brevis hujus ævi, & labentis ſemper ætatis formidet occurſus, qui trepidet incertis vicinus leges, hactenus merita virtutum: veniamus ad neceſſitates. Mori volo, mori volo, ita ut reddidi cauſas. Ita non ex hac deſtinatione ſentitis, quicquid dici poteſt, quicquid dici non poteſt? Videritis, [71] quid nos hucuſque protulerit, hinc incipit ratio. Quod volo, fingite unum ex populo, turbaque petere jus præmiorum. Non debet hoc vetari, quoties habet cauſas: non poteſt, quoties non habet. [72] Scilicet enim verendum eſt, ne ad hoc inconſulte, ne temere levitas humana proſiliat: & credibile eſt, ut quicquid apud hominem pro vita dici poteſt, ipſa ſibi vita non dixerit. Abite gratulationes, ſilete blanditiæ, quoties jam putatis noluiſſe me mori? Primum hoc maximum, quod pro incolumitate hominis natura commenta eſt, ut periremus invitî; & contra tot adverſos caſus, patientiæ nobis æquanimitate ſuccurreret. Inde eſt quod inter luctus, & deſperationes fœda vivacitate duramus. An vos me moveri non creditis quod juvenis ſum? quod modo vitæ voluptates, modo gaudia lucis ingreſſus ſum? Quantopere mihi blanditur, quod publicis ex acie reportatus humeris lætitiam civitatis implevi? Quoties mehercle, hæc vulnera, & rorantia hoſtili cruore arma complexus, animum ſupra [73] neceſſitates erigo, ſupra [74] fatum pono. Sed omnia mihi jam diſcuſſa, conſumpta ſunt, & honeſta pereundi ratione victa ceſſerunt. Quid mihi amplius cum corpore, quod oderunt oculi tui, cum quo quotidie [75] properans anima rixatur? Non ſunt mea membra, quæ poſſim (velut hoſtis alicujus) laceſſare, confodere. Homini, qui ſemel re-

DECLAMATIO.

id probat ex eo quia alioquin habere cauſas optaret, quinimo vivere. 1. quia Juvenis eſt, 2. quia tantum capit palmarum ex Victoriis ſuis.

71 Vide not. 67. 72 Ironice. 73 Quaſi nihil mihi futurum ſit neceſſarium. 74 Quaſi pro libitu meo Fatum meum flexurus. 75 Properans ab ipſo exire.

Digitized by Google

DECLAMATIO. 76 renunciavit rebus humanis, non redditur 77 vita, sed 77 tempus: & ipsa cupiditas, ratioque pereundi hoc ipso, quo vetamur, 78 accrescit. Felicior mehercle qui moritur antequam velit. Penesero renunciat vitæ, quisquis sic ad exitum pervenit, ut hoc illum facere nemo miretur. * Ei tantum debet mors negari, de quo non sufficit hoc pœnæ genus, ut ipse se potius occidat. Nam quod lex jussit, ut moriturus redderet causas, quod insepultum voluit abjici, si sic properasset erumpere, ut non nunciaret hoc prius, non fateretur: fallitur quisquis ideo factum putat, ut teneremur 79 in vita. *Ille* vero non timet pereundi temeritatem, nec secretum doloris alieni libenter inquirit. Sciebat illos non aliter ausuros proferre causas, quos sceleris conscientia, quos majoris cruciatus metus in suprema compelleret. Igitur ne supplicia properato lucrarentur obitu, rursus in pœnam nocentes insepulti corporis revocavit injuria. Lex placida, mitis, causas mortis 80 reddi voluit, non 80 æstimari. † Possum igitur, P. C. publica quadam voce generis humani respondere quærentibus causas mortis interrogatus: at ego 81 difficilius rederem vitæ. Quid juvat, o misera mortalitas, animam per tot annos (etiam si natura patiatur) per infinita temporum spatia tristissimo corporis retinere complexu? Si cuncta gaudia nostra, si voluptates, & quæcunque vicibus, & cum ipsa, quæ virtuti servit, non audeat fortuna luctari? Perdidit meritum omne virtutis, cui potest aliquid objici, quod pati non valeat; & si quem nullis vita dimisit adversis, illum fortem, beatumve non dixeris. Infirmæ prorsus, & languidæ mentis est recusare modicos, &, si cum æternitatis glorieque præmio compares, levissimos casus, animumque ad degeneris vilitatis ingenium ignave componere. Quid enim Viro forti miserum sit, nisi quoties indigna trepidatione recogitet? Quæcunque igitur vocas debilitates, luctus, spatia morborum, hæc te dolente, te proclamante censentur. Accipe quantum hoc pusilli animi sit & abjecti. Mortem te optare jam probas, non ut voluntarii exitus laude suprema vitæ spatia claudantur, sed ne tibi sit iterum durius inter discrimina, & terribilium occursus agendum. Memento, Juvenis, animus labore perficitur, & numquam majus virtutibus meritum, quam de difficilibus ac duris accrescit. Quisque potest facili sanguine detrectare formidines, cruciatus, adversa; majoris exempli est in ipsis calamitatibus grandis, fortisque patientia. Nihil indignius tandem Viro forti esse judico, quam sibi uni vivere, ac mori. Quam potius mihi, Juvenis, optanda mors est, quem ad exitum ætas jam resoluta præcipitat; quem laboribus, infirmitatibus destinat, ad tristitiam senectutis impellit. Frangatur mortalitatis hæc laxa jam, tremensque

ANTILOGIA.

76 Vale dixit. 77 Vita Hominis qui rebus renunciat non est vita, sed quædam mortua duratio, quodam tempus, sed non in vita &c. 78 Utpote qui nitimur in vetitum.

* Secundum argum. quia illi debet negari mors, ad cujus supplicium non sufficit si ipse se occidat; & hic interpretatur Legem quæ jubet reddi causas voluntariæ mortis, non ut omnes, & qui præsertim merito mori volunt, objiciantur huic necessitati, sed ne sibi ipsis inferendo mortem præveniant supplicium publicum.

79 Alii legunt *invisi*. 80 Sátis legi est ut reddantur causæ, ipsas non æstimat, scit enim reos numquam causas reddituros, ipsa autem sic jubet, ne rei præveniant morte voluntaria supplicium; quod si prævenire velint absque redditis causis, in novum supplicium statuit abiectionem corporis insepulti.

† Tertium argum. se velle mori, quia vita hæc non est, nisi brevissima & plena miseriarum, & infelicitatum, quæ augentur magis, quo crescunt ætates.

81 Difficilius mihi esset reddere causas cur velim vivere.

Digitized by Google

ANTILOGIA. que compago ; pereat hoc, dum nondum toto adhuc senio corpus exiluit, cujus jam languore perculsus ipse deficere paulatim incipit animus. Abiere meliores dies, & quæcunque vividas oblectant ætates deseruere miserum hominem, ac tempori jam cadentem. Quantum poterat gaudiorum, & felicitatis optari peractum est ; nec minus laudo quod, raro inter fragiles mortalium rerum casus exemplo, prosperiori quadam annorum dignitate consenui. Quidquid jam supereſt, infirmitas, labor est. Vultis ut in ævi postremos lapsus frigida, & reptantia membra trahantur; ut inane corpus, enervisque vita tam longam patiantur mortem ? Reipublicæ prorsus inutilis, universæ familiæ gravis, quid differo ultra suprema? Quam ipse ultro postulo genus hoc mortis, quam, si qua fides, mihi fata portendunt, ut post exactam melioris temporis fortitudinem, post inspecta senectæ jam properantis initia, neque tamen infelicioris ætatis everberatus anguſtiis, ad non dubiam exitus horam compoſita jam mente festinem! Quanta me sit filius meus etiam occisurus pietate, non dubito. Si parricidium recusas admittere, ad quod te syderum, cælorumque jussa compellunt, illud tamen non detrectare deberes voto miserationis. Te ne vero, Juvenis, satis vixisse credis, quod meritus es semel in bello; & quod primo fortitudinis nomine ad quamdam es gloriæ sortem evectus, felicem te putas, tamquam jam virtute senueris? Viri fortis in ipsa senectute brevior est ætas; & hominis, cui privata & publica debet utilitas, immaturus semper est exitus. Quidquid es hactenus laudis adeptus initia sunt; & cunque ex hac universitate mundi vel solicitant aspectu, vel blandiuntur usu, diligenter excutias, tota vita hominis unus est dies. Humiles prorsus, abjectæque mentes, quas non implent hæc eadem, semperque redeuntia : ut qui honestis operatus artibus sciat, quis finis honorum, quæ vera felicitas, nunquam sibi videbitur præmatura morte periturus : & lucis causas ad animum, mentemque referentium neminem quotidie vita non satiat. Relaturum nunc me putatis, quanto plura sint in hac ævi brevitate fugienda : comparaturum gaudiis propriis metus, calamitates ? Illa illa æstimemus propter quæ fatigamus votis deos, propter quæ brevem querimur ætatem. Nempe sunt vanitas, cupido, luxuria, libido. Non pudet propter hæc ferre debilitates, luctus, spatia morborum, & cum liceat evadere, malle pati ? Finge tibi velut ipsam proclamare naturam, receptus es in hoc pulcherrimum mundi, rerumque consortium, & per succedentium vices in ordinem mortalitatis natus, bona nostra vidisti : admitte posteros, cede venientibus. Nescis te, quanto diutius vixeris, tanto magis impatientiam parere ? Quantum libet prorogentur tempora, jungantur ætates, quandoque tamen non potest non exitu perire miseri, qui moritur invitus. * Miraris quod suprema mea ipse præcipitem ? Nunquid enim non hoc agunt singuli dies ? Omnis nos hora per tacitos, fallentesque cursus [82] applicat fato, & in hac turpissima [83] perpetuitatis cogitatione districti, per exigua festinantis ævi momenta [84] præmorimur. Faciamus potius DECLAMATIO.

* Quartum argum. quia non est cur ulterius vivat, satis enim vixit gloriæ, quam adeo comparavit dum fortiter fecit, adeo ut nihil possit majus ipse acquirere, etiamsi diutius vivat.

82 Approximat. 83 Perpetuitatis in vita, cui semper cogitamus, quam assequi vellemus.

84 Adverte aptissimum verbum, morimur antequam finiamus, antequam cessemus a turpissima nostra illa cogitatione.

Digitized by Google

DECLAMATIO. tius de fine [85] remedium, de neceſſitate ſolatium: exeamus ſponte, conſilio, pleni ſecuritatis, gratias [86] agentes. Solus vixit quoad voluit, qui mori mavult. Indulgete, quæſo, ſævæ, triſtesque cauſæ, indulgete virtutes, ut mori tanquam magno animo velim. Ita non ſufficit ad maturandos [87] exitus, quod fortiter feci? Infirmæ prorſus, terrenæque mentis eſt, ut numeretis annos: ego (quæ feliciſſima vel laſſitudo, vel [88] ſatietas eſt) virtute conſenui. Quid adhuc inter accidentia, [89] fragilesque caſus ago? homo receptus in publicas gratulationes, præſentiæ humilitate [90] decreſco. Minores fiant neceſſe eſt diuturnitate, quorum initia confirmavere ſucceſſus, cum jam nec [91] oneribus, nec [92] felicitati poſſit accedere. [93] Cum fortuna ruere dementia eſt, & ætatem trahere pereuntem. [94] Nullos ego ſenes degere turpius puto, quam qui fortiſſimi fuerunt. Vultis expectem, ut putres artus fœdet pudenda canities, ut ſanguine membra vacuata vix nitantur ad greſſus, ut hæ laudatæ manus, nec ad quotidianæ vitæ miniſteria ſufficiant? Quam miſerum, quam [95] deforme eſt meminiſſe quod fueris! referre cicatricum tuarum redundationes, & [96] frigidam præteritorum memoriam, cum jam fidem membra [97] non habeant, ſupra ſua facta rideri! Feſtinato exire de ſeculo debeo, dum alacre corpus, dum ſpiritus viget, dum teneor, dum deſide- & ſi bene noſti virtutis ingenium, primo hoc veluti quodam luctamine hoc unum adeptus es, ut poſſis deinceps fortiter facere. Quid te putas igitur tamquam matura fortitudine profeciſſe? Ego illum numquam egiſſe fortiter prædico, qui primos tantum terribilium ſuſtinuit aſpectus. Creſcunt in dies duriores ſemper calamitatum occurſus, quæ inſolitos afferant caſus, quæ virtutem exagitent, ac perficiant; neque certam unquam potuere fiduciam ſui vires exerere, niſi cum maximæ difficultates obvenerint. Nam ſi tibi aliquid poteſt, cui non ſis par ac paratus, accedere, fruſtra te jactas nomine virtutis emeritum. Non es adhuc, non es ad quamlibet cum fortuna pugnam explicitus; reſtat adhuc quod timeas, cui fortis non ſis. Quid habet tua gloria igitur, ſi compares cum futura? Quanta te manent iterum fortiter ſubeunda? Quam immerito quæſiviſſe te mortem jure fortitudinis ſenties, ſi te adhuc caſibus immiſceas humanis? Expectanda ſemper homini extrema ſunt; neque illum laude, felicitate extuleris, cujus adhuc poteſt reſtare vitæ quod agat, quod patiatur. Hoc jam puta adhuc tuæ virtuti præſtandum, ut Patrem fortiter ſuſtineas occidere. Venio nunc, P. C. ad Mathematici reſponſum, cujus reverentia poſtulat mortem, qui parricida futurus prædictus eſt. Ignoſcite, ſanctiſſimi Viri, Juvenis fidei, ignoſcite credulitati. Neceſſe eſt quamdam ſentiat de cæleſtium religione formidinem homo, qui humana ANTILOGIA.

85 Utamur morte, & ipſam exiſtimemus non finem vitæ, ſed remedium ipſius, per ipſum enim eximus ex miſeriis, quas hæc vita præſefert. 86 Vel ipſi morti, quæ ad nos venit; vel huic noſtræ cogitationi, qua ſubvenit velle mori. 87 Exitus vitæ. 88 Vitæ. 89 Variabiles, mutabiles, inconſtantes. 90 Dependitur reverentia mei, humilis fit gloria mea, ſi fiam dici præſens; per præſentiam Fama, & admiratio imminuitur: ita Plut. in Pericle: *Detrahunt enim familiaritates illæ facile faſtum omnem, & majeſtas exiſtimationis haud temere in contuberniis retinetur* &c.

91 Temporis curſu. 92 Quibus majores agere nequeo. 93 Cujus ſummum jam tetigi; in qua jam *ſublimi ferit ſidera vertice*. 94 Dementia eſt ſequi fortunam ſuam uſque ad præcipitium, ſequi ipſam quocunque vocet, amare ipſam quod bene incæperit, quod hactenus nos proſpere duxerit; neceſſe enim eſt ut *ſit modus in rebus*. 95 Sic intellexerim: Quam diſconforme priſtino vitæ, priſtino temporis. 96 Vel cum alluſione ad Senem, vel frigidam, quod fidem membra non habeant; ſcilicet tenuem, ſubobſcuram. 97 Quod videatur impoſſibile ut membra illa languentia, & frigida id peregerint quod de ipſis prædicatur.

Digitized by Google

ANTILOGIA. mana omnia contemnit, qui ſupra periculorum occurſus duro quodam & inexpugnabili animo eſt. Fortis erit, inquit, qui naſcetur, deinde Patricida. Parricidium ideo timet quia fortiter fecit. Ego vero, P. C., nullo magis, ſi velim, probari poſſe contenderim mentitum hominem, quam quod fortiter fecit qui natus eſt. Pudor ſit tamen quod inaniſſimam hominis temeritatem fide quadam celebrare jam cernimur, dum de reſponſi ipſius veritate cum Filio certamus. Quis hanc enim ſacro Scientiæ nomine cenſeat, quam male credentium imperitia fecit, & aviditas ignara ſperantium! Levior hanc primo fides, & conjectura inanis inſtituit; fovere inde anceps coactaque interpretatio, corruptique ingenium temporis, & indigna vota mortalium. Quantas hæc humano generi labes ſpecie quadam utilitatis invexit? Nimirum & prava hominum mentes curioſitate fœdavit, & credulitatis impiæ ſeminibus jactis, cæleſtia ſimul ac terrena, tamquam ſociatis meritis utrorumque, commiſcuit. Hinc Majorum noſtrorum legibus, ſapientumque judiciis damnata ſemper ac pulſa ad illam redacta eſt vitæ durioris infamiam, ut otioſis ac perditis negotium fieret. Scire vultis, quantum decipiatur quicunque credit referri poſſe futura mortalibus, & de ſyderum vicibus, de Cælorum facie vera prædici? Nos miſeri quam denſa caligine premimur, dum ipſa perſcrutamur quæ in terra ſunt, quæ matribus noſtris, ſideror: & [98] hoc volo deberi manibus meis, animo meo. [99] Favete dii pariter, atque homines: * mortem vir [1] fortis [2] inveni. † Eſt hæc [3] communis mihi cum multis fortaſſe cauſa; ſed veniamus ad [4] meam. Si mihi Mathematicus denunciaſſet damna membrorum, gravem corporis, perpetuumque languorem, ignoſcerem tanta mala, vel [5] incerta, fugienti. [6] Plus eſt quod expaveſco, quod timeo. Minatus eſt mihi manus meas, meos animos: nullumque voluit eſſe momentum, quo ſecurus, intrepidusque requieſcerem. Juſſus ſum vitam per anhelitus, metusque conſumere. Quis inter hæc ſpei, quis conſolationis eſt locus? Mori debeo tanquam [7] nocens, ſi Mathematicus verum dixit: tanquam [8] miſer, ſi mentitus eſt. Quid, quod me futurum dixit parricidam? Ecquem mittamus in experimentum, cui credamus? Placet poſt futurorum incertam tractare rationem: quid ad diverſas ſuaſiones, & ad loquaciſſima humanorum pectorum ingenia variaris? Parricidium dictus ſum facturus: ſi poſſum poſthac vivere, non ſum innocens, etiam ſi non fecero. Interrogare mehercle hic libet vos, omnes liberi, omnes parentes, quem mihi poſt hanc [9] denunciationem aſſignetis animum. Homo ſum, cujus corpus iratum fortaſſe ſeculo numen, velut aptiſſimam facinori videtur elegiſſe materiam, cui in primis continuo natalibus aſſignata eſt [10] virtus pari-

DECLAMATIO.

98 Quod teneor, quod deſideror; magna enim eſt gloria, & magnum præmium manibus & animo Viri fortis ſi teneatur ne moriatur, & ſi vivus deſideretur. 99 Aſſentiamini petitioni meæ.

* Ego ita interpunctionem conſtituo, ut poſt Vir ſequatur comma, adeo ut Vir ſit unum inciſum, fortis alterum; ut ita fiat ſenſus, inveni mortem & ut vir, & ut fortis & vir. 1. quia vita hæc plena miſeriarum eſt, ut explicavit arg. 3. ut fortis. 2. quia gloriæ ſatis vixit, nec poteſt ſuis vel operibus, vel felicitati aliquid accedere, quod expoſuit quarto hoc proximo argum.

† Quintum argum. quia Mathematicus prædixit ipſum futurum parricidam.

3 Hanc ſuperioribus argum. expoſuit. 4 Meam propriam, quæ verſetur circa prædictionem Mathematici. 5 Etſi de ipſis certitudinem non haberem. 6 Quod ego timeo hoc eſt parricidium, eſt plus quam damnum membrorum &c. 7 Parricida, nocens Patri. 8 Miſer quia aliquo modo in parricidio ſuſpectus, ſeu miſer quia juſſus ſum vitam per anhelitus, metusque conſumere propter hanc prædictionem Mathematici, qui licet fieri poſſit ut falſum dixerit, tamen mihi idcirco incutit ſuſpicionem, & pavorem. 9 Mathematici. 10 Fortitudo jam oſtenſa.

Digitized by Google

DECLAMATIO. pariter & [11] facinus, omnium incredibilium, diverſorumque pariter capax, omnibus difficultatibus, novitatibusque ſufficiens, ſceleribus miſer, & ſine morte ſua nocens, in quo debeatis ipſas quoque odiſſe virtutes. Neſcio quæ me prodigioſa feritas in patrem, velut telum aliquod, caſurumque pondus librat, impingit. Facinus [12] me manet, quod contra fidem eſt, quod profuturum mihi negatur, & [13] nolim: cujus non tempus, non locus, non cauſa prædicitur. An mori debeam, vos æſtimabitis: non debui naſci. * Sentit pater, quanta ſit prædicti ſceleris immanitas: & ideo tentat efficere, ut Mathematicam artem [14] non putetis: ac modo contendit non eſſe fatum, & cuncta caſu, fortuitoque decurrere: modo etiam ut providentia regantur, non poſſe tamen humana ſcientia deprehendi. Dum utrumque colligo, interim apud gravitatem veſtram depono ſenſiſſe aliquid patrem, etiam cum metuit. Ego Mathematicum probavidixiſſe verum: ille credidit eſſe, quod dixit venturum. ** Caſu ne tibi pater hæc diverſitas videtur in [15] corpus ſuum diſſentientibus ſolidata primordiis, ut ſummo vertice locatus [16] igneus vigor cuncta levia calidi ſpiritus ardore ſuſpenderet: [17] profundus humor ad ima demerſus, undo quotidie ſuperpoſiti caloris alimenta traherentur, [18] terrenum pondus in medio quanto ſuperne [19] ſpiritu, tanta penitus inanitate ſubnixum librata, mole conſideret, ANTILOGIA. ſtris, quæ obvio teruntur aſpectu. Fruſtra quærimus cogitatione ſollicita hominum rerumque primordia; quæ nos elementa compingant, quis imbuta corpora vigor flamine vitali confirmet, quis purior immixtus animo ſpiritus rationali dignitate perficiat. Diſcurrimus per ſingulas naturæ vices, per rerum temporumque diſcrimen; neque tamen æſtimamus quinam ſtatis vicibus ac certo fluxu vim aquarum æſtus alternet; unde levioris flammæ vertex ad altiora conſcendat, quæ vis proferat ventos, quæ pluvias immittat, quæ tempeſtates agglomeret. Hæc omnia ſuas illas tamen novere cum ſeminibus cauſas, & nobis ignotas licet, non incertas tamen, non dubias. Quantum vero lateant nos magis neceſſe eſt, quæ de libera hominum voluntate procedunt, quæ non aliena vis cogit? Quod ſi res humanas iterum diligenter examines, nullam invenias fere, quæ non momento mutetur, quæ non ita varie atque inopine ſe exerat, ut ne illis quidem certi ſit aliquid, qui facturi ſunt. Sanctiores quoque voluntates præceps ſæpe libido fœdavit; & diſpoſitam ſtatamque rerum ſeriem fregere ſubiti caſus, inopina conſilia. Cuncta ſcilicet, quæ fœda corporis & graviori mole regantur, ad illius ſemper defecere vires; ut nihil tandem, quo ſingula ſummatim dicam, humanis actibus plus fallax ac dubium invenias: Tune igitur putas, poſſe hæc certo conſpici, ſerioque prædici? Noſtræ tamen præſtantiæ eſt cuncta ſua qua plus voluerit lege diſponere,

[11] Parricidium faciendum. [12] Mihi reſtat. [13] Et nolim mihi prodeſſe.

* Hic quoniam Pater infirmabat auctoritatem Mathematici, conatur vindicare eandem probans eam eſſe infallibilem, & veracem. Quoniam vero Pater duobus modis arguebat, 1. quia non ſit Fatum ſed caſus in omnibus, 2. quia detur licet Providentia, tamen impoſſibile eſt quod Fatum hominis cognoſcatur; reſpondet ſingulis duobus argum.

[14] Ut credatis Mathematicam non eſſe Artem, Ars enim ex Ariſt. 6. Eth. cap. 3. eſt habitus cum recta ratione effectivus, quod non contigeret in Mathematica, ſi erraret.

** Primo probat non hæc ſequi ex caſu, quomodo enim ex caſu tanta proportione diſpoſita ſunt Elementa, & Sydera tam pulchra facie, tanta Lege motus infixa ſunt cælo? Deus ergo non caſus omnia in mundo diſpoſuit. [15] Mundum. [16] Sphæra ignis. [17] Sphæra aquæ. [18] Sphæra terræ. [19] Aeris qui extima parte ſuperficiei ipſam ambit.

Digitized by Google

ANTILOGIA. re, tantoque uti ſolutæ voluntatis imperio, ut ne ipſa quidem hominum votis velit ſe ſe immiſcere divinitas. Fatum, credo, non me impulit, P. C. ut Filium meum educarem, ut iis legibus inſtituerem quibus fortiter faceret; hoc a me præſtitum ſcio ſic, ut me nullus impulerit, ſic, ut noluerim pacis artibus, & mitiori cura ſtudiorum imbuere. Tu vero ejusdem genus erroris eſſe putes, ſi quis falſa prænunciet, ac ſi non poſſit vera prædicere. Neque maximum hoc eſſe negaverim Numinis ſummi conſilium, ut de futurorum ſucceſſibus mortalium animos nox atra denſiorque nubes obrueret. Voluit ſcilicet ut ſolliciti ſemper ad dubios trepidaremus eventus; ut neque virtus noſtra de felicitate certa langueſceret, & incertos animos fortis & parata patientia firmaret. Quantum audaciæ, quantum ſuperbæ perditæque libidinis accederet homini, ſi poſſet impoſterum nihil timere? Una genus humanum hactenus docuit, una futurorum formido cohibuit. Tuetur tamen fortiter Filius Mathematici auctoritatem. Miraris, inquit, fatum hominis poſſe prædici? Defectiones ſyderum, laboresque narrantur. Nunciatur origo tempeſtatum, laſſitudo ventorum, quæ ſeveras hyemes, quæ immodicos æſtus minetur Stella, quid longius ſparſa coma ſignificet. Ita quidem, P. C. prædici poſſe non dubito, quæ neceſſitatis quadam lege contingunt, quæ certas habent cum ordinibus cauſas, quæ de Cælorum ac Syderum vicibus, ſeu conjuncta, ſeu diſſociata poteſtate proveniunt. Prævidentur labores Syderum, luminumque defectus. Cælorum gyros, mutuosque Aſtrorum occurſus certa lege, ret, ut ſeculorum infinita ſeries, per aſſiduas temporum vices ſua lege feſtinet? Quid hæc fulgentium ſiderum veneranda facies? quod [20] quædam velut infixa, ac cohærentia perpetua, ſemelque capta ſede collucent, [21] alia toto ſparſa cœlo vagos curſus [22] certis emetiuntur erroribus? Iſta credis paſſim, fortuitoque diſpoſita? Rogo, quid melius ratio feciſſet? Deus hæc, Deus fabricator operis univerſi ex illa rudi, primaque [23] caligine protractum poſuit in vultum, digeſſit in partes. Poſtquam dederat univerſitati parem, dignamque faciem, [24] ſpiritum deſuper quo pariter animarentur, immiſit. Inde eſt quod quicquid naſcitur conſociata numini proprietate ſignatur, & in totam ævi ſui brevitatem compoſitum, firmatumque ſic accipit futura, quaſi vitam. Hæc credo, pater, terrori primis fuiſſe mortalibus, mox admirationem conſumpta novitate meruiſſe. Paulatim deinde hoc quod ſtupemus, animus auſus diligenter attendere, in arcana naturæ ſacrum miſit ingenium, & ex aſſiduis obſervationibus, notisque redeuntibus latentium ratione collecta, pervenit ad cauſas. * Miraris fatum hominis poſſe prædici? Defectiones ſiderum, laboresque narrantur, nuntiatur origo tempeſtatum, laſſitudo ventorum, quod ſidus immodicos Solis ardores, quod ſeveras minetur hyemes, quid ſignificent ſparſi longius crines, quid ardentius ſolito jubar, quid excuſſa flamma ſideribus. Non invenio quid poſſit eſſe certius veræ artis ingenio, quam dicere quid futurum ſit, fieri deinde quod dixerit. ** Quod ſi eſſe artem mathematicam probant natura, ratio, experimen- DECLAMATIO.

20 Stellæ fixæ in Firmamento. 21 17. Planetæ errantes ex erroribus qui tamen ex Lege fiunt, neque variantur unquam. 23 Chaos primum. 24 Mentem, Animam, Spiraculum vitæ, *Principio cœlum*, &c. *Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus mens agitat molem*. Virg. Æneid. 6.

* Secundo, quia poteſt prædicere Mathem. defectiones Syderum &c. ergo etiam Fatum viri.

** Tertia ratio ex argum. conglobatis, ratione, experimentis, ex ipſo Patre qui ipſum conſuluit.

Digitized by Google

DECLAMATIO.

menta, pater quoque, qui credidit consulendum, supereſt ut oſtendamus verum dixiſſe de futuris, quem de (24) præteritis non poſſumus probare mentitum. * Accipite primam certiſſimæ ſcientiæ probationem. Homo qui de partu conſulebatur, non confudit, turbavitque reſponſum, nec per varias ambages indeprehenſibilem ſparſit errorem: nihil ita locutus eſt, ut illud audientium interpretatio traheret, dirigeretque, quo mallet. Atqui in eo tota ratio fallendi eſt, non dare conſulentibus, [25] quod depoſcant, ſed caligine, magnaque [26] promiſſorum varietate ſuſpenſos ſic dimittere; ut quicquid caſus attulerit, putent eſſe prædictum. An ſcilicet hæc fuerit ratio fingendi, quod dicebat uſitata, communia, quæ futura pater facile crederet, libenter audiret? Fortiter, inquit, faciet filius tuus. Rogo, ubi magis deſinit, qui mentitur? Sed quibus ille, dii, deæque, [27] ſignis, quibus impletus eſt notis, qui de parricida diſſimulare non potuit, cum quæreret pater? Artem tantum mirari me pater putas? Ego miror animum, ſtupeo conſtantiam. Erit, inquit, vir fortis, & parricida. Rogo quæ ratio fallendi eſt, ea dicere, propter quæ nec prioribus debeat [28] credi? In parricidio, quod proſpiciebat Mathematicus, hæc ſola ratio fuit [29] mendacii, ne prædiceretur. ** Fero tamen, ut re-

ge, intermedia terrenæ molis opacitate, deprehendimus. Nunciatur origo tempeſtatum? Pallidæ nubis adventum, & toto ſparſas inde cælo minas, reluctatosque invicem ventos procellas ferre longa temporum obſervatione didicimus. Prædicitur quid longe ſparſa coma ſignificet? Elata in horrendum jubar dira materies, & fœdis aura contaminata vaporibus morbos, languores, quæque hoſce ſequuntur fata portendunt. O Juvenis, quam ſtulta, quam iniqua comparatione deciperis! Quid enim ſimile in illa Cæleſtium luminum ſede reperies, cujus viribus, cujus uno aſpectu in animos hominum, ac libera vota pariter agi contendas? Hæc omnia, quorum venerandos intuemur ignes, quorum alternos indeprenſibili cauſa miramur occurſus, fabricatus eſt rerum omnium artifex lumina, ut ſua quæque lampade lucerent orbi, ut ignotam Cælorum rationem ductu quodam mens humana digereret, ut ruentium temporum labes certo quaſi limite ſiſterent, menſuraque varia ſignarent. Addidit & in hæc terrena, ſubjectamque cælo materiem influxus; ut illud naſcentia calore foveret, illud humidiori flamine recrearet arentia; ut illa congeſtis nubibus pluvias, illa procellas immitterent. Quid vero? Cum ad hominem veneris defecere ſyderum vires; & quæ cætera cuncta violento quodam agunt ac rapiunt impetu, ſerviant jam, ac

ANTILOGIA.

(24) Fortitudine mihi prædicta.

* Quartum argum. quia Mathem. in reſp. non uſus eſt terminis ambiguis quod feciſſet non omnino certus futuri, ſed clare, & conſtanter locutus eſt, ex quo colligitur certitudo Mathem.

25 Clarum reſponſum. 26 Futili verboſitate, inani gerrarum apparatu, quod eſt proprium Aſtrologorum; hæc, ſi legas *præmiſſorum*; ſi malis *promiſſorum* intelligendum de eo quod pollicentur futurum, in quo ſua verba accommodant, ut quoquomodo res ſequatur, ſemper videatur verbis illis contineri, & prædici. Hæc facile patebunt conſideranti Oracula antiqua. 27 Alluſum fatò ad illud Virg. de Sibilla Cumana: *Non vultus, non color unus, non compta manſere comæ* &c. Æned. 6.

28 Quicunque enim audit hoc reſponſum de parricidio falſum putat, quare eodem modo, immo hac de cauſa falſum putat quod dixit de Fortitudine & cæteris. 29 In hoc ſolo potuiſſet dicere mendacium Mathem. non prædicens parricidium quod prævidebat, ne affligeret Patrem interrogantem; ſeu ne crederentur ſibi, quæ ante prædixerat.

** Quintum argum. quia optime poteſt Mathematicus ex ſignis cæli ſcire parricidium futurum, quilibet enim trahit ſuas proprietates, & naturam ab qualitate ejus Epochæ ſub qua naſcitur.

Digitized by Google

ANTILOGIA. recedant neceſſe eſt. Quis enim ferat, ejusdem prorſus legis imperio hominum pæne divinum genus, & viliora quæque per hæc plagarum ſpatia compelli? Illa, illa regi voluit, & veluti manuduci divinitas, quibus nullus ordo, nulla conſilia virium miniſteria diſponerent. Nobis ſublimis hæc ratio, & de ipſo veniens Numinum fonte datus eſt ſpiritus, ut viliori rerum non egeremus impulſu. Cæli igitur, & ſydera, Juvenis, nulla extra nos, & quidquid fatum credis nos ipſi ſumus. Scire vultis iterum, P. C., inanem prorſus, inconſultamque jactantiam? Fata hominis de aſpectu ſyderum deprehendi credunt, quorum numerus etiam ſapientiſſimorum oculos hactenus, ac ſtudia fugit. Quanta ſunt enim, quorum ignibus in ſigna figurasque digeſtis, non diſparis inanis hæc ſcientia vocabula vanitatis impoſuit? Pauca prorſus, &, ſi cum illa Cæleſtium luminum inenarrabili turba compares, prorſus nulla. Neque tamen, ſi vera ſunt quæ de cæteris gens vana deprædicat, quis putet unquam non & ſuas ſingulis ineſſe potentias, & ad cæterorum aptata vires momenta virtutum? Quidquid ſciſti parricidium, Mathematice, prænunciavit. At cur non aliter fortaſſe debuit diverſa Cælorum ratione, & telatentium ſyderum poteſtate prædici? Parcam verbis, P. C., nos enim impudentiſſimum genus hoc hominum facimus, dum non ſtatim fortiterque contemnimus, dum tot errorum videmur ordi- DECLAMATIO. ut quis in aliis [30] conſultationibus decipi poſſit, aut errare: de futuro parricida non magis Mathematicus poteſt, quam pater [31] interrogare. Omnes, ſicuti apud ſacræ artis antiſtites ſatis conſtat, animæ proprietates, & futuras mentium, corporumque formas, ex illorum ſyderum qualitate, quibus in ortu ſuo cuncta gignuntur, accipiunt. Aliquis [32] vagi numinis errore perſtrictus eſt, vitam tranſiget ille diſcurſibus. Placida conceptum [33] ſtella ſignavit, erit modeſta lenitate conſpicuus. Ardens naſcentis horam [34] ſidus accendit, viribus pariter, moribusque flagrabit. Languidi & jam vergentis in proclive mundi, hebeſcentibus tardior membris, ſimilis ſenectæ juventa pigreſcit. Jam ſi cui principalium rerum fulgor illuxerit, in populi conſurget imperium. Credo mehercule in illum natalem monſtri mei diem, iratorum numinum conſpiraſſe violentiam, ſedemque prodigioſi [35] ſpiritus collato pariter [36] igne [37] preſſiſſe. Si [38] verum eſt, poſt vetuſta ſæcula, & innumerabiles annos reddi rurſus aliis corporibus animas, fortaſſis in me renatus ſit [39] aliquis ex illis, quorum ſcelere violatus dies [40] mundum ſubito mutavit, [41] quos per maria, terrasque fugientes, furiales faces, & ultricum dearum terror agitavit. Neceſſe eſt, ut majores notas ventura promittant, quæ non temere naſcuntur. Sic futuras tempeſtates, pelagi fra-

30 In quibus non habetur ratio conſtitutionis Syderum, & cælorum. 31 Interrogare reſpectu Patris eſt interrogare Mathem. reſpectu Mathem. eſt interrogare Syderum poſitionem. 32 Forſan Planetæ. 33 Stella quæ ſit in aliqua ex conſtellationibus illis, quibus boni Homines naſcuntur, v.g. ſub Leone dicuntur oriri benigni; ſub Virgine docti; ſub Geminis prudentes, &c. 34 V. g. Aries, ſub quo naſcuntur homines truces: vel Scorpio, ſub quo naſcuntur bellicoſi, & fortes, &c.

35 Animæ meæ. 36 Quo me inflammarent, & trucem efficerent. 37 Obſediſſe.

38 Hic loquitur in ſententia Pythagoræum admittentium metempſycoſim, hoc eſt transmigrationem Animarum ex uno corpore in aliud. 39 Hic fortaſſe intelligendum de Atreo, qui epulandos præbuit Thieſti filios, cujus horrore perterritus retro ſe converti in ortum Sol, vide Sen. Trag. Thieſt.

40 Leges mundi. 41 Hic fortaſſe loquitur de Oreſte qui occiſa matre Clitemneſtra cum adultero Ægiſtho, præterea Pyrrho, qui ſibi rapuerat Hermionem filiam Menelai, furiis actus eſt, donec ad Templum Dianæ Tauricæ perpetrata facinora expiavit.

Digitized by Google

DECLAMATIC. fragor, & conſcium nemorum murmur enunciat: ſic perituroruṁ fata populorum ardentes cælo faces, & crinita [42] ſiderum flamma præcurrit. Prædicebar bello, monſtrabar armis, agebat ante ſe ventura feritas publicas calamitates, & omnium malorum conſummatione parricida ponebar. * At nunc iſta putet aliquis fortuito, non arte ſentiri: poſſit fortaſſe caſu evenire quod futurum ſit, non poteſt caſu fieri, quod prædictum eſt. Ecquando unquam, pater, explicuit manifeſtius ullius facti neceſſitatem totus ordo reſponſi? Vir, inquit, naſcetur: evenit. Educabitur, quamvis parricidium prædictum ſit: accidit. Perveniet ad juventæ robur: adolevi. Viribus erit conſpicuus: & nimis. Aderunt bella: venerunt. Ibit in aciem te volente, miſſusque fortiter faciet: feci. Erit parricida: ſi vixero. Si, pater, tam ſecretæ, profundæque artis ratio reddenda eſt, nonne habere tibi grande conſortium prædicti videtur ipſa diverſitas? Virum fortem dixit, & parricidam. Vicina ſunt hæc, etiam ut diſſimilia: paria viribus, etiam ut mente diſſentiant. Quid enim me aliud notabilem fecit in bello, quam quod non parco cædibus, cruore non ſatior, exultans ſuper ſtratorum corporum ſtrages, palpitantibus adhuc cadaveribus alacer inſiſto? Virtutis ſunt iſta, cum hoſtis contigit. Pax eſt, quæ nos deprehendit: & cum juſta graſſandi materia conſumpta eſt, in facinus neceſſe eſt otioſus ardor erumpat. Ecce jam Reipublicæ præbita eſt quies, mihi tamen plurimum ordinem, & veluti poſtulare rationem. ANTILOGIA. Miratur vero iterum Juvenis, quod homo, qui de partu conſulebatur, non confudit, turbavitve reſponſum; non per ambages ſceleris vaticinium expreſſit. Si qua tamen fides, nulli minus credendum judico, quam illi, qui tam immania præſcire poſſit, & audacter referre non dubitet. Tu illam ſcientiæ fiduciam exiſtimas? Deceptio fuit. Homo, qui per artis inaniſſimæ ſtudia ſollicitas inſciorum curas, & trepidos animos, ſeu religione quadam, ſeu terrore pervadit, una ſibi fidem captare geſtit audacia verborum. Maximam jam peregit mendacii partem quoties reſpondere ſe ita probet, tamquam firmius enuntiare non poſſit qui non mentiatur. Quidquid fiduciæ miraris, Mathematici illud, non Artis fuit. Feciſſet rem ille vere ſcientis, qui, inſpecto Juvenis themate, cælorumque ratione digeſta, ad tanti ſceleris, ut par erat, horruiſſet aſpectum. Nunquam Aſtrologo magis credendum arbitrarer, quam cum ad præſagium verba non ſimulata componeret, inſtitueret affectus. Indeprenſibile eſt, ut illa parricidium alacritate nuntietur, qua opes, qua virtus, qua ſumma felicitas. Merebatur primas doloris partes tam immane, rarumque facinus in eo, qui primus inſpexerat; & qui ante quam loqueretur potuit ſe toto vultu non prodere, non illud ſane futurum exiſtimavit. Poterat fortius parricidium admitti; debebat aliter patri filius parricida nunciari. Defendit Juvenis rurſum vaticinii veritatem, quod ſingula ceſſere reſponſo; nam & Filius eſt natus, & ad bella

42 Cometarum, quorum triplex genus, Crinitum, Caudatum, Barbatum.

* Reſp. objectionem quæ fieri poterat, nimirum caſu prædicere Mathematicos, non ex arte; dies autem non poſſe dici niſi ex arte, quibus ſingula ita eveniant ut prædicta ſunt; duas autem partes habebat reſp. Mathem. prima ante parricidium, quæ omnino verificata fuit quoad omnes circumſtantias, altera ipſum parricidium, cur autem de ſolius hujus veritate ambigatur? Præterea inter ſuas partes nulla eſt diverſitas; eadem enim Fortitudine, & fortiter agit in Hoſtem, & parricidium conficiet, quare ſi vera eſt fortitudo in Hoſtes, quam Mathem. prædixit verum etiam erit ut ea fortitudine parricidium conficiat.

Digitized by Google

ANTILOGIA. la missus, & fortiter fecit. Ego vero illa hactenus contigisse protestor, quæ facilis ordo veritatis explicuit, quæ poterat etiam non Mathematicus prænunciare. Vir est natus? Certa patuere fœtæ Matris indicia. Fortis fuit? De parentum robore, firmaque corporum valetudine potuit nascituri fortitudo putari. Bella pro Patria suscepit? Armorum semina, & faciles bellorum causas, ac late fusas publicarum rixarum faces quisque jam noverat; facilis inde conjectura est, ut pergat ad bella Vir fortis. Erit parricida? Jam mentiri cæpit Astrologus, si mortem conceditis præmia petenti; sed nec eadem est ratio tam immania, tam dubia, ac leviora illa credendi. Nescio igitur modo, P. C., quid magis valeat ad causam miserrimi patris, quam si nihil pro se valeat afferre qui mori desiderat: Fidem tamen hominum Deorumque, Viri fortis desperationi rursum contradico. Si Juvenis Mathematico credit, jam non volet facere parricidium, sed faciet. De fato igitur venit quidquid imminet necessario facturo; & quicunque ille sit qui tanti sceleris immanitati ministret, Superis tamen necesse est primæ criminationis partes, omnisque accedat invidia. Quid conscientiæ tuæ modo times, quid caritati? Perdidere omne crimina facinus, quoties inviti ad non quæsita protrahimur; neque periere merita laudesque virtutum, cui præstandum est scelus obedientiæ, parricidium necessitatis. Dura, miser, in hac laudabili fortique patientia, ad hunc inexorabilem sortis instinctum, donec ipsum tibi nostri funeris fatum, dum pietatem meditaris, incumbat, donec manibus tuis telum inferat, donec mum est cum gladio meo: totis diebus tracto ferrum, ad arma respicio, tela mea laudo, admiror, alloquor. Crede, pater, & parricidium tam facile est, quam fortiter facere, cum utrumque de fato est. Sed quousque ratione colligam, quod exitu jam probatum est? quod nullis Mathematicus dixit ambagibus? nullis dissimulari artibus potest? Partem responsi futuram in alio opere jam vidisti, & quod præcipue torquet animum, fides sceleris virtus fuit. Explicata est auctoritas responsi, cum de duobus prædictis unum factum est. Nec possis de veritate dubitare, quoties cum incertis experimenta consentiunt. In responso, cui cuncta cesserunt, fieri non potest, ut hoc solum falsum sit, quod novissimum est. * Non potest, inquit, fieri parricidium. Vis mirer, pater, si non creditur futurum, quod etiam cum factum est, vix creditur? Falleris, si adversus prædictas necessitates sufficere credis, quod ego 43 bonus filius sum, quod tu optimus pater. Tu non mereris scire, credo ego utique nolle me scire. Quid est ergo fatum, nisi quod fit, & non habet causas? Quemadmodum ergo, inquit, istud vitari potest, si fieri necesse est? Scilicet hac sola ratione, ut mors inter facinus, hominemque ponatur. Vincitur, pater, fatum, si resistas: vincit, si contempseris. Ago quinimo gratias hoc solo nomine crudelissimis fatis, quod maximum facinus non in prima ævi mei parte posuerunt, quod præmissæ sunt ante virtutes, magnorumque operum prior ordo defluxit. Potest, puto, caveri parricidium, quod & prædicitur, & novissimum est. * Fin-

DECLAMATIO.

* Resp. object. quæ fieri poterat a Patre, impossibile esse ut faceret parricidium; resp. quod hoc non est negandum quod Filius, & Pater bonus sit, hoc est vis Fatorum, quorum effectus scimus, causam nescimus; licet autem nequeat vitari quod est in Fatis, tamen sufficit si inter facinus & hominem mors ponatur, & præterea vincitur Fatum resistendo: quare agit gratias Fatis, quod prius permiserint ipsi agere per virtutem, inde ipsum cogere ad parricidium statuerint.

43 Pius.

Digitized by Google

DECLAMATIO. * Fingamus, pater, Mathematicum de hac sola vitæ meæ parte mentitum: quid tanti est, ut credam ista, & vivam? Occidi pater non potest. Sed quid refert, si difficultas ista non est salva animo meo? Excedit omnem calamitatem, innocentiæ suæ non credere, diebus, ac noctibus timere, suspectum habere animum suum, calumniari manus, incusare visus, & parricidalem agere cogitationem. Major mihi ratio moriendi est, si parricidium fieri non potest, & ego me credo facturum. Quem tu mihi, pater, imperas laborem, quam asperam exigis patientiam? Horreo oscula tua, ne seniles artus nimium gravis 44 amplexus elidat. Non sustineo eosdem expetere convictus, ne quos porrexerim cibos, venena fiant. Timeo ejusdem peregrinationis adire comitatum, omne fugio secretum, ne quid fortuna, ne quid afferat casus. Quousque timebitur animus? Mors mihi præstare potest, ne parricidium faciam, mors, ut videar nec fuisse facturus. Sed me infelicem, quam multa sunt, quæ timere debeam, etiam contra animum meum? Unde scio, an expulsum me repente sensibus meis, aliqua magni discriminis imago raptura sit? Prosilibo fortasse tanquam sequar classici vocantis 45 instinctum, tanquam me ruentis patriæ fragor, & vociferatio captæ civitatis exciverit. Me sane interdiu custodire possum, sed unde scio, quid afferat nox, casus, error? Mathematicus hoc non futurum dixit, ut vellem, sed ut occiderem. Tu quoque, pater, quanto graviores passurus es ex ipsa dissimulatione cruciatus? Felicius prorsus est, palam occidisse quem timeas. Cum bene in oculis meis, amplexibus nec contra Patrem impellat. Tunc horrebis, tunc sævum renues ac triste spectaculum reluctaberis, mortem petes. Clamabis; non ego in tua viscera procurro, Pater; non mea hæc dextera est, non meus ensis. Ita fiet, ut, salva caritate, salvo pudore tuo, occidant me fata, te vincant. Protestor, proclamo rursum, si mori debeo ita, ut Mathematicus reddidit, parricidium inconsulte detrectas, & frustra fatum mutare tentas desperatione, singultibus, voluntaria morte. Præstabis ipsum facinus fortasse dum moreris; ut, vel collabentis ruina corporis infirma hæc membra præcipitet, vel extractum visceribus telum in viscera nostra prosiliat. Quo te rapit, infelix, miserande, pietatis tuæ furor? Quid deinceps postulas nostros horrere complexus; quid non patieris eosdem convictus expetere, aut communis adire peregrinationis comitatum; quid fugies omne secretum? Quid afferet fortuna, quid casus? Tene sensibus expulsum aliqua magni rapiet imago discriminis? Tunc ille te Cælorum impetus ad fatorum jussa, syderumque decreta proripiet. Prosilibis, tamquam vocantis classici sequaris instinctum, tamquam te captæ civitatis, ruentis patriæ fragor exciverit? In patrem instinctu Numinum, & quadam quasi voce vocaberis; & veluti periclitanti urbi succurras, nostro fortasse tamquam sacro capite publicæ saluti litabis. Cum ille veniet ardor, cum non senties, cum non intuebitur oculus, tunc manibus quæ tuæ potestatis non erunt, dextera quam non regere non retinere sufficies, supremum necessitatis absolves. Tunc, Juvenis, æstimabis quam inani olim consilio mortem

ANTILOGIA.

* Sextum arg. quo probat sibi esse moriendum, quia licet credatur etiam non esse certa prædictio Mathematici, non est cur ipse vivat semper hoc metu ac suspicione, hoc continuo timore interficiendi in omni suo opere Patrem; præterea nec est bonum pro Patre ut & ipse semper hoc metu vivat, hac inquietudine, & incertitudine vexetur.

44 Meus. 45 Quo in bellis accurrebam ad arma audito clangore tubarum.

Digitized by Google

ANTILOGIA. tem optaveris; & conscientiæ tuæ patrocinio sufficiet, quod redditis publice causis probaveris, voluisse te non admittere parricidium. Non hæc igitur ultra animum tuum, & fortiter factis majorem semper pietatem quatiant, exagitent. Fortius ego, si qua fides tam immania, tam dira cælo, stellisque certo nuaciari, mihi postulo genus hoc mortis. Quod si bene nosti humani exitus varios casus, ac tristissimas vices, quam mihi felix obitus ordo continget! Aggredieris imparatum, impavidum, nec longæ per morbos, seniumque expectationis cruciatu præmortuum. Dum recreabor mutuis fortasse complexibus, dum reddemus invicem pignora caritatis, dum nos idem lectulus, eadem mensa securos excipiet, dum gestorum seriem, victosque terribilium occursus attento referes, dum laudabo fortia, dum fortasse rursus impellam. Tunc me dextera Viri fortis occides; tunc irrues ictibus, qui non longam patiantur mortem; brevissimi, ut simul cuncta dicam, præstabis Patri doloris interitum. Tuis inde in osculis, amplexibusque conquiescam. Sustinebis tu ruentem, eriges labentia membra; tu exanime corpus, fugientemque animam miseratus excipies; tu funeri justa persolves. Tunc vere probabis, noluisse te scelus admittere, cum ipse videberis adhibuisse parricidio pietatem. Præstat tibi sic vivere; Patri sic mori. Rejecta Filii mei causa, P. C. vultis me adhuc componam ad preces, & nostri nominis merito in diversum busque requiescas, subeat necesse est tacitas cogitationes prædicti periculi metus, & licet componatur ad fortem, superbamque constantiam, naturalis tamen hominis infirmitas potest tam percussorem timere, quam mortem. Explica nos, pater, tam misero, tristique complexu, & longissimas solicitudines brevi recide patientia. Minus indignum est, ut moriar, si innocens futurum sum, quam ut vivam, si parricida. * Denuncio tibi, pater, & de suprema necessitate confiteor. Jam non sunt meæ potestatis hæ manus, non regere dexteram, non retinere sufficio. Venit ille nescio quis ardor, non sentio, non intuentur oculi. Tunc omnia incipio scire, cum gesta sunt. Quid? tu me lacertorum, virumque beneficio straviſſe nuper hostes putas? Quantum dicuntur narrasse captivi? nescio quem in me monstrosi vultus horruere conspectum, non tela jaciebam, non jaculabar ictus, furialibus miser facibus ardebam, & pectus istud non lorica, non ferrum, sed diri serpentium clauserant nexus. Non fuit illud pugna, non acies: in bello [46] parricida vincebam, excesserunt opera mea humanarum virium mediocritatem: quicquid factum est, rabies fuit, insania fuit. Prædico, protestor, non ego parricidium faciam, non ego fortiter feci. Quod si ulla ratione, casuve effici potest, ut prædicta non fiant, fidem vestram, P. C. ut mihi potius innocentia, quam fato debeatur; ego dicar expugnasse constitutionem, fregisse vincula necessitatis: mea pietas, mea laudetur integritas. Dii non sinant, ut inter me, responsumque discernat [47] exitus. Mathematicum vin- DECLAMATIO.

* Septimum & ultimum argum. quia ipse non est de se ipso securus, quare non se potest continere a parricidio, sentit enim in se quendam ardorem, quendam animum trucem, quo ex se ipso rapiatur, adeo ut faciat ea quæ nec sciat, nec velit; cujusmodi furorem experiebatur etiam in præliis, in quibus multa supra humanam vim egit.

46 Futurus parricida; vel eo furore quem habere necesse est parricidam. 47 Exitus parricidii, vel non parricidii.

Digitized by Google

Declamatio. 48 vincere malo, quam 49 reprehendere. * Quid nunc agam, P. C. quemadmodum me vir fortis ad preces, quemadmodum parricida 50 componam? Dicam, miseremini? dicam, succurrite? Sic rogari contra mortem solet. Novo mihi, inauditoque opus est 51 ambitu malorum. Nisi morior, periclitor. 52 Ideo videor causas reddidisse, ut contradiceret pater: & si bene novi maliguas interpretationes, non exitum captasse dicar, sed 53 excusationem. 54 Explicate, per fidem, miseri 55 pudoris æstum, 56 nunquam videbitur mori voluisse parricida, si vixerit. Ad tua nunc genua porrigo, optime pater, has ad scelus tantum fortes manus: per ego, si fas est, quicquid feci, per hanc ipsam mei charitatem, qua me nondum timere cœpisti, miserere, filium pietate pereuntem ne velis exitum facere parricidæ. Præsta mihi patientiam, qua me modo bello credidisti. Finge nos in ipso prosperi Martis cecidisse complexu, confectumque magnis vulneribus cadaver 57 efferri. Relinquo tibi pro me omnes parentes: hunc, quo nos retinere voluisses, in suprema mea transfer affectum: tuis manibus compone corpus, extrue rogos, funeri justa persolve: deinde cum jam noviſſimis osculis, supremoque discedens satiatus fueris amplexu, tunc te fas est sublatis ad cælum manibus proclamare, Mathematice, 58 mentitus es. Reddidimus causas, peregimus preces, reliqua vos, manus, vos adjuvate, cives, non ut liceat mihi sum coacto, impetrare contendam a filio meo paternæ voluntatis favorem? Debet tamen una vinci filius innocens auctoritate jubentis; debet Vir fortis reluctari casibus, obtemperare fato. Nolo ultra vero miseri Juvenis adversari pietati; neque valeo tantæ jam impetu caritatis obrutus in ipsum sic agere, tamquam vinci mereatur. Quantum afferat innocentiæ, quantum meritorum, cui tamen neganda sunt præmia petenti, hinc æstimate quod ipsa tentat mutare fata, & vincere necessitates; ac si quid majus, si quid carius vita contingeret, id totum pro salute, pro vita Patris impendere. Reliqua vobis agenda sunt, precor, P. C., Vos auctoritate publica cohibete precantem, obsistite morituro. Vestra, si qua fides, vestra, si nostra licet publicæ utilitati vota miscere, nunc res agitur, Cives, ut Vir fortis non pereat. Illum ne juvetis ad mortem, cujus primæ fortitudini universa Civitas debet, qui humanarum hactenus virium mediocritates excessit, cujus futuræ virtutis merita nulla capit spes, nullum votum. Adjuvate vero per fidem, adjuvate, P. C., pietatem miseri senis; fovete merita Patris, qui vobis protulit Virum fortem. Primæ ideo

Antilogia.

48 Moriendo ne faciam, quod prædixit. 49 Reprehendere ut mendacem, si vivam, & parricidium non sequatur.

* Hinc incipit Peroratio, in qua Filius primum admiratur novo sibi genere petitionis utendum, nimirum, ut sibi liceat mori. 2. orat Patrem ut sibi non contradicat, & putet ipsum esse jam mortuum in præliis. 3. conversus ad Cives rogat ipsos ut se ipsum ferientem adjuvent si ipse non valeret sibi altum vulnus infigere, in primis vero ut detineant Patrem. Ultimo ait timere se, ne etiam moriens Patrem conficiat, vel ipso gladio dum a corpore mortuo detrahitur, vel ruina ipsius cadaveris decidentis.

50 Aptem. 51 Petitione. 52 Ideo videbor reddidisse causas, non quia vere nolim mori, sed quia videri volo velle mori, securus enim sum quod Pater mihi contradicet, ideoque non moriar.

53 Excusationem, liberationem, immunitatem a morte ex contradictione Patris.

54 Expendite, quod facilius & recte fiet, si explicetur, hoc est minutim consideretur.

55 Mei pro parricidio. 56 Etiam si reddat causas. 57 Verbum proprium, cadavera enim dicebantur efferri, ita Juven. Sat. 4. *Per famam & Populum nigros efferre Maritos.*

58 Quia Filius meus parricida non fuit.

Digitized by Google

ANTILOGIA. ideo mihi contingant remunerationis partes, & poſtulare liceat filii mei præmium, ut vivat. Inanem repellite ab infeliciſſimo Juvene religionem, confirmate virtutem; contradicite, libere dicam, ſi nil aliud reſtat, parricidium etiam neceſſarie facturo. Explicate miſeros tam ſollicita triſtique patientia, tam inexorabili doloris, ac trepidationis ambiguo. Si de fato mihi moriendum eſt, præſtate ut velit illico Filius parricidium admittere. Confirmate animum, adjuvate dexteram, ut fortiter Patrem occidat.

mihi mori, licet iſtud etiam ut negetis. Vit fortis commendo vobis exitum meum, ſi non continuo lethale vulnus impreſsero: ſi non cum ſanguine totam animam properans ictus egeſserit, adjuvate dexteram, deprimite telum, & ante omnia detinete patrem. Neſcio quam longe manum ſparſurus ſit fugientis animæ dolor, quo cadat extractus mucro viſceribus, in quem ſe collabentis corporis ruina præcipitet. Vultis ſcire, quantum debeam timere victurus? Metuo, ne patrem, dum morior, occidam. DECLAMATIO.

M. FA-

Digitized by Google



M. FABII QUINTILIANI DECLAMATIO QUINTA.

IN QUINTAM M. FABII QUINTILIANI DECLAMATIONEM ANTILOGIA.

ÆGER REDEMPTUS.

ARGUMENTUM.

* *Liberi parentes in egeſtate aut alant, aut vinciantur. Quidam duos filios habebat, frugi, & luxurioſum. Peregre profecti ſunt, capti a piratis: luxurioſus languere cœpit. Ambo de redemptione ſcripſerunt. Pater univerſis bonis in unum redactis profectus eſt. Dixerunt illi prædones, non attuliſſe illum niſi unius pretium, & eligeret utrum vellet: ægrum redemit. Qui dum reverteretur, mortuus eſt. Alter ruptis vinculis fugit. Alimenta poſcit Pater, contradicit Filius.*

Pro Patre contra Filium.

Declamatio.

QUamvis, Judices, in tanta malorum continuatione jam potuerim nihil ex accidentium meorum novitate mirari, nullumque mihi reliquerint [1] impatientiæ genus adverſa, quæ de ſolatiis, remediisque creverunt: confiteor tamen hoc ſolum me proſpicere nullo [2] metu, nulla [3] triſtum recordatione potuiſſe, ut poſt

Pro Filio contra Patrem.

Antilogia.

QUamvis, Judices, etiam ante captivitatem triſtiora ſemper mihi contigerint de inclementia ſævitiaque Patris adverſa, neque me tantum piratarum efferata crudelitas, quantum domeſtica exagitarit invidia, confirmo tamen nihil ærumnis meis potuiſſe indignius, & minus expectatum accedere, quam quod

* Lex. 1 Intolerantiæ, nihil ſcilicet præ adverſorum continuatione mihi non poſſit evenire, quod ego non patiar in patientia adverſorum obduratus. 2 Futurorum. 3 Præteritorum.

Digitized by Google

ANTILOGIA. quod post semper plus amatum fratrem, post negatam mihi redemptionem, post prælatum luxuriosum, dum sævior discruciat me fames, Pater exigat alimenta. Quis jam impudentiæ ejus ignoscat, apud quem paternæ nunquam valuerint caritatis affectus; quis hominem ferre petentem a Filio cibos, cui nihil inter carceres, inter catenas indulsit, ut quandoque præstare posset? Contendit ut pascam; nec intelligit causæ inde nostræ patrociniis majus auctoritatis pondus accedere, dum subsidia quærit inopiæ, quæ in luxuriosi, pejorisque redemptionem exhaustum torquet, everberat. Iniquissimum causæ genus est quoties alimenta petas ab illo, cui eum prætuleris, qui te non poterat pascere. Quæso tamen, Judices, ne quis me ad miseriarum nostrarum suffragia immanis cujusdam afferre putet severitatis ambitum; neque quod egeni Patris renuo saturare famem filius ipse mendicior, conditionis me nostræ putet oblitum. Liceat, sanctissimi Viri, liceat liberorum omnium infeliciſſimo solemni judiciorum forma, & publicæ Legis auctoritate, qua petitur, quæ imputatur petenti immodica contradicere. Eximus enim, seu virtutum nostrarum merito, seu paternæ crudelitatis invidia de necessitate parendi; neque illa nos alligavit lege sacri nominis honor, ut immitibus etiam, & novo quodam inhumanitatis ingenio turpissimis cæca indignaque potius patientia serviremus. Credo vero meretur aliquid supra mediocres affe-

post piratas, orbitatem, famem, hinc quoque calamitatibus nostris pondus accederet, quod [4] reversus est filius meus. Vivebam miser, ut hunc viderem: solaque [5] superstitis expectatione suspensus, [6] avidissimam moriendi cupiditatem [7] contentiosa [7] mendicitate [8] fallebam. Pudet [9] persuasionis, rediisse se juvenis affirmat, ut vindicaretur morte fratris, ut Patris orbitate gauderet: nec intelligit majorem se factis meis [10] auctoritatem hac indignatione conferre. Nunc magis sentio, quantum [11] facinus fuerit ægrum non redimere. Queritur se relictum, qui potuit evadere. Utcunque igitur, Judices, poteram redemptionis illius reddere de præsenti juvenis impietate rationem, & mihi crudelitas ista præstabat, ut filium viderer elegisse meliorem. Non utor tamen occasionis hujus invidia, nec quicquid miseræ [12] pietatis impatientia feci, querela malo defendere. Ego vero tunc non mores liberorum, mentesque tractavi, nec mihi in illa tristissima conditione succurrit de [13] comparatione consilium. Sola, quid facerem, necessitas, sola juvenum meorum adversa suaserunt. Ex duobus liberis neutrum magis amat, qui redimit ægrum. Illud plane, Judices, ultra omnem malorum meorum fateor esse tristitiam, quod hac asperitate juvenis, hoc inopiæ, squalorisque [14] despectu famam optimi fratris [15] inocsit. Hominem, qui piraticum carcerem, qui prædonum vincula discusserat, decuerat, se voluisset [16] aliter reverti? ex [16] quo se nobis

DECLAMATIO.

4 Emphatice, quasi dolor ex hac impietate filii reversi superet cæteras miserias. 5 Altero jam mortuo. 6 Ut me tot ærumnis subriperem. 7 Hoc est spe qua visurum se sperabat in suam solatium ac bonum Filium hunc; mendax autem erat hæc spes, hoc est falsa, aliter enim sperabat ac revera futurum erat; contentiosam autem vocat hanc mendicitatem, quia ipsa pugnabat cum aviditate moriendi sup. 6. 8 Blandiebar, alliciebam, mulciebam. 9 Qua me persuasit ipse ut afferrem pretium Filios redempturus. 10 Approbationem; patet scilicet magis ex hac Filii mei indignatione, me potiorem rem feciſſe in ægro redimendo. 11 Nam si facinus putat Filius hic sanus si ipsum non redemi, majus facinus fuisset non redemisse alterum Filium qui pro ægritudine evadere nequibat.

12 Erga Filium ægrum, ideo inhabilem qui se liberaret. 13 Filiorum inter se. 14 Contemptu, derisione, negligentia. 15 Læsit, infamavit. 16 Diversus, diverso animo ac fuit cum se liberavit.

Digitized by Google

DECLAMATIO. nobis tanto virium labore reſtituit, poterat [17] ejus quoque admirationem mereri, qui [18] pretio paulo ante ceſſiſſet. Dii immortales, quam laudem, quem gloriæ favorem impleverat! ſi paſceret patrem, redemerat fratrem. * Relaturus vobis, Judices, ordine malorum meorum eventum, quem nemo tam crudelis, nemo tam ſævus audiet, ut me non paſcat, hunc ante omnia, qui ſe queritur *in* fratris comparatione damnatum, [19] ſecreti doloris indignatione convenio. Quid agis [20] impotens, ſuperbe? Tu [21] neſcis utrum fuerim redempturus ex duobus ſanis, ex duobus ægris. Habui enim, Judices, Filios diverſiſſima mentium, corporumque qualitate compoſitos: & ſicut mox probavit ſæva captivitas, in totam [22] diſſimilitudinem vitæ quoque genere deductos. Hic namque robuſtus, ac patiens, non molliri proſperis facile, non accidentibus frangi; & quem de voluptatum, gaudiorumque contemptu ſcires parem quandoque fortunis, traxerat ex firmitate mentis magnam protinus & in membra conſtantiam. Ille vero pariter in lætitiam, metusque reſolutus, alienus a curis, ſolicitudinibus impar, delicatus, impatiens, & jam ſimilis ægro. Sed apud Patris affectus hæc ipſa liberos diſſimilitudo jungebat, & erat quædam in inæqualitate charitatis æqualitas, quod hunc ſerio, lauda- ANTILOGIA. fectus, ſupra paris æquitatis officia filius infirmus, pauper, laceſſitus etiam cum de captivitate revertitur, in qua ad ipſum non reſpexerat Pater. Poſſem igitur, poſſem exprobrare ſæviſſimo; reddam cibos, quos noſtræ pariter inopiæ intra ſqualliſidos illos, catenisque & cruciatibus horridos ſpecus contuliſti; reddam hiſce manibus, quibus properati redimendis, quibus omnium impendiſti pretia facultatum. Poſtula, Pater, a luxurioſo; poſtula ab illo, qui meruit in melioris comparatione præferri. Nolo tamen tota uti paternæ inclementiæ cauſa; neque adverſus humanarum neceſſitudinum hoſtem afferre quidquid poteſt contra malum parentem juvenis non redemptus. Ideo, Judices, jus alimentorum nego, non alimenta, non Filium. Non enim ego de captivitate ad vindictam redii; non imputo Patri, non iraſcor ultra quod alium redemerit. Scire vultis innocentiam meam, & ſemper eadem vota pietatis? Reverſus ad Patrem ſum, qui luxurioſum ſemper plus amavit, qui mihi prætulit moriturum. Attrita catenis membra, & pæne jam confecta ſuppliciis impatientiſſima properatione proeraxi, meque totum rigentem, horridum, vix aptum ad greſſus in genua poplitesque demiſi. Exhibui patri filium, illum adhuc miſerum, adhuc captivum, nondum libertate, nondum opta-

17 Ejus pro eam, ſeu hanc. 18 Ita fortaſſe ſenſus eſt & placet; poterat mereri admirationem quod ceſſiſſet pretio, recuſaſſet quaſi ſcilicet redimi pretio, qui ſe ex ſe ipſo potuit liberare.

* Peractum eſt Exordium, in quo Senex exaggerat 1. magnitudinem hujus calamitatis, quæ ſibi accidit, & tantam Filii crudelitatem, quæ ſane miſerias ſuas omnes maximas licet exſuperat: Quam crudelitatem, *inquit* ipſe, numquam ſe credidiſſe viſurum, ex hac vero infert quam melius fecerit redimere ægrum, quia, data paritate, debuiſſet ipſe eſſe crudelior. Secundo ait, quod licet potuerit modo defendere redemptionem alterius Filii ex hac crudelitate hujus, non tamen vult uti hac defenſione. Dicit ſe tunc, cum de redemptione egit cum Piratis, habuiſſe rationem non morum in Filiis, ſed neceſſitatis, qua coactus redemit impotentem, ad quod ipſa pietas cogebat. Tertio ait, præter malorum ſuorum dolorem, ſe hoc quoque majus miſeriarum pondus habere, quod infamatum tanta impietate videat Filium, cum alioquin potuerit immortalis fieri, ſi cum redemiſſet Fratrem paſceret Patrem.

19 Quaſi dicat, tacite convenio. 20 Impotens cohibe affectus tuos, ſceleratе. 21 Si ambo ſcilicet fuiſſent ſani, ſeu ambo ægri, redemiſſem in hac paritate te qui præſtabas moribus alteri.

22 Hic enim antea frugi modo cœpit eſſe ſceleratus & crudelis, ſeu ita intellige in diſſimilitudinem diductos in captivitate, quia ille cœpit languere, hic adeo fortis fuit ut ſe liberaverit.

Digitized by Google

ANTILOGIA. optatæ lucis recreatum occursu; illum, cui rursum cederet æger luxuriosus. Dii, Deæque! Quantum in Patre indulgentiæ, quantum caritatis inveni? Reverse, inquit, pasce. Abite modo miserationes, recede parumper pietas; non ille mihi Pater est, non ego sum Filius. En hominem, qui me rursum, puto, in captivitate relinqueret. Adjuvate, Sanctissimi Viri, merita juvenis; æstimate senis aviditatem. Hoc saltem debebat Pater alimenta non poscere, ut mitius agere videretur, quam cum redimere me non voluit. O mors expetenda miseris, quoties te intra illos inauditarum calamitatum sinus, modo strictorum rabida collectatione membrorum, modo rara quadam cruciatuum aviditate quæsivimus! Fateor enim, &, audiente conscia divinitate, protestor, suppliciis ipse sæpius ultro pectus aptavi, & parata ingruentibus undique vitalia flagellis exhibui; barbaros ipse piratas, ut immitius auderent, ut graviori dextera ferirent, admonui. Quid enim de solatiis, remediisque vitæ sperarem homo, qui & nihil unquam inveneram in Patre pietatis, & sperare ultra non poteram domesticarum facultatum auxilia, quas jam senex omnes in luxuriosi redemptionem insumpserat? Fuimus siquidem, Judices, fuimus duo fratres, luxuriosus alter, libere jam dicamus, & mollis, & qui debuerat semper a Patre minus amari; alter in vitæ melioris munera, in patrem sic pronus, ut nunquam non meruerit in alterius comparatione præferri. Sociavit senex tamen juvenum diversitatem ejusdem peregrinationis consortio, non nihil, ut credo, fortasse sperans alterum de meliori fratre sumpturum, si molliorem datumque semper, illum jam quadam miseratione diligerem. Quid profuit[23] individua pietas? Erat etiam me nolente manifestum, utrius magis colloquiis, magis lætarer aspectu. Velit, nolit, Judices, ipsa quoque querela juvenis, quid de Patris fateatur animo, probat. Iratsci quod non sit fratri prælatus ægro,[24] impatientia est hominis, quo magis ametur. Accipite, Judices, majorem pietatis æquæ probationem: filium nec peregre dimissurus elegi, junxi Fratrem, aptavi comitem, & utroque Patris latere nudato, visus sum mihi magis habiturus utrumque mecum, si[25] patiter essent. Hanc apud me juvenum æqualitatem etiam in calamitatibus fortuna servavit. Uterque captus est, ambo de redemptione scripserunt, dissimiles licet. Iterum tamen & inter adversa persuasionem charitatis invenio. In captivitate communi, puto, minus speravit ille de Patre, qui languere cœpit. Tu mihi nunc, impotentissime juvenis, tu quæso responde. Quid aliud facere debuerit Pater duos redempturus? Cunctas facultates in pretia collegi: rus, servulos,[26] penates, & omnia utiliora properanti festinatione[27] perdentis addixi, & ultra quam non potest excogitare summus affectus, nihil senectuti meæ, nihil dubiis casibus (proh inconsulta pietas!) nihil neque illi reservavi, quem redemissem. Quantum, Judices, ad piratas tulerim, scire potestis ex hac fame. Fuerit pretium licet exiguum, parvumque, dum totum: fingite quamlibet divitem, quamlibet pauperem Patrem, nemo unquam plus pro liberis dedit, quam qui sibi nihil reliquit. Utrum ne igitur, Judices, nemo mortalium habet pretium plurium liberorum? An piraticæ

DECLAMATIO.

23 Indivisa mea pietas in Filiis meis. 24 Qui enim magis amatur is est qui dolet, si etiam in hac occasione non ametur, & liberetur. 25 Una simul. 26 Fortasse intellige simulacra aurea, argentea Deorum penatium, quos quisque Domi colebat. 27 Tanta scilicet festinatione vendidit, ut cito pretium colligeret, ut illa fere in vendendo perdiderim dum parvi vendo cito emptorem inventurus.

Digitized by Google

DECLAMATIO. ANTILOGIA.

ticæ feritatis ingenium est, in captivorum taxatione solos æstimare redimentes? Dii immortales, quam arrogans me pirata, quam superbus excepit! Parum, inquit, attulisti senex, languet alter. Quid ego a diis hominibusque merui, quod mihi non redditurus utrunque, [29] non ipse potius elegit? [30] Sævus, & humani doloris artifex, negavit a me duos posse redimi. Deinde ut hoc tristius, ut difficilius esset, redditurum se dixit, utrum maluissem. Vides, juvenis, quantum pietati meæ testimonium reddiderit ipsa crudelitas. Conditio non ponitur nisi duos redempturo. Expectatis, certum habeo, Judices, ut in tristissimæ necessitatis positus [31] abrupto, ad ægrum continuo properaverim. Quis non putet, audita conditione vincula me statim detraxisse languenti? Oderitis licet [32] confessionem meam, [33] deliberavi. Tenuit, inter illos inexplicabiles doloris æstus, perquam longum pietas [34] misera consilium: & quod nunquam satis [35] manibus filii, nunquam satis [36] excusabo conscientiæ meæ, non statim mihi ille [37] deficiens [38] unicus fuit. [39] Dissimules licet, orbitas, ego mihi plurimum videor adjecisse languori cunctationis mora, & sensit infelix [40] quid in electionis hujus [41] necessitate fuerim neutro languente facturus. Tandem, quod solum habebat [42] ambitus genus, desperatione prævaluit. Accepi, fateor, illum, qui [43] solutus quoque non [44] sequebatur, quem non gaudium redemptionis, non lætitia rem delitiæ parumper luxusque domus, & præsens patris indulgentia deficerent. Discessimus una, Judices, patremque jam tunc quoque alterum jam præferentem reliquimus. Varium iter per maria terrasque duo moribus ingenioque dissimiles composita societate suscepimus. Prospexerat forte peregrinatio luxuriosa, si non incidebamus in piratas. Irruere in nos enim sævi trucesque humani generis hostes, pariterque captos intra profundos horrendæ caliginis carceres continuis destinavere cruciatibus. Ad tristem illam miserandamque captivitatem suos quisque iterum mores, suam naturam afferre; Alter enim, cui neque tam pronum parentis ingenium servire satis, optatasque omnes delitiarum luxusque vices afferre videbatur, demittere statim animum, ac fatiscere, & velut in mortem cæpit languere, pallescere. Mihi, dicam audacter, Judices, accessit quædam in calamitate superbia; composui me ad fortem quamdam, attonitamque patientiam; neque magis me captivitas torsit, quam quod mihi inutilis essem, & patri. Quantum ideo redimi, quantum merueram ideo præferri! Scripsimus ad Patrem pariter de redemptione; neque frustra homini nuntiatum est. Coactis enim, quæcumque ille poterat, pretiis, domesticis facultatibus venditis properavit ad carceres, dicere modo non possum ad filios. Miserum me, deceptumque paternæ interpretatione pietatis! Sperabam diversitatis aliquid ab homi-

præ- ne

28 Concessio. 29 Ita enim nulla in me cecidisset invidia. 30 Pirata. 31 Ruina, præcipitio. 32 Quod fateor meam deliberationem. 33 Quemnam ex duobus eligerem. 34 Quia posita in hac tristissima conditione eligendi unum tantum, & alterum relinquendi in manibus Piratarum. 35 Animæ Filii mei redempti, & defuncti. 36 Scio enim me in redimendo ægro per quam recte feciſſe; non omnino autem recte in deliberando, debebam enim ipsum illico eligere, quare hanc nunquam satis excusabo injuriam. 37 Morti jam proximus Filius. 38 Tamquam unicus creditus, nulla alterius habita ratione. 39 Sensus hic fere; licet videri possim dissimulare quæ dicam, improbe scilicet hæc afferere quia jam mortuus est Filius. 40 Quidnam feciſſem si ambo sani fuissent; nam si adeo dubius fui, licet haberem necessitatem ipsum quia ægrum redimendi, multo magis dubitassem, immo forsasse ipsum nullo modo elegissem si fuisset incolumis. 41 Necessitate ipsum eligendi propter ægritudinem. 42 Scilicet partialitas ex ambitu. 43 Vinculis piratarum. 44 Erat enim præ ægritudine ferendus & adjuvandus.

Digitized by Google

ANTILOGIA. ne mihi præſtandum, tamquam parenti numquam bonus filius plus eſſet luxurioſo diligendus, quam in calamitate. Quo animo, cui redimendo pater congeſſerit opes, feſtinaverit ad piratas, relinquam vobis exiſtimandum. O carcer, o ſpecus ultra naturalem profundæ caliginis noctem horrenda altitudine, præcipitique terrore demerſi, o fœdæ trucesque catenæ, & barbaricæ contracta feritatis artibus vincula! Teſtor vos, ſævi, minus tamen inexorabiles Patre carnifices; & de illo, quo ad nos ſenex intravit, diſcrimine caritatis interrogo. Stetit homo in illo tenebroſi carceris limine; non interrogavit pariter de filiis; unum anxie, unum ſollicite petebat, ubi jaceret æger, ubi delicatus detineretur. Impotentiſſime mortalium, cuinam imputabis collegiſſe te pretia duobus, veniſſe te ſingulis redimendis? Dicamus, nimis indulgens caritas; profer indigna reverentia, humilis pudor; ſi pretium redimendis geminis ſuffeciſſet, puto adhuc unicum prætuliſſet. Non ad me igitur primum deflexit intrantis humanitas: Vix data meliori dextera eſt, projectum vix oſculum, poſtquam omnem in luxurioſum Pater egeſſerat caritatis, ſacrorumque munerum indulgentiam; & ne pietas ægro communione noſtri veluti contaminata contingeret, timuit inter noſtros parumper amplexus hominis miſerationes abſumi. Non poſtulo ut redimas, ut præferas: Intra tamen prius ad meliorem, miſerere non luxurioſi. Tuliſſem, Judices, fortius ſæviſſimæ captivitatis adverſa etiam non redemptus, ſi prima venientis ad nos ſolatia Patris contigiſſent; & excuſarem, ſeni, tamquam ad redimendum me properantem languo-

45 prælati, non 46 hortantis erexit Patris amplexus. Si eſſet in rebus humanis ulla clementia, merueram etiam de piratis, ut mihi duo redderentur. Utinam, Judices, juvenis illius vita præſtaret, ut videretur non 47 periculi miſeratione, ſed 48 charitate prælatus. Me infelicem, quod bonam habeo cauſam. Explicuit juſtitiam comparationis, qui deceſſit etiam redemptus, & in perituro filio 49 nihil aliud electum eſt. In quo fui miſer famæ periculo? Filius meus languore defunctus eſt: tamen Pater occiderat, ægrum ſi reliquiſſet. Videram continuo, Judices, in carcere illo quantum promitteret conſtantia 50 hominis, quem non captivitas, non expectatio Patris, non fratris fregiſſet infirmitas. Nec immerito de fortiſſimo juvene cuncta ſperavi, ſi fuiſſet ad omnes conatus explicato languente liberior. Tandem miſeros fortuna reſpexit, & puto contra prædonum commenta feritatem, ipſa conſenſit, ut nobis quem negaverant, non abſtuliſſent. Non quidem mihi, Judices, arrogo temporis illius providentiam, nihil me fateor feciſſe conſilio: poteſt tamen utriusque juvenis exitus neceſſitatibus meis aſſignare rationem. Periit, quem redemi: reverſus eſt, quem reliqui. Inveniſſe te putas, juvenis, Patrem cibos, & alimenta poſcentem? Quærebam pretium tuum, teſtor clementiam mitiſſimæ civitatis: hæ preces, hic rogantis ambitus fuit. Miſeremini, date ſtipes, indulgete, conferte, repetendus eſt ille, qui redimi maluit fratrem. Sed & hac te decebat reverſum proclamare voce: erige vultus Pater, attolle triſtiſſimam faciem, vindicati de ſæviſſimis prædonibus ſumus, duos redemiſti. * Alimenta poſco. Poteram

DECLAMATIO.

45 Alteri Fratri. 46 Ut bene viveret, ut bene ſe haberet &c. 47 Quod ſubibat apud prædones. 48 Propter ægritudinem. 49 Quam hoc quod eſſet periturus. 50 Filii alterius, hujus.

* Confecta Narratione, in qua Pater narravit, primum, Filiorum naturam, 2. iter commune, 3. communem quoque captivitatem, 4. profectionem ſuam bonis omnibus in unum contractis ad redi-

Digitized by Google

DECLAMATIO. teram non adjicere, Filium Pater, sed mendicus hominem, sed juvenem senex. * Quis enim magis ex ipsis rerum naturæ sacris, venerandisque primordiis, descendit [51] affectus? Quid etiam inter liberos, ac parentes tam commune, tam publicum, quam ut alicujus famem [52] proximus quisque depellat? Voluit nos ille [53] mortalitatis artifex Deus in commune succurrere, & per mutuas auxiliorum vices in altero quemcunque quod pro se timeret asserere. Nondum hæc charitas est, nec personis [54] impensa reverentia: sed similium accidentium providi metus, & communium fortuitorum [55] religiosus horror. In aliena fame sui quisque miseretur. Sic cibos obsidio partitur, sic inopiam pariter navigantium frequenter unius alimenta paverunt. Hinc & ille venit affectus, quod ignotis cadaveribus humum congerimus, & insepultum quodlibet corpus nulla festinatio tam rapida transcurrit, ut non quantulocunque veneretur [56] aggestu. † Parentibus vero liberi non præstatis alimenta, sed redditis: quanto, Dii, Deæque! breviora, quanto minora pro tot infantiæ, tot [57] pueritiæ [58] sumptibus, tam variis vel abstinentissimæ juventutis impendiis? Si mehercule hoc quoque [59] officii [60] genus natura permitteret, [61] bene pro [62] deficientibus aliquid, & vita guores alterius, & mollior hominum in calamitates affectus abstulissent. Statim igitur, Judices, ut quem quæsierat inspexit, abjecit ætatis moras, festinatisque virium ministeriis in oscula complexusque cucurrit. Catenis ipse colla submittere, fœdam languentis maciem situmque depellere, pressa ferro membra levare, statimque agere de redemptione. Dixere Piratæ, unico tantum allata pretia sufficere; eligeret ipse quem vellet. Deliberavi tunc, inquit, quem redimerem, & inter illos inexplicabilis doloris æstus perquam longum tenuit pietas misera consilium. Ego vero, Judices, proclamo, testor, non dubitasse illum affirmo, quem de duobus eriperet, qui redemit, quem plus semper olim prætulerat. Quid expectatis ut referam? Elegit luxuriosum; elegit ægrum, moriturum; illum, qui redemptus nec patri poterat prodesse, nec fratri. Quid dicitis, sanctissimi Viri, quid æstimatis? Qualis est pater, qui de duobus liberis, non dicam eligit pejorem, sed illum, qui neque paternæ beneficio pietatis, neque redemptionis discrimine possit uti? Quantum videbatur ille, quo poterat spiritu collabente, clamare; redime Pater meliorem; præfer illum, cui bene impendantur pretia! Continuo ipse igitur ANTILOGIA.

mendos Filios; 5. necessitatem quam habuit redimendi alterum Filium, quia ægrum, cum unum tantum posset illo pretio ex captivis liberare; 6. fugam Filii alterius de manibus Piratarum; pergit ad confirmationem, in qua probaturus est sibi danda esse a Filio alimenta; ad quod thema probandum.

* Primum argumentum pro Patre contra Filium, quia non solum Filius Patrem, sed & pauperem dives, & juvenis senem, & quisque alterum tenetur ex naturæ instinctu adjuvare, & hoc confirmat 1. quia Deus nos voluit in commune vivere, ut nobis invicem succurreremus, & alteri præstaremus id, quod nobis egentibus vellemus præstari; 2. quia in obsidione, in navigatione &c. quisque propriis etiam opes in commune profert, & alteri alter succurrit; 3. quia præstare alimenta, est eadem pietas ac cadavera humare.

51 Quam hic succurrendi alterius inopiæ. 52 Cognatus, affinis. 53 Hominum mortalium.

54 Excessiva, abundans, nimia. 55 Horror cum formidine, quod proprie innuitur ab Ly *Religiosus*. 56 Aggestu terræ, perfusione terræ modica etiam, & manipulari.

† Secundum argumentum, sive potius confirmatio, seu Auxesis primi illius, quia si quilibet præbet alteri alimenta, multo magis præstanda Patri sunt a Filio; quod enim dant Filii illud est reddere, qui licet plurima dent, minora tamen sunt iis, quæ Parentes pro ipsis impenderunt; ex quo fit ut non sit beneficium dare alimenta, sed negare sit facinus.

57 Vestræ. 58 Quæ facimus nos parentes. 59 Officii remuneratorii, solutorii. 60 Per transpirationem ipsius naturæ. 61 In bonam partem, juste. 62 Parentibus.

Digitized by Google

ANTILOGIA. tur ut conditionem accepit, impatientissima sollicitudine animum viresque ad luxurioſi liberationem explicuit, & quaſi tarda eſsent Piratarum officia, pronam ipſe ſenectam intra horrenda compedum miniſteria laſsavit. Quanta Filius frugi merebatur, ſi tanta Pater contulit in luxurioſum! Immitis Parens! Poteris a me cibos exigere, quem reliquiſti, qui ſolus poteram redimere Fratrem, paſcere Patrem! Scire nunc vultis quantum ille redimi merebatur? Redemptus illico mortuus eſt. Proteſtor nunc, ſanctiſſimi Viri, poſtquam abiit cum luxurioſo ſuo ſenex, feciſsem rem citius morituri, niſi illa quæ mihi ſemper profuit plus Patre virtus, excitatæ jam deſperationis inſaniam intra mitiores quosdam cohibuiſset affectus. Diu inter obſcuros illos, triſtesque carceres revocatam animam durare juſſi; atque in tantis humanitatis ærumnis miſer didici fortunæ, fatisque parcere. Agnovi tunc inexplicabilius eſse calamitatis genus filio, cui malus pater contigiſſet. In me tandem oculos ſupernamque opem rerum moderator immiſit; & ſtringentium rigore vinculorum infirmos invalidos artus in illam, quam pater negaverat, impulit redemptionem. Non ego tibi, Pater, lucem debeo, non libertatem. Potui enim, potui aptatas tota artis avidæ ſollicitudine catenas effringere, & invidiam facere Patri. Cui redemptio-

vitâ veſtra deperderet, iterumque ex illa, quam traxiſtis, anima portio brevis in ſuum rediret auctorem. Vultis ſcire quantus nomini noſtro debeatur affectus? quanta veneratio? Non eſt beneficium, quod paſcitis: ſed eſt facinus, quod negatis. * Liberi parentes alant. Pudet [63] ſacrorum [64] nominum, pudet [65] religionis humanæ. Hæc ergo lex erit? quid imprecer [66] homini, qui primus fecit ut pietate juvaremur? Liberi parentes alant. O crudele factum! O numquam triſtior fames! ita paſcit ille, qui cogitur? ** Non meruiſti, inquit, accipere. † Diſcede pietas, quieſce paulisper: infirmitas remuneranda ſit. Primum lex ſeveriſſima eſt, ut fortius alimenta poſcantur. Perdiderunt pulchritudinem, ſanctitatemque naturæ, qui putant illis parentibus jura ſuccurrere, quibus apud liberos ſalva eſt de mutua charitate reverentia. Colliſis proſpexere pignoribus, & inter tam venerabiles affectus hoc quoque dignum providentia fuit, ut aliquid & odia præſtarent. Quereris, iraſceris, & ideo juberis. [68] Expectandum eſt videlicet, ut liberorum, parentumque concordiam præferant totius merita vitæ, & ut pietas, natura, ſanguis accipiant quotidie tanquam amicitiæ nexum: & niſi nos promeruerimus obſequiis, adulatione, patientia, natales, ortus, & pignora prima [69] perierunt? Si vultis, Judices, ut huic nomini ſalva ſit in omni perſonarum diverſitate veneratio, bonum Pa-

DECLAMATIO.

* Tertium argumentum ex Lege.

63 Utpote quæ nomina pietatis. 64 Liberi, parentes. 65 Pietatis humanæ quæ modo a Filio violatur. 66 Legislatori.

** Objectio ex Filio quod non mereretur Pater alimenta.

† Reſponſio ex Patre, 1. quia Lex diſtrictiſſime jubet præberi alimenta parentibus; 2. nihil refert ſit ne bonus Pater an malus, mereatur, nec ne; debet enim etiam malum ex Lege paſcere; 3. quia licet ſævus ſit amat tamen Filium; 4. quia licet omnia mala in Filium Pater congeſſerit, adhuc tamen, ſi nequit rependi bonum, certe neque malum Patri inferendum eſt; 5. quia licet arrogans ſit, tamen poteſt nolle mereri, quod ſibi debetur, mereri autem dum ſuaviter ſe habeat; 6. quia Pater non eſt alendus quod ſit facilis &c. nam propter hæc quilibet ignotus etiam aleretur; 7. quia ſi Pater videtur truculenter agere cum Filio, hoc procedit propter mores ipſius Filii.

68 Non debet ſcilicet conſervari concordia Liberorum cum parentibus ex meritis totius vitæ; neque pietas veluti per nexum amicitiæ redintegranda eſt; verum debet ſemper eſſe concors, ſemper pius Filius Patri. 69 Perierunt relationes veſtræ, debita veſtra de ortu quem a nobis traxiſtis.

Digitized by Google

DECLAMATIO. Patrem [70] Filius alat, [71] lex malum. Non faciam hanc contumeliam rerum naturæ, non faciam legi, ut excuſem vel peſſimum Patrem, ut ſacro nomini tentem gratiam petere de venia. Sim licet crudelis, ac ſævus, Filium tamen diutius amavi. [72] Clauſerim paternos penates, de teſtamento, de ſpe ſucceſſionis expulerim, oneraverim vinclis manus, [73] fœdaverim membra verberibus, perſolvi gratia non poteſt nec mala patri. Arrogans, impotens ſum, nolo quotidie mereri quicquid mihi deberi cœpit primo die. Facilis, mitis, indulgens, vocabula ſunt iſta minoris [74] affectus, propter hæc aleretur amicus, paſceretur extraneus. Veſtrum quinimo crimen eſt, quod interdum [75] aliud ſumus, &, unde manifeſtum eſt, diverſitatem noſtram venire de moribus liberorum, non invenias aſperum Patrem, niſi jam peccantis ætatis. * Quid ais? rigidus, immitis ſum: ** ideo paſce, tantum paſce, non ultra malo pro reverentia nominis noſtri. Quicquid præſtatis inviti, & cum alitur Pater, quem quereris indignum, accipere mihi videntur omnes parentes. Si vis, affectum debes: ſin minus, neceſſitate ſervitutem, patientiam. Non tanquam Pater alitur, qui tanquam bonus amatur. Sepone, juvenis, differ querelas, tunc iraſceris, tunc objicies mihi, cum proſperitatum, cum ſecundorum [76] officia depoſcam. Non talis ad tua genua provol-

ptionem meam, cui ſalutem referam enuntiare non valeo. Proclamo, Judices, neque mihi, credo, redemptionis debitor ſum. Tunc ſenſi tantum cum minaces evaſi ſpeeus, cum mihi clara dies, & deſuetis jam luminibus gratior Cælorum facies illuxit. Debui, Judices, debui ſic redimi, a Patre olim non prælatus. Volui tamen tam inſperato libertatis munere ſic uti, tamquam me Pater redemiſſet. Ad ipſum igitur reverſus ſum; meque me unquam adeo vindicatæ lætitia vitæ humanis ſenſibus rapuit, quam dum credidi, poſſe me unicum tandem a Parente plus diligi. Vultis repetam, Judices, invidioſum, inauditumque Patris occurſum? Alimenta inquit, poſtulo; paſce Patrem. Parentum impotentiſſime! Ego tibi comparem cibos; ego adhuc infirmus, invalidus, qui ſingulas adhuc refero captivitatis ærumnas, ego pauper, ego mendicus, qui paſci debeo, cui nec ſufficiunt manus ad miniſteria laborum, neque pedes ad greſſus? Oh, ſi qua nunc apud Superos de rebus humanis cura eſt, ſi qua apud ſapientiſſimos homines de filiorum calamitatibus ac meritis providentia, adeſte Dii Deæque, adjuvate ſanctiſſimi Viri. Alimenta nego; alimenta dare non valeo. Tentat primo ſenex comparare ſibi meritum de ipſa caritate naturæ, de ipſa communi humanorum operum reverentia. Quid ais impotens, ſuperbe? Con-

ANTILOGIA.

70 Filius ex pietate. 71 Filius ex Lege. 72 Filium ipſum domo expulerim. 73 Alluſum ad livores, qui perſeverant poſt verbera. 74 Quam vim valere in Filio verſus Patrem. 75 Ac eſſe vellemus; vel alios nos prænoſceremus ac revera interne ſimus.

* Altera objectio, ſive magis argumenta ad probandam primam objectionem; quod non mereretur alimenta Pater. Sic ergo eſt, non mereris alimenta Pater quia rigidus es, immitis.

** Reſp. ex Patre 1. ſe ideo nihil aliud petere quam purum alimentum quod debet Filius ex Lege, non miſericordiam, non pietatem &c. 2. majus opus futurum ſi alimenta præbeat Patri crudeli, nam ſic ſibi videtur accepturos omnes Parentes. 3. ſe ita infelicem, & qualem ſe deſcribit ſatis laudari ſtilo, non poſſe eſſe rigidum, neque timendum, cum nullis malus ſit Pater infelix. 4. ſi ipſe immitis eſt ſatis hoc ad ſupplicium eſt, quod modo eſt ipſius Filii ſui mendicus; quare non exigit jam ut ſuis manibus Filius Patri alimenta porrigat, ſed hoc tantum ut projiciat quæ ipſe rapiat.

76 Quæ mihi præſtare deberes in proſperis rebus, & ſecundis; ſeu quando ego aliquid petam proſperi, ſecundi, & abundantis, quod minus neceſſarium ſit, quam alimenta.

Digitized by Google

ANTILOGIA. Contendis ut pascam, non veluti filius patrem, sed veluti juvenis senem, velut homo mendicum? Ideo, Pater, fortiter queror, quod me pariter modo plus indigentem non pascis. Rursus vero vide quam mala tibi sit causa, qui neque dives ad me miserrimum respexisti, qui non juvisti validus infirmum, liber captivum. Alimenta petis? Tu tamen, si filius viveret, quem plus amasti, illi porrigeres cibos, quos egestati nostræ subtraheres; sufficeret pater, nunc æger, nunc pauper, ad delitias, ad libidinem luxuriosi. Quid mihi est igitur ut te pascam? Ut calumnieris iterum, ut minus ames, ut premas, ut exagites, ut rursum captivum non redimas, ut pretia conferas iterum ad pejorem? Testor immortales Deos, numquam illi sanguinis, aut meritorum æqua ratio proficiet, qui sacrarum necessitudinum, ipsiusque naturæ jura subvertit. Ita debet te filius pascere, ut ipsum tu de calamitatibus vindicasti. Cibos, inquit, obsidio partitur; inopiam navigantium frequenter unius alimenta paverunt. Gratulor, Judices, quod nihil potest contra nos Pater afferre, quo non se primum accuset. Utar igitur comparationibus iterum causæ tuæ: Pater, ideo me pasce. Ideo mendicum, miserrimum juva; de manibus Piratarum elapsum, non paterna, non illa, quæ filio frugi debetur, sed humana, sed communi suscipe caritate. Nullum tamen, senex, invenias, cui inter egenam multitudinem volvor, ut extimendus sim. Nulli malus est Pater, cum esse cœpit infelix. Aspicis collapsum, & ex omni calamitatum genere miserum, & ultra quod accidentium mensura non exit, in orbitate mendicum. Riget squalidi capitis [77] concreta canities, vigor pristini vultus [78] vacuis luminibus intabuit, & per obstantium crinium illuviem [79] tenuis [80] arentium jactus oculorum. Hæret astricta [81] nudatis ossibus cutis, & in fame sua homine consumpto, jam membra sine corpore. Iterum bonus sum, in pristinam religionem de calamitatum horrore restituor. Adeo ne non habent hæc ipsa supplicia pœnas, quod posco, quod rogo, quod mendicus sum Filii mei? Et quam multa, Dii, Deæque! non possunt pro nobis impetrare leges? Quanto plura sunt, quæ negantur, cum præstant inviti? Non exigo, ut tuis manibus porrigas cibos, ut consoleris, ut foveas: projice quod rapiam, abjice quod colligam. Genus ultionis est pascere, neque misereri. * Si tamen, Judices, fas est impietatis hujus ullas accipere causas, & Filium, qui non alit, putatis reddere posse rationem, æstimate per fidem, quod sit facinus illud, cujus ultionem debeat exigere aliquis de fame Patris. Captum me, inquit, non redemisti. Quis non putet queri de Filio Patrem? Quemquamne dicentem feras, nihil tibi debeo, qui mihi vitæ, lucisque beneficium [82] semel præstitisti, quia hunc spiritum, hoc corpus non ex indulgentia tua [83] rursus acce-

DECLAMATIO.

77 Forsan quia impexa. 78 Hoc est pœne anihilatis, seu excavatis, concameratis quod solet contingere in parte inferiori, & restrictione nervi optici. 79 Debilis, invalidus, brevis.

80 Siccorum, quibus scilicet arefactus est humor aqueus, seu vitreus, seu chrystallinus, per quos humores transeunt visuales species refractæ ad Retinam ubi reflectuntur, & ibi formatur visio; quibus humoribus consumptis læditur visio. 81 Carne.

* Altera objectio Filii qui negabat alimenta quod captum ipsum Pater non redemerit. Respondet autem Pater, primo, quod licet modo ipsum non redemerit, tamen ipsum genuit; 2. quod non potuit redimere, primo, propter senectutem, a qua fuit iter præpeditum; secundo, quia tunc primum in eo fuit voluntas ambos redimendi; tertio, ex vi Legis non sunt Filio quærendæ causæ cur Pater poscat alimenta, cum sit vere miser. 4. quia in educando Filio pauper factus est.

82 Quando procreasti. 83 In captivitate.

Digitized by Google

DECLAMATIO. accepi? Iniquissima magnorum conditio meritorum est, si quicquid non fuerit adjectum, de prioribus perit, & pessimo exemplo gratiam præteritis auferunt reliqua cessantia. Non redemi, non tamen ideo minus est, quod in hunc te divinorum, humanorumque conspectum de nostra protulimus [84] anima. Maria, terrasque, & [85] infatigabiles syderum cursus, & cuncta sacro fulgore lucentia nos, ut fruereris, ostendimus. Has, quas subtrahis [86] manus, hæc verba, quæ negant, de meo spiritu, de meis visceribus hausisti. Gaude potius, exulta quod tibi Patris asperitas præstat [87] boni Filii jactationem. Solus habet, quod imputet Patri, qui queritur, & pascit. Quam multa, Judices, huic querelæ respondere poteram, propter quæ Filium salva pietate non redemissem. Quis non acciperet excusationem, si dicerem: Impediit quamvis properantem senectus, inopia, languor? Pretium non tam festinanter inveni. Explicare non potui navigationem, juvenibus quoque, fortibusque difficilem. Solus ac senex non illa qua speraveram prosperitate, direxi? Per quos metus, per quæ peregrinationis incerta properavi? Remove, juvenis, indignationem, nihil plus pro Filio factum est, quem recepi. Non [88] fortunam tibi debeo, sed [89] affectum: non [88] exitum, sed [89] voluntatem. Pro duobus pretia contraxi, pro duobus maria conscendi, pro duobus [90] genua tenui. Rogo, uter magis amaretur, si mihi piratæ duos reddidissent? Age tu nunc, juvenis, ad faciendam inopiæ Patris invidiam (si videtur) exclama, Famem obtendis, ad quam luxuria, prodigarumque voluptatum continuatione veni-

ANTILOGIA. nem alimenta redemerint, nonnisi magnorum operum pretia, optimorum persuasio meritorum. Quis porriget cibos homini, qui non aliquid in pariter miseros pietatis, auxiliorumque contulerit? Contendit rursus tamen ut pascam, quod alimenta non præstamus, sed reddimus; & quasi in prima quidquid crescentis ævi momenta collatum est de patris effusa prodigalitate provenerit, meritum allegat necessitatis. Sed bene est, sanctissimi Viri, quod afferre possum infelicissimus captivitatis probationem. Quid enim, Pater, adolescentiæ, quid juventuti meæ porrexisti? Vix primæ illius mollioris ætatis, infirmæque vitæ limitibus, nondum juris mei totus, nondum virium omnium compos egressus, cum incipiebam ipse mihi sufficere, nec mendicare semper a patre, incidi in captivitatem. Meliores dies, & vitæ fortioris annos intra inauditas carcerum calamitates gemitu, languoribus, desperatione deperdidi. Quid tunc, Pater, in me contulisti? Quid de te mihi contigit, quo inopiæ, fami, mœrori succurrerem, quo sperarem? Vis ut reddam cibos, quos ad illum, ubi filius jacebat, specum attulisti; exigis paria pro pretio, quod sensit unicus tuus luxuriosus? Quod si pro illis etiam, quos in minorem ætatem contulisti sumptus, exigis vices, impudentissimum jactantiæ genus appello quoties imputes quod non conferre non potes. Quisquamne ferat dicentem, ego tibi alimenta porrexi, cum te non poteras pascere, cum esses adhuc viribus minor, & imbecillitate annorum infirmior? Superbe, impotens, tu me in hasce ætatis angustias exire jussisti. Non postulo ut pascas, cum

84 Ethnicum affertum, non enim ex anima Patris indivisibilis producitur anima Filii. 85 Quia æternos. 86 Alimentis, nostris auxiliis. 87 Quod licet Pater immitis sit, tu tamen ipsum pascas, & bona pro malis retribuas. 88 Tibi contrariam. 89 Meum certe bonum erga te. 90 Piratarum, tenere enim genua est signum exorandæ misericordiæ.

Digitized by Google

ANTILOGIA. cum robur aliquod membris acceſſerit, cum inceperint ſufficere manus jam confirmatæ laboribus, cum non deerit homini, quo fortunæ fatisque par ſit. Tunc mihi nega cibos, cum ipſe præbueris, quo mihi valeam ſine te comparare. Creſcunt illius tunc merita patris, qui diſcrimen non veſtiget ætatis; qui filium juventute validum, muneribus ferendis aptum adhuc plus diligat, adhuc paſcat. Vis dicam, Pater, quis tibi pietatem debeat, quis alimenta? Ille, cujus etiam vitia plus amaſti, ille quem ante captivitatem etiam prætuliſti. *Liberi Parentes alant*. Statim, Judices, ſacræ auctoritatis imperium detrectare poteſt quisquis pervenit ad illas vitæ miſerioris anguſtias, ut numquam ſit majori caritate paſcendus. Fallitur vero quisquis ideo latam legem putat, ut, quæcumque ſint patris merita, nulla tamen exire cauſa poſſimus de neceſſitate parendi. Noluere, puto, ſapientiſſimi homines, ut nihil dolori noſtro liceret, neque ut de ipſo publicæ voluntatis imperio novum liberis mœroris ac deſperationis pondus accederet. Pudet, Judices, pudet ſacrorum rituum; pudet noxiæ neceſſitatis, ſi parenti dicitur: impende, domeſticas opes abſume, indulge cui plus libuerit: Filius te paſcet. Invidia, Judices, legibus facienda eſt ſi proſpexerunt & peſſimis. *Liberi Parentes alant*. Lex juſta & mitis juſſit parentibus alimenta præſtari, ſed quibus eſſet meritum caritatis, quibus nihil ſævum, nihil poſſet objici crudelius fa-

veniſti: exhauſiſti ſenex cenſus in pretia meretricum: quanquam & huic jubetur neceſſitati pietas veſtra ſuocurrere, & lex, quæ inopem, quæ Patrem nominare contenta eſt, Filium non remiſit ad cauſas. Quid vero ſi in educationem, in [91] diſcurſus, in [92] pretia vacuatus ſum? Excedit omnem ſcelerum comparationem, Patrem mendicum facere, nec paſcere. * Tentat, Judices, hoc, quod non eſt redemptus, ampliare alia juvenis invidia. Fratrem, inquit, mihi prætuliſti. Fateamur paulisper hoc crimen, agnoſcamus hoc nefas. Impudentiſſime generis humani, tu non feres, ut frater tuus vel magis ametur? Vides enim, prælatus eſt tibi neſcio quis affectus, poſſident charitatis tuæ locum pignora de minoribus ſumpta nominibus. Illum nempe, cujus æque ſpiritus de viſceribus his trahebat ortum, qui Patrem vel ſolus impleret. Peſſimus eſt mortalium, qui amari fratrem ſuum ſine ſui charitate putat. Tu [93] cuſtodies, utrum frequentius oſculer, utrum ſtringam magis arctiore complexu? [94] Non eſt hoc impatientia, nec circa Patris affectus ſacra de pietatis contentione rixa. Eum tantum fratrem putas amari magis, quem non ames? Falleris, juvenis, longeque te ab intellectu rerum naturæ ſepoſuit prava perſuaſio, qui putas ex paternis affectibus Filio perire, quicquid in altero de neceſſitate præponderat. Par eſt in omnes liberos, eademque pietas, ſed habet in aliquo plerunque proprias indulgentiæ cauſas, & ſalva charitatis æqualitate

DECLAMATIO.

eſt

91 Huc, illuc pro te, vel in itinere quod ſuſcepi ut ambos redimere. 92 Redemptionis.

* Altera objectio Filii alimenta negantis, quod ſibi Pater prætuliſſet Fratrem. Reſp. Pater, ex hoc nullam factam fuiſſe Filio injuriam, æque enim amantur Liberi a Parentibus; quod ſi aliquando erga unum magis, quam alterum prævalet indulgentia, hoc non venit ex diverſitate pietatis, ſed ex alia extrinſeca cauſa; & quidquid datur uni Filio per unum affectum, alteri penſatur per alterum. Præterea ipſe attulit pretium duorum, ſed Pirata reddere noluit niſi unum: elegit ergo quem Pirata dederunt; ulterius hoc modo poterat criminari etiam ab altero Filio, ſi hunc redemiſſet; ultimo Pater debet ſemper redimere potius de duobus Filiis ægrum, quam ſanum.

93 Examinabis, anxie viſu inſpicies, expendes, explorabis. 94 Ex hoc non debet eſſe impatiens, ſed æquo animo ferre.

Digitized by Google

DECLAMATIO. est quiddam, per quod tacito mentis instinctu singulos rursus [95] tanquam unicos amemus. Hunc primus nascendi locus, illum gratior præfecit infantia? alium lætior vultus, & blandior osculis, amplexibusque facies, quosdam magis severitas, probitasque commendat, in quibusdam diliguntur impatientius calamitates. Et damna corporum, debilitatesque membrorum notabilius miseratione complectimur. Salva est tamen [96] universitas, cum quicquid in alio cessare creditur, in altero restituit alter affectus. Securus sis, non intercidunt [97] ista, non pereunt, sed [98] invicem vincunt, prævalent, [99] cedunt. [1] Filio non potest præferri nisi [1] Filius. Blandiar, Judices, paulisper calamitatibus meis, & sic agam tanquam apud piratas invenerim utrumque sanum. Attuli sine dubio pretium, sed [2] utrumque prædo non reddit. [3] Offert electionem, suadete quid faciam. Quid dicitis? Ista pietas est, abire, discedere, irasci scilicet, queri, & invidiam facere piratis? Vos interrogo liberi, vos parentes: Non ergo facimus est, ideo neutrum redimere, quia utrumque non possis? Egregia pietas æquare liberos justitia [4] desperationis, & ex hoc quod succurrere non contingit duobus, [5] orbitatem facere totam. Tu vero senectus accipe quicquid datur, accipe quicquid offertur, dum [6] hoc saltem feritati libet, antequam in patientiam tam sæva decrescat immanitas. Interim multa possunt afferre casus: sperare licet, repetere, sperare Pater, fortassis [7] evadat. Quæcunque [8] explicari [9] coacervatione non possunt, per partes, vicesque servantur: & facilius est divisa subtrahere,

ANTILOGIA. factum. Noluit enim majoris nominis ita reverentiæ succurrere, ut non examinaret & causas. Parentum morbis, calamitatibus, senectuti prospexit, sed innocentium; Liberorum vero libidines terruit, prodigalitatem, & cuncta flagitia coercuit; non impulit miseros, non coegit infirmos. Ita fit, ut bonus filius patrem alat ex caritate, malus ex lege. Comparate si libet igitur nostrum utriusque merita, & singulorum causis voluntatem sacræ Legis aptate. Petit alimenta pater, qui omnia pro luxurioso consumpsit, qui meliorem in captivitate deseruit; filius cogitur, cui minimum ærumnarum est, ut non valeat pascere patrem. Quod si qua fides, sanctissimi Viri, lege hac non tam filios ut parentes alunt, quam parentes ipsos, ut filiis alimenta non negent, impelli crediderim. Ideo vero liberis tantum abjectum imperium puto, quod cogi debuit luxuriosior ætas, & difficilius putavere futurum, ut & alimenta filio deessent; & Pater accipere non mereretur. O nunquam ominosior Lex, si non & liberis ingenio simili, & æqua caritate prospexit! O tristior miseræ juventutis paupertas, nuditas, fames, si pasci debet sola senectus! Sed hactenus Patris, Judices, causa fuit; veniamus ad nostram. Statim vero postulo, sanctissimi Viri, clementiæ vestræ favorem, si Patri videor irasci. Crudelis, immitis, potuistine Filium non redemisse? Itane hominem calamitatibus squallidum, captivitate consumptum, ipsi paternæ caritatis iterum non noverunt affectus? Filius sum de tuis eductus visceribus, & afflatus

95 Tamquam non sit alter Prater. 96 Charitas in universos. 97 Scilicet charitates in Filios. 98 Una in unum, superat altera in alterum. 99 Una alteri cedit. 1 Filio non præfertur nisi Filius, hoc est similis, quare illi qui posthabetur non fit injuria. 2 Filium. 3 Pirata. 4 Justitia, hoc est æqualitate, quæ veniat ex desperatione, quod non ambos possis redimere. 5 Se omnibus Filiis orbare. 6 Alterum captivorum concedere. 7 Alter Filius, qui relinquitur in vinculis. 8 Perfici, sive etiam intellige, expandi, dilatari. 9 Dum adhuc coacervata sunt, & in cumulo.

Digitized by Google

ANTILOGIA. flatus ipsa qua frueris, ac veluti compositus anima; ille, quem laudabilis juvit infantia, quem commendabat honesta juventus: Ille ego, qui potui semper invidiam facere luxurioso, quem matres omnes, quem parentes optimi prædicabant, quem universa civitas laudatura convenerat. Quanta possem, Judices, allegare, quæ Patri, quæ Familiæ præstiti, dum adhuc juvandus, dum pascendus adhuc quadam crescerem moderatione conspicuus? Nolo tamen ut frugi me Pater, nisi etiam Filium intelligat; nolo mihi meritum redemptionis aptare, quod omnino præferri debuerim, nisi & vobis probem dolorem meum, quod homo, quod filius non fuerim redemptus. O ipsa intolerabilior captivitate Patris immanitas! Sic redimis filium? Potuisti languores meos, & mala captivitatis inspicere, nec misereri? Non mihi cecidit quidem reverentia natalium, neque mihi tam iniqua pro vita est, quam debeo parentibus, existimatio, ut prioribus perire velim quidquid non fuerit adjectum. Ideo mihi tamen gravior accedit de calamitate tristitia, quod ipse me, dum intuetur, dum accedit, dum imminet Pater, reliquit; quod, cum posset, non me rursum vivere jussit; hoc corpus, hunc spiritum semper operatum Patri non iterum reddidit. Petit ut excusationes etiam accipiam si diceret, quod impediit properantem languor, inopia, senectus, quod non tam festinanter invenit pretium, quod explicare re, quorum magnitudo [10] laborat [11] in solido. Quantum intelligo, Judices, Filius, cui profuturum non erat, ut eligerem, hoc solum ferre non potest, quod redemptus est frater. Quis hanc, Judices, impudentiam ferat? Objicit mihi, quod ullum de liberis meis potuerim facere discrimen. Deinde queritur, non se potius electum, & cum fratri præter ejusdem nominis par ac simile consortium reverentia quoque languoris accesserit; indignatur apud affectus Patris non eam prævaluisse partem, in qua tantum [12] Filius erat. [13] Non invenio, Judices, quemadmodum effugere potuerim criminis hujus invidiam, si hunc potius recepissem. Patri, cui utrumque pirata reddere nolebat, redimendus fuit aut æger, aut neuter. * Quid quod, inquit, etiam luxuriosum prætulisti? Parce, juvenis, maledictis, parce convitiis. Reliquistis hæc nomina, domi erunt ista vitia, domi erunt istæ virtutes, sed cum fueritis reversi. Interim nihil aliud estis, quam fratres, quam liberi mei, duo captivi, ambo miseri, & [14] diversitas vestra de calamitatum societate consumpta est. Vides quam nefas sit alterum ex vobis mihi esse viliorem: piratarum non interest, uter eligatur. Dignum hunc dereliquisti, luxuriosum redemisti. Comparatione vestra, juvenis, circa patrimonium, honoresve contenderes, & ego proclamabo, vicisses. ** Sed ventum est illuc, ubi non probitas, non mores æstimantur, & de corporibus sola taxatio est. Un- DECLAMATIO.

10 Laborare facit vel laborat ipsa quod subtrahi nequit. 11 In toto, dum sunt unita. 12 Ipse solus Filius, nullo addito, nullo momento magis suam partem gravante, cum in altera parte præter Filium esset ægritudo Filii. 13 Eodem enim jure poterat conqueri & alter Filius, si ipso non redempto hunc redemissem.

* Altera Filii objectio, quod ipsi Pater luxuriosum Filium prætulerit. Resp. autem Pater, hæc nomina evanuisse & tales fuisse Filios, solum domi; in captivitate autem æquales fuisse. 2. nullus debuit fuisse vilior Patri, cum neque fuerit Piratis; ultima hæc comparatio procederet in petitione patrimonii, sive honorum, & in hoc casu ipse semper superior.

14 Diversitas morum.

** Hoc est argumentum, quo incipit se Pater defendere quod redemerit alterum Filium luxuriosum; & est quia ipse luxui deditus minus ferre poterat duritiem captivitatis, dum ipse qui constans erat, ac fortis, poterat meliorem habere patientiam.

Digitized by Google

DECLAMATIO

Unde triſtes toleraret caſus, ferret ſordes vinculorum, piraticam famem juvenis, quem torquere ſolebat noſtra frugalitas? Unde in illa ſolitudine carceris duret animus convictibus ſemper, comitatibusque lætatus? Expecta tu, quem decet honeſta patientia, laudabilis labor, qui tibi [15] difficultatum reddis ipſe rationem. Tu differris, luxurioſus redimitur. Quid vis? Prætuli illum, de quo ſoli tibi querebar, quem cum vellem caſtigare, reprehendere, te ſolebam laudare, mirari. Exagera quantum voles vitia fratris, luxurioſum, perditum voca, dum ſcias te ſic magis probare, non animum fuiſſe Patris, ſed de calamitate rationem. Ille [16] elegit, qui recipit ante meliorem. Sed parce quæſo, juvenis, adverſorum interpretationi. Non eſt electio alterum recipere, cum pretium attuleris duorum: diſcrimen illud non ego, ſed pirata commentus eſt. Quicquid inter vos in alterutro fecero, affectus eſt, quo duos amo. Et homo, apud quem Filius ſola prævaluit gratia calamitatis, non fratrem tibi prætuli, ſed [17] quod in te fratri prætuliſſem. Conſilium hoc putas fuiſſe Patris? Fortunæ eſt, qua capti pariter eſtis, qua decubuit alter, qua non convaluit redemptus. Cum propter duos venerim, quod in altero mihi pirata conceſſit, idem eſt ac ſi mihi neutrum reddidiſſet. * Sed quouſque facti mei [18] diſſimulabo rationem? Æger electus eſt, reſpondete nunc, ſi videtur. Luxurioſus, perditus fuit. [19] Parcamus quæſo memoriæ, [19] revereamur ſuprema cineris:

ANTILOGIA.

care navigationem non potuit, ut non fortunam æſtimem, ſed affectum, non exitum, ſed voluntatem. Ego vero, Judices, iterum ſemperque prædico, clamo, iniquiſſimum invidiæ genus eſſe proteſtor, illum non redemiſſe, a quo inde poſtules paſci. Deinde vero nihil mihi miſerabilius eſſe contendo, quam quod & collegit pretium, & properavit ad piratas, & me non redemit. Accipite modo, quantum Patris jactationibus ſit credendum. Cuinam imputabit, ſe veniſſe me redempturum, qui prætulit luxurioſum? Et hæc quidem, Judices, tota mea cauſa eſt; nam cum unus tantum redimi poteſt, alter eſt utique præferendus; nec illi jam debemus iraſci, qui de duobus paribus alterum in captivitate reliquit. Interrogate nunc hominem, quæ noſtrum fuerit æqualitas, ut, ſi fieri poſſit, excuſetur quod meliorem non agnoverit quem præferret. Nil opus eſt addam. Ingenia noſtra, moresque, & affectuum diverſitatem ſenex ipſe confiteri non dubitat, dum inique factum quadam tentat interpretatione defendere. Itane proſunt virtutes liberis; ſic reſpicit ad merita pater? Nemo dicat, non ipſis etiam parentibus præſtandam in filios ſuos reverentiam; & iniquior quandoque licet alteri plus faveat affectus, meliori ſaltem non deberi indulgentiam admirationis. Cum plura ſint, quæ vos ad benevolentiæ diverſitatem abripiant, illud tamen primum eſſe debet ac maximum, quod de virtutibus meritisque procedit. Non ſit nobis

15 Qui difficultates, quas pateris ipſe noſcis cur patiaris, ſive illa ſit neceſſitas, ſive electio, neque deſperatione corriperis ignorans, cur ipſas feras. 16 Ex quo tacite infertur, ergo non illum elegi, namque non erat melior, ſed tantum redemi coactus ipſius calamitate: 17 Scilicet tuam fortem patientiam, conſtantiam &c.

* Secundum argum. quo Pater electionem alterius Filii defendit, eſt, quia æger erat alter Filius, quare licet luxurioſus tamen debuit certe alteri præferri; quod primo defendit ex affectu paterno, 2. ex majori malo quod captivus patitur æger, quam ſanus, & hic exaggerat infirmitatem maximam Juvenis; cui majus diſcrimen horridus ipſe carcer addebat, cujus horrorem deſcribit.

18 Neque aperte allegabo. 19 Impium enim eſt jacere maledicta in defunctos, quod vetavit Solon. *namque eſt eos qui deceſſerunt putare ſanctos pium*, &c. Plut. in Solone.

Digitized by Google

ANTILOGIA. bis quantumvis detrectanda obedientia, nec nos abducere valeant a patre magnorum operum merita, mutuæ tamen sic natura ipsa genus compensationis instituit, ut reverentiæ nostræ vos pariter quoddam deberetis obsequium. Ignosco, Pater, ti de duobus optimis alterum plus ametis, si & inter pariter merentes discrimen aliquod fecere virtutes. Sua trahitur parentum quilibet comparatione naturæ; ille plus gaudet frugi, magis hic amat fortem; alterum plus gravitas, alterum mansuetudo delectat. Potest nonnunquam, potest esse in redimendis paribus comparatio; nulla prorsus æqualitas est, cum unus tantum est luxuriosus. Quis mihi nunc reddat pudorem meum, innocentiam meam? Homo a Patre despectus, cum possem redimi in captivitate relictus, quadam scelerum, quadam vitiorum suspicione perstringor. Calumnientur me cives, & oderit necesse est quisquis me sciat non sic amatum a Patre, ut meruerim de piratarum manibus vindicari. Quis enim non illum meliorem credat, qui de duobus redimitur, qui præfertur? Vivebam, Judices, intra illum barbaricæ aviditatis ingenio firmatum carcerem; & supra calamitatis nostræ mœrorem languentis quoque fratris gemitu, desperatione vexatus, uno recreabar solatio, quod bonus Filius scripsissem ad Patrem. Quis credat, ut pervenit ad piratas homo, ut ad pariter languentes ingressus est, primi intuitus, primæ caritatis officiis non prætulisse meliorem; & ut æqua ad utriusque merita respiceret dignatione paternitas, benevolentiæ paria feciſſe, dum secundæ confert pietatis amplexus in luxuriosum? Quis intra conditionem de uno tantum redimendo neris: pœniteret me fortasse, si viveret. Iterum ac sæpius (quod necesse est) ipsa [20] criminis mei voce defendar, ægrum redemi. Non habent profecto, non habent discrimen liberi, nisi de calamitate: & inter homines, quos natura pietatis æquavit, differentiam nisi de dolore non explices. Non cum usu nunc vestro, non cum moribus loquor. [21] Ille anhelat, illius sunt lassa suspiria, ad illum serius veni. Excogitasti rursus, fortuna, quod supercresceret charitati, quod posset sacris nominibus accedere. Hic solus major affectus est, quam Filios amare, Filii misereri. Me quidem, Judices, si quis interroget, conditio illa non fuit vera, non simplex, habuitque piraticæ feritatis ingenium. Ægrum mihi non licuit relinquere, licuit eligere. An fas fuisse credis, ut juxta moriturum tu reddereris? & homines ejus immanitatis, ut possent liberos cum Patre partiri, paterentur eum sibi reliniqui, quem periturum ex hoc probabant, quod illum Pater non eligebat? Tentata est misera pietas, & placuit hoc quoque addi calamitatibus nostris, ut oneraret pudore conditionis [22] partes non habentis. Cum in comparatione sani æger offertur, ideo ponitur ut eligatur. Supereſt, nisi fallor, Judices, ut cum sibi prælatum fratrem queratur, existimetis utri tunc magis debuerit pietas nostra succurrere. Est quidem, Judices, humanæ infirmitatis ista natura, ut ex omnibus accidentibus gravissimum putet quisque quod patitur: & cum aliena cogitationibus, nostra dolore tractentur, necesse est apud impatientiam suam vel minora prævaleant. Languor est tamen, languor, cui merito cesserint cunctæ calamitates, in cujus comparatio- DECLAMATIO.

20. Quod tu mihi objicis. 21. Alter Filius. 22. Cujus non fuere partes, quarum una potius, quam altera eligeretur, nam *cum in comparatione*, &c.

Digitized by Google

DECLAMATIO. ratione consolari se potest genus omne miserorum. Stringat licet manus sæva captivitas, profunda carceris nocte membra claudantur, datur tamen colludere catenis, artus extrahere nexibus: & [23] habet aliquid [23] æquanimitatis, cum pœna sua posse rixari. Sæviunt regna [24] tormentis, bella [25] vulneribus, sed lævius afficit, quicquid [26] viribus feras: & cum in plenum adhuc [27] sanguinem adversa ceciderunt, repugnantis roboris collectatione vincuntur. Quos cruciatus compares, quem dolorem, cum penitus visceribus immissa tabes quotidie aliquid ex homine [28] præmittit in mortem? cum cibos, haustus, & omnia blandimenta vitæ fames fastidit, & poscit? desiderare assidentium officia, dehinc ferre non posse? gravari quos appetieris attactus? per totum cubile corpus velut super ardentes exagitare flammas? Lux fatigatis luminibus gravis, vox sola de gemitu. Cum ex duobus captivis languet alter, una est [29] inæqualitas Patris, eligere sanum. Retuli, Judices, usque adhuc in penatibus suis juxta parentes, propinquosque languentem. O carcer, o morbi, quem vos non facitis ægrum? Et non ille carcer, quem severitas legum, quem potestatum justitia commenta est. Non possunt humani [30] metus, humanarum cogitationum ingenia satis, abundeque concipere quæ vidi. Jacet sub immensæ rupis abrupto tristis, & ultra naturalem profundæ caliginis noctem mersus piraticis [31] artibus specus, quem tota circumfusi vastitas maris, & undique minantibus scopulis illisa tempestas terrore ruturæ molis everbe- ANTILOGIA. do compulsum, non mihi statim solvisse vincula, non fregisse captivitatem? Audite Filii, audite Parentes optimi: Luxuriosus meruit vindicari. Ægrum, inquit, redemi, & mihi sola de corporibus taxatio fuit. Crudelissime eorum, qui bonos unquam liberos non amarunt! Itane in illo redemptionis ambiguo non animos potius comparas, non virtutes; neque in juvenibus tuis illud æstimas, quod unum filios debet reddere caros patri? Pudeat, Judices, pudeat tam nefariæ confessionis, ut dum in illo stetit caritas hinc indeque revocata præcipiti, pater non totus, non statim respexerit ad meliorem. Odisse jam debeo conscientiam meam, & ad innocentiæ laudem laboribus transactos annos, qui tantumdem non habui, ut plus amarer quam luxuriosus. Miserum deceptæ interpretationis eventu! Non ego jam ultra ille tuus innocens, non ille frugi sum, & mihi usque adhuc frustra misera quadam, &, quod novi tandem, inani prorsus persuasione blandiebar. Abite gratulationes, abite spes omnes, & inconsulta fides meritorum. Credite, Judices, insolitum inauditumque impatientiæ genus est non redimi in comparatione pejoris. Possum jam libere, possum, & audiente me tota civitate clamare: Si luxuriosus fuissem, redimebar. Quod si judicasti corpora, si languores, quantus nos quoque, Pater, torquebat angor, quanta ægritudo! O Carcer, o specus, o vincula! Quem vos non facitis ægrum? Primum, Judices, profundæ ipse molis horror, & immanes illisi pelagi fremitus, inde vero nunquam intermissa suspiria, & ad quamlibet imminentium pœnarum cogita-

23 Fuimus aliquomodo æquanimi, si potuimus cum pœna nostra rixari. 24 Quæ fontibus inuruntur. 25 Quæ invicem accipiuntur. 26 Sanis, non debilitatis, non ligatis, non præpeditis. 27 Cujus pars aliqua non sit consumpta sive ægritudine, sive vulneribus. 28 Priusquam totus homo moriatur. 29 Tunc æquali pietate non agit Pater si eligat sanum. 30 Non casu illud *humani metus*, nihil enim est quod magis horrida concipiat, qua metus, qui semper multo magis sibi horrida repræsentat. 31 Artificiis.

Digitized by Google

ANTILOGIA. gitationem repetita trepidatio, ipsisque durior cruciatibus longa formido supra mediocrem patientiam, supra humanæ fortitudinis vires torqueant, excruciant. Rigens inde ferrum, & compressis vitalibus impliciti nexus, negata miseris membra, & perpetuo damnata situ laboriosissima quies. Non referam projecta frementibus alimenta, quæ famem jam non solentur, sed torqueant, quæque ipsa oderunt viscera, quamvis jam confecta jejuniis. De cruciatibus vero quid loquar? Excedunt omnem comparationem piratarum pœnæ, & ad singulos barbarici furoris instinctus ingeminata supplicia. Minor tamen est, Judices, sua unicuique calamitas: In illo infelicissimæ obscuritatis loco auget miserorum ipsa societas captivitatis incommoda. Hic languentium compressi gemitus, illic rabida frementium murmura, & miserorum vocibus additus sævientium horrendus fragor; mœror undique, luctus, clamor, desperatio, mors, & morte ipsa tristior nunquam morientium aspectus. Te nunc interrogo, Pater: non ego pariter eram miser, non æger? Testor conscia Numina, quam similis nostra erat ægritudini luxuriosi, nisi quod ille minus noverat pati? Illius ergo tantum dolori, ac desperationi credendum, qui vilior, qui ignavus in calamitate est; & luxurioso, qui ad prima statim sortis adversa viribus animoque decubuit, tota sic debentur paternæ miserationis partes, ut nihil jam supersit quod præstet caritas in meliorem? At, inquit, languor est tamen, languor, cui merito ecfferint cunctæ calamitates. Ego vero, Judices, possum ideo magis irasci, quod propter ea redemptus est luxuriosus, propter quæ minus redimi merebatur. Horrent cuncta crucibus, qualent circumjecta [32] naufragiis, nullus nisi in supplicia, mortesque prospectus, & ad infelicium captivorum metum præmissus de simili exitu dolor. [33] Spiritus solus intus vivit, quem vinctorum trahunt, redduntque gemitus, quem tot contulere languentes. Hoc erat, ubi jacebat æger, illud tot annorum, ex quo cœpit pirata grassari, idem cubile. Corpus, quod gravaretur assidentium sedulas manus, jacet inter vincula, quibus instringat adhuc recentem pirata captivum: & quamvis [34] tenuata de nexibus membra labantur, rursus in modum stringentium [35] tenent, quæ nullo suspensa nisu velut [36] victo homine sederunt. Qualis erat ille sub ferro, cujus exangues manus vix levia velamenta transferrent? Quis inter complorationes, gemitusque somnus, quem vix silentia solicita præstarent? Ad quæ colloquia tristitia respiraret? Undique pares, similesque miseri, & veteribus captivis adjectus: quotidie novus aliquis impatiens: Compara, si videtur, huic ægro captivitatem tantum tuam. Tu quereris, quod cibos pirata non præstet: ille remittit oblatos. Te nuda humus, nudum cubile frangit: ille ad singulos ardentis corporis motus in sua vincula versatur: & quocumque membra lassata dolore transtulerit, in supplicium redit renovata patientia. Breviter saevissimi languoris [37] definienda mensura est. Non potuit ex illo sanari, nec quem redemerit Pater. Instanunc, si videtur, ac subinde, juvenis, interroga, cur ægrum potius elegerim. Reddi a me posse rationem, cur hoc fecerim, putas? [38] Ego vero non pos-

DECLAMATIO.

sem,

32 Lignis scilicet fractis quæ naufragium passa sunt. 33 Nullus scilicet est salubri aëri, sive levi loco. 34 Corrosa vinculis, catenis. 35 Fortasse nexus, de quibus labantur. 36 Extincto. 37 Breviter dicam, quantus fuerit ille languor, breviter definiam. 38 Ego enim non illud feci ex aliqua partialitate in alterum Filium, sive ex odio in te, sed tantum coactus tristissima Filii calamitate, commotus caritate Paterna, naturali &c.

Digitized by Google

DECLAMATIO. sem, nec si te redemissem. 39 Quid enim si respondere jubeas orbitatem, cur in exequias totos egerat census? Quid sibi velit ipse ille funebrium longus ordo pomparum? Cur super flagrantes jaceant rogos? Cur ardentium non divellantur 40 amplexu? Et ego dico, proclamo, fateor, erroris, aut dementiæ furor est, cum feceris. *Hoc est ergo, inquit, quod de te præcipue queror, morituram mihi prætulisti. Quæso, juvenis, ne nobis putes tantum inesse feritatis, ut illum potuerimus existimare moriturum. Vis non sperem victurum Filium, quem tunc primum aspicio, complector ægrum, quem pirata non recusat sibi relinqui? Si persuasionem Patris interroges, quicquid est quod miser torquetur, afficitur: non languorem credo, sed 41 impatientiam, 42 desiderium, dolorem. Hominis, qui apud piratas languet, unum remedium putes, ut redimatur. Sed non est, quæso juvenis, quod hoc patrocinium de tam calamitosa pietate concipiam, ut dicam, victurum putavi. Exagero quinimo 43 invidiam criminis mei. Redemi, fateor, illum, qui dilationes, qui moras ferre non poterat, in quo mihi pirata vendebat brevia oscula, paucos dies. Si mehercle uterque fuisset æger, illum redemissem, qui prior languere cœpisset. Si duos pariter naufragia raperent, illi porrigerem manum, quem jam membrorum contentione lassatum fluctus hauriret. Si vulneribus confecto remisisset acies, properantius ei clauderem plagas, per quas animam batur. Quid illum enim fuisse creditis luxuriosi languorem, quid anhelitus, quid crebra suspiria? Fuit ille perditæ naturæ defectus, illa consumptæ libidine luxuque vitæ diu comparata debilitas. Homo, cui neque satis erat ipsa Patris indulgentia profusior, quem nonnisi blanditiæ, suavia verba, comitatusque juvabant, cujus ad votum nutumque blandimenta singula parabantur, ad tristes illos casus, barbaricamque sævitiam tabescere statim debuit, & velut ægritudinem imitari. Anne, Pater, existimas fuisse illum languorem captivitatis? Ipse tamen etiam ante captivitatem languebat. Respondete vero per fidem, respondete mortales, quantum meruerit præferri qui de vitiis æger, infirmus erat. Quis non putet quinimmo dixisse languenti senem; accipe inconsulta juventus luxuriæ libidinumque supplicia, & humanarum rerum vicibus ac satis edocta disce tandem sic adigi posse patrem, ut non deberat plus diligere luxuriosum? Cur de filiorum agitur redemptione non possum non præferre meliorem? Vos parentes interrogo; quid aliud facere debuerit homo, qui ambos etiam pari caritate diligeret; aut quid in me truncus præstare poterat, si non fuissent duo redimendi? Nihil magis contulit pietatis, humanitatis bono filio, quam si luxuriosus unicus esset. Pater de duobus liberis pariter captivis alterum necesse est secondisse fateatur, quoties illum vindicet, qui minus debeat amari. Æstimate iterum, Judices, hominis prudens factum, recta consilia: Præcultit moriturum; & ut sciatis ægrum redi-

ANTILOGIA.

39 Ita fortasse sensus est; idem est quærere rationem cur illud fecerim, ac quærere, & respondere jubere orbitatem, cur in exequias &c. nulla scilicet adduci ratio potest. Solum id ex humanitate, & communi carnare fit. 40 Mortuorum cadaverum, qui comburuntur.

* Objectio Filii opponentis Patri, quod elegisset moriturum. Respondet Pater 1. se numquam putasse ipsum moriturum; deinde quod licet etiam putasset, adhuc ipsum tamen redemisset intentus ad succurrendum infelicioni, quod per inductionem exemplificat. Describit hic dubium suum sive alterius electionem, ubi quoque describit ægrum palientem, atque infirmum, &c.

41 Captivitatis. 42 Redeundi. 43 Exagero rectum libere, ex quo invidia oriatur adversum me.

Digitized by Google

ANTILOGIA. bam alterius peregrinationis incommoda, ejusdemque vices subire fortunæ, ut rursus in Piratas inciderem. Accipe Pater, accipe totum: Redire nolebam, ne tibi gravior conscientia, nimius pudor accederet, quod me captivum non redemisses. Reversus tandem sum ad quamlibet parato animo sortem, dum inani mihi interpretatione pollliceor paternæ indulgentiæ favorem, & restitutos caritatis affectus, quos sibi non raperet luxuriosus. Testor conscia numina, ideo reversus sum, ut communem inopiam æqua patientia, & sociatis operibus levaremus; dicam libere, ut pascerem hominem, qui non exigeret alimenta. Omnia mihi genera calamitatum objeci, paupertatem, nuditatem, famem, & duriorem captivitate vitam; excedit dolorum omnium cogitationes invenisse patrem qui pasci velit. Evasisse te putas, inquit? Dimissus es. Vis scire quid negligentes fecerit, securosque piratas? Acceperant pretium duorum. En hominem, qui sibi alimentorum comparet merita. Imputandum contendit, puto, quod me reliquerit ut evaderem. O impudentem audaciam, o inaudita hominis patrocinia! Quemquam ne ferretis dicentem: ego tibi vulnus, & præsentem intuli mortem, ut admoto inde medicamine convalescerem? Acceperunt Piratæ pretium duorum? Ego vero, Judices, quemlibet statim vestrum interrogo, an credi possit, barbaricis hunc inesse pectoribus inexorabilis aviditatis modum, ut pectare properantem, 47 ite superstites, 47 ite felices: has tantum reliquias commendate piratis, ne mersus profundo, & projectus in fluctus, 48 exitum faciam hominis, ad quem non venerit Pater. Unde enim sperare possum, ut 49 revertaris, ut 50 facias? Tunc super abrupta verba 51 tota defectione conticuit, 52 strictisque vitalibus circa 53 dolorem suum membra riguerunt. Exclamavi, fateor, quid agis infelix? cur desperatione collaberis? Attolle paulisper oculos, confirma, dura, te frater elegit. Visa est post hanc vocem meam pacta 54 conditio, continuo pirata detraxit catenas, vincula laxavit. Vultis in lucem, diemque productus carceri suo reddatur æger? Ego vero non habui verba, quibus me deliberare, quibus nolle contenderem. Vultis scire, quid Pater, quid pirata præstiterit? 55 Ego duos redemi, 56 sed alterum accepi. * Ut scias, inquit, ægrum redimi non debuisse, defunctus est. Crudelissime generis humani, qui nos putas pretium tuum perdidisse, audi quam multa nobis in morituro Filio pirata reddiderit. Frater ille tuus inter vincula, catenasque deficiens, respiravit aliquid in toro, tandemque liberas vinculis manus per totius lectuli spatia jactavit, post impias carceris sordes illum cum ferali veste squalorem exuit, paulisper æger vidit propinquos, allocutus est amicos, mandavit, exegit: & quam-

DECLAMATIO.

47 Tu, & Frater. 48 Est enim de pietate Patris qui venerit, ut defuncti Filii sepeliatur corpus, non projiciatur in fluctus. 49 Quando sim mortuus ad meum cadaver humandum. 50 Facias suprema manibus meis. 51 Totali languore, toto corpore fatiscente. 54 Stricto corde pendebam, quod fit ex dolore, cum ex lætitia per diastolem dilatetur. 53 Quasi intra membra nil aliud esset nisi dolor. 54 In electione Filii redimendi. 55... 56 Vide ut sibi respondet; Pater redemi duos, sed alterum accepi quod præstitit Pirata.

* Altera objectio Filii probantis ideo redimi non debuisse ægrum quod sit defunctus. Resp. autem Pater ex hoc non posse colligi, quod non debuerit redimi, namque postquam vinculis solutus est, ipse jam respirare cœperat, & sanitati proprius accedere. 2. quod si non debuit ille moriturus redimi, satis est pœnæ Patri, quod ipse sit mortuus; infert idem Pater ex hoc odium hujus Fratris in defunctum, quod quidem ille numquam præstitit, moriens quinimmo absentem allocutus est Fratrem ipsi Patrem commendans.

Digitized by Google

DECLAMATIO. quamvis suprema forte collabens, prius tamen luce cœli libera satiatus est. Contulit mihi grande velit nolit fortuna in orbitate solatium, Filium, qui relictus mea fuit moriturus invidia, non occidi, sed perdidi. Quid ais, juvenis? Ita si moriturum Filium redimere non debui, non sufficit hæc tibi de me pœna, quod ille decessit? Iraſci patri tantum fottasse fas esset, si viveret frater: tunc alimenta quærenti respondere posses, 57 posce prælatum. Quantum intelligo, qui de mendicitate patris vindicaris, ægri es redempti juvenis inimicus? Nescis quid sit invidiam facere patri. Melior erat tua causa, si mei misereris. At quanto, Dii, Deæque, alius fuit ille infeliciſſimi juvenis affectus? Nuncio enim, & audiente, & tota civitate teste proclamo, tibi gratias agebat ille, dum moreretur. Credo mehercle hoc miserum dolore consumptum, quod sibi videbatur pretium suum mihi perdidisse. Non aliter igitur, quam si te præsente deficeret. Per illud, inquit, frater optime, natalium nostrorum sacrum, veneratumque consortium, per socias peregrinationes, per adversa communia, per hoc, quod & tu lugnere potuisti, si te vel tua quandoque virtus, vel fatietas secura prædonum piratico cæcere emiserit, commendo tibi senem, quem faciamus uterque mendicum. Testor immortalia numina, & infernarum sedium deos, persecutam patrem, si te redemisset! * Ego tamen, inquit, tibi debeo, quod reversus sum. Non quidem quicquam velim, juvenis, de virtutum tuarum admiratione detractum, audias tamen necesse est in hac ANTILOGIA. ut & leges noverint, & jura pretiorum. Aliorum sit de ipso humanitatis ac miserationis ingenio corporum taxare mercedes; Piratarum sane una fames, una sollicitudo est rapere, nec æstimare. Immo, si qua fides, redimentes ipsi plus cautos, plus inexorabiles fecere Piratas; & de collatis in avidos sinus immanibus pretiis mensuram barbari fecere votorum. Protestor, clamo, numquam magis intellexere inimici homines, quodnam esse debuerit duorum pretium, quam cum Pater unum redemit. Quanto me plus servent, quanto plus custodiant necesse est, qui tantis sentiunt facultatibus eligi luxuriosum, præferri moriturum? Quemdam ipsis credo humanarum necessitudinum hostibus accessisse stuporem, dum hominem vident de illius tantum redemptione sollicitum, quem jus nullum, nulla religio magis poterat commendare parentibus. Quam grandem, quam immanem tunc expectaverunt mercedem pro redemptione melioris! Acceperant, Pater, duorum pretia Piratæ, si frugi, si validum redemisses. Tunc negligentes esse poterant, tunc securi, quando unus illis superfuisset moriturus. Proferam, Sanctissimi Viri, supremam doloris nostri confessionem; sævitiam, immanitatem in me præstitit Pater, quam nec ipsi potuerunt existimasse Piratæ. Quæcunque vero illa sint, quæ supra humanæ invidiæ fidem in captivitate mihi contigerunt adversa, desino jam mirari de Patre, qui me numquam meliori caritate dilexit. Quæ nunc enim prædicem, Judices, immania monstra? Dicam, dulcioribus, & toto semper liberalitatis ingenio collatis amplexibus susceptum Patri, prælatumque plus fratrem? Dicam excusata sin-

57 Peto ab eo alimenta, quem in redemptione mihi prætulisti.

* Alia objectio Juvenis negantis alimenta, quod nil debeat Patri si effugerit Piratas. Resp. Pater, ipsum non evasisse sed esse dimissum, ipsum enim forsan Pater reliquit, deinde cum certum tulisset ad Piratas pretium, ipsi non adeo diligenter custodierunt, utpote quibus nihil nocebat ipsius fuga.

Digitized by Google

ANTILOGIA. singula luxurioso, vitiaque omnia, turpesque labes molliſſima interpretatione laudatas? Me ſane nonniſi excipiebat aſperitas, ſuperbia, furor? & in bonum filium coacta tantum & triſtia exhauſtæ jam nulliusque reddebantur munera caritatis. Jam tunc etiam de geminis alter patri tamen unicus erat. Poſſem modo igitur merito, poſſem doloris noſtri querelas in tuas ſenex exonerare miſerias, & quadam vindicta lætari. Poſſem inſultare pauperi, egeno; & objicere fortiter, non meruiſti: Ego tamen, Judices, etiam ſi velim, alimenta præbere non valeo. Aſpicite illum qui poſſit hominem ſuis laboribus paſcere, qui ſuperflua colligere. Quantum retuli paupertatis, quantum miſeriarum! Miſer adhuc & triſtis omnes in me ſentio rurſum captivitatis ærumnas; tenet adhuc me ſqualor, infirmitas, & tam longa malorum conſuetudine inexpugnabilem membris noſtris patior languorem. Non ſufficiunt manus liventes operibus; pedes, quos tam longa patientia contraxit, non ſuſtinent corpus, non dirigunt gradus. Tenebris, macie, ſitu contabui; crebros ago tantum mæroris, & ſuſpiriorum anhelitus; languet, hæret ad omnes conatus dextera; ſpiritus ad tam longam ſævamque pœnarum ſeriem repetita trepidatione diffluxit. Neſcio miſer an ipſe mihi comparare deinceps poſſim quo vivam; an valeam, non libidinem explere, non luxum, ſed adjuvare neceſſitatem. Vis ut damnatum hac pietate verum. Evaſiſſe te putas, ingrate? Dimiſſus es. Mea pietas iſtud, mea fecit electio. Unde enim evenit quicquid ante captivitas tua præſtare non potuit? Jacta quantum voles effractum carcerem, ruptas catenas: vis ſcire quid negligentes fecerit, ſecurosque piratas? [58] Acceperant pretium duorum. * Intelligit, Judices, & ipſe juvenis, non eſſe ſe calamitatum noſtrarum juſtitiæ parem, & ſic agit, tanquam alere non debeat. Itaque transfert in hoc defenſionem, ut poſſe ſe neget. Quid dicitis, Judices? Feretis hoc dicentem juvenem corpore, atque ætate robuſtum? Non habes opes, ſed membra, ſed vires. Nam neque ego laborem, nec difficiles poſco conatus, contentus ſum, juvenis, ut velis. Cibos me poſcere putas? Humeros poſco, quibus incumbam, manus, quas eliſo pectori apponam, ſinus, in quos egeram exhauſtarum reliquias lacrymarum: ut ſepelias, ut hæc cum miſeri illius membris oſſa componas. Non alimenta quæro, ſed Filium. Quid quod nec grave, longumque ſupremæ pietatis exigimus officium? Non diu viverem, etiam ſi me duo paſceretis. Securus ſis, brevi te gemitus mei liberabunt, aſſiduis planctibus [59] everberata vitelia. Quid me remittis ad turbam? Quid facis rurſus omnibus gravem? Conſumpſi fletus, clementiam civitatis exhauſi. Non alit populus hominem, hoc corpus intra tui uſus utilitates abſumam, ut quidquid ſanguinis, quidquid animæ reliquum eſt, in alimenta, in cibos impendam? Hoc unum, Pater, ſi jubeas, præſtare adhuc valeo; unum hoc, ſi ſeverius poſtules, negare tandem non ſuſtineo. Aſt non mihi blandiris ficta lenitate tua ſenex. Dum te

DECLAMATIO

58 Pretium quod ſufficiebat duobus redimendis.

* Altera objectio Juvenis alimenta negantis, quod nequeat præbere. Reſp. Pater hoc eſſe falſum, cum ſit Juvenis robuſtus. 2. ſe nil petere niſi ut velit, neque velle ipſius labores, ſed tantum aliquod auxilium, ipſius præſentiam qua recreetur. 3. quia breve eſt tempus, quo Pater alendus eſt, cum proxima mors ſit. 4. probat ſibi danda alimenta, nam ſi non ipſe dat, neque accipiet a civitate, non alit enim civitas hominem, quem Filius non vult paſcere.

59 Ideoque debilitata, vulnerata.

Digitized by Google

Declamatio. nem, quem pascere Filius debet. Quid sibi vult haec aliena calamitatibus nostris, aliena virtutibus tuis, juvenis, asperitas? Abstuliſti mihi malorum quoque meorum verecundiam. Quicquid faciebam, mendicitas est, ex quo reversus es. Durat in suscepto rigore juvenis, & ad misericordiam non memoria fratris, non patris contemplatione deflectitur. Exclamaret alius hoc loco, ex tua fide dignus quidem, eras, impotentissime generis humani, quem in tormenta mea, doloremque redeuntem vincula rursus, ac poena carceris exciperet. Et insultes huic [60] confessioni licet, alligare [61] non possum. Quid mihi miseras ultiones, quid triste monstratis auxilium? Faceret hoc Pater, qui redimere noluisset. * Age nunc vivacissima senectus, redeamus ad preces, quod solum vis paternae pietatis agnoscit, hic quoque rogemus. Per ego te, juvenis, illos meos, de quibus nunc quereris, annos, per expertos tibi, notosque humanorum accidentium casus, per infelicis illius manes, cui nec saltem contigit, ut te reverso, te praesente moreretur, pasce nunc, quod te redimere volui, pasce, quod fratrem tuum redemi. Non ego lassitudinem tuam posco, nunquam otium meum, nec ut ipse securus, quietusque etiam porrigam; tunc meis faucibus, ter, ora congeram, te satiabo. Vos est de captivitate reversus, tristiorem quem pater sacrarum legum, & violento debet se pari judiciorum forma tueri, & publicae uti auctoritate justitiae, quae pariter prospexit & liberis. Recedat parumper gravior illa severaque reverenantilogia. te contentum dicis ut velim, dum humeros poscis quibus incumbas, dum manus quas elisо pectori apponas, dum sinus in quos exhaustarum egeras reliquias lachrymarum, impudentiae, aviditas imperium ad vocabula transfers mitioris affectus. Tu tamen non filium exigis, non solatia, sed cibos; tu severa judiciorum forma vis pasci. Quid agam nunc, Judices, quid dicam, homo a Patre non redemptus, luxurioso posthabitus, aeger & inops ad pascendum coactus? Dicamne rursum, accipe paria Pater, apud quem filius meritorum jure non valuit; an exclamem, parce impotentiae, ignosce mendicitati? Postulem ipse cibos a patre, postulem alimenta, quae luxurioso dedisset? Quantis, Judices, defendi possum! Quantis, salva etiam conscientia caritatis, ulcisci! Ego vero, Sanctissimi Viri, blandiores affectus, sacrorumque nominum reverentiam in causam advoco nostram. Accipe Senex; Alimenta non nego, pascam te, Pater, pascam. Cum redierit aliquis membris vigor; cum poterunt infirma lumina lucem, aurasque ferre; cum patientur opera manus; cum habeam in me tantumdem, quo possim ipse mihi quaerere cibos; cum paupertas, nuditas paulisper abierint; cum longam hanc diramque famem nonnihil repulero. Tunc dividam alimenta; tunc, si jubeas, tota inediae meae raptos cibos, in tua, Patnunc miserum juvenem, & postquam adjuvate, Sanctissimi Judices. Filius, terret imperio, Filii labores in

60 Professionis fortasse sceleratos Filios devinciendi. 61 Vel quia fugisti ex vinculis Piratarum; vel quia (quod melius significatum est) nolo te licet impium ex mea pietate castigare.

* Incipit peroratio, in qua Pater se convertit ad preces, & poscit alimenta a Filio per annos suos longaevos, per casus humanos asperos, & saevos, per manes defuncti Fratris, per hoc quod ipsum voluerit redimere, per hoc quod Fratrem suum redemerit. Deinde ait, se non postulare Filii labores in operibus, dum ipse sedeat otiosus; solum hoc petere, ut jungantur tum Patris officia, tum Filii; sic enim pra misericordia facilius civitas succurret, quam ipse rogare solitus rogabat, ut congerat stipem in Filium, ut dum mendicat Pater, ipsum Filius pascat.

Digitized by Google

ANTILOGIA. rentia neceſſe eſt, cujus parentes merita perdidere, qui de filiis male merentur. Vos vitæ meæ proſpicite, quam Pater odit, calumniatur; quam rurſum, ſi poſſet, credo, non redimeret, non præferret: Præſtate noſtrum utrique innocentiam, comparate meliores affectus. Vos auctoritate publica cohibete ſenis aviditatem; & rurſus audaciterque petenti reddite difficultatis noſtræ rationem. Hoc ſaltem, Judices, infeliciſſimo juveni detur, poſtulo, ut odiſſe non debeam paternam domum, ut tandem agnoſcam carcerum vinculorumque diſcrimen, ut mihi non ſit piratarum optanda crudelitas, quam minus immitem noverim ſævitia Patris, que tranſigam diem, tuis operibus manus, tuis laboribus affligno ſudorem. Jungamus mutuæ pietatis officia, par flebile, par omnibus ætatibus, nominibusque reverendum. Eſt nobis negotium cum civitate mitiſſima. Quanto libentius dabunt, cum viderint pariter unaque miſeros mutua ſuſtentatione connexos? Et ego quidem rogabo, qui ſoleo, ſed in tuos ſinus populus congerat ſtipes. Quicquid preces, quicquid impetraverint lacrymæ meæ, accipe, tuere, diſpenſa: pro tua fama, pro tua ſum pietate ſolicitus. Ego mendicabo, tu paſces. DECLAMATIO.

M. FA-

Digitized by Google

M. FABII QUINTILIANI DECLAMATIO SEXTA.

IN SEXTAM M. FABII QUINTILIANI DECLAMATIONEM ANTILOGIA.

CORPORIS PROJECTI, *seu* ANUS CÆCÆ.

ARGUMENTUM.

* *Qui in calamitate Parentes deſeruerit inſepultus abjiciatur. Qui habebat Uxorem & Filium, captus a Piratis ſcripſit domum de redemptione. Uxor flendo oculos amiſit. Filius, retinente Matre, profectus vicariis manibus redemit Patrem. Idem in vinculis deceſſit. Abjectus in mare, & appulſus ad littus patrium, eſt ejectus. Vult illum ſepelire Pater, Mater prohibet.*

PRO PATRE CONTRA MATREM.

DECLAMATIO.

† ETſi, Judices, in hac aſperrima conditione fragilitatis humanæ, in qua nemo prope mortalium [a] impune vivit, hæc omnibus natura eſt, ut ſua cuique

PRO MATRE CONTRA PATREM.

ANTILOGIA.

SEntio, Judices, quemlibet jam veſtrum mirari, quod mulier omnium infeliciſſima, etiam ſi oculos non perdidiſſem, audeam quibusdam nonniſi magnæ fortunæ conatibus

* Lex. † Exordium hujus Orationis, qua Pater contendit dandam ſepulturam Filio ejecto ad littus, contra Matrem tali artificio ducitur. Primo exagerat Pater acerbitatem calamitatis hujus, quæ qui contingit quod Filium nequeat ſepelire; exagerat autem comparatione cum aliis calamitatibus, quas omnes ab hac ſuperari demonſtrat. Secundo exagerat crudelitatem Matris in Filium. Tertio, ſe ipſum incuſat utpote cauſam ſaltem remotam mortis Filii, & hic malam ipſius ſortem circa Parentes admiratur. Quarto, excuſat quod egit Filius, quod factum videtur contra Matrem, quo tamen ex Patrem juvit & Matrem. Quinto, breviter ait ſibi cauſam tractandam, ex qualibet enim mora differtur ſepultura corpori, & exponitur ferarum, avium morſibus &c. cujus depravatum deſcribit aſpectum.

a *Quisque* enim *ſuos patimur manes*, Virg. 6. Æneid.

Digitized by Google

ARTILOGIA. tibus cum viro meo in hac lamentabili rerum conditione contendere; & ſuccenſeri mihi ſtatim intelligo, quicunque Matrem projecto Filii corpori ſuprema negantem, atque in tam frequenti civitatis univerſæ conventu declamantem audierint. Quæcunque vero illa ſint, quæ adverſum nos avidæ interpretationes effingunt, & ſubita quædam potius, atque inconſulta de cadaveris occaſione miſeratio, ante omnia vobis conſtare volo, nullam unquam parentum, quas filii in calamitate reliquerint, debuiſſe fortius vindicari. Afferat jam Pater, afferat meritum captivitatis, & diram intra piratica clauſtra ſtationem exaggeret; illa eſt calamitas mea, quam nimius pietatis dolor, nimia caritas fecit. Gratias agimus tamen ſacræ Legis auctoritati, qua ſic parentum adverſis caſibus conſultum eſt, ut male merentibus liberis etiam poſt ſupremum diem, & diviſam corporibus animam adhuc ſint timenda ſupplicia. Unum hoc ideo a gravitate publica poſtulo, ut in nos dictaque noſtra nemo aures ac mentem intendat, qui non & ad Legis ejusdem pariter provida juſſa reſpexerit, & ad uxorem, quæ flendo oculos amiſit, & ad matrem, quam filiorum immitiſſimus in cæcitate deſeruit. Sic nempe infelix relicta ſum; ut potuerim fortaſſe non ſepeliri. Quid ego vero majus, quid adhuc ultra contendo, quam quod ipſos terrarum marisque deos voluiſſe jam patuit? Ideo, ne quis me ſupra tot miſeriarum infirmitatem extolli putet, illud unum jacto, illud prædico, ejectum ad littus Cadaver eſt. Fallitur enim, fallitur quisquis juvenem noſtrum appuliſſe credit, ut ſepeliatur. Sepultum jam, que calamitas præcipue miſera, atque intoleranda videatur: inter omnes tamen hoc conſtet neceſſe eſt, infelicitatem meam tantum cæteras ſupergreſſam, ut prorſus [2] hæc ſit, quæ fleri debeat uſque ad cæcitatem. Quid enim paſſus ſum tam leve, ut non comparatio mei felices aliorum etiam miſerias faciat? Grave eſt a piratis alligari, magis dicat hoc qui ſciat, quam cito capti moriantur. Alligatus ſum, ſed tamen miſer magis queror, [3] quod ſolutus ſum. Indigna eſt impietas in ſuos, quæ quanta verſetur in hoc judicio, videtis. Sed mihi hoc querendum eſt, quod me & [4] uxor nimium dilexit, & [5] filius. Quid ego putarem in rerum natura poſſe reperiri, quod orbitate acerbius videretur? Non contingit mihi, quod cæteris miſerrimum eſt, filium [6] efferre. Parum eſt, quod juveni ſingularis exempli cauſa mortis fui, & tam pretioſa redemptus anima, ſenex [7] odioſus morte filii mei vivo. Parum eſt quod mihi luctum meum fluctus nunciarunt, & aliud agenti patri ſubito ad littus orbitas appulſa eſt, quod miſerrimum juvenem toto jactatum mari, etiamſi nemo interpellaſſet, ſero ſepelirem: adhuc ſupremo prohibeor officio, & ne quid ſolatii contingat, perdo etiam Matris miſericordiam. Injicit erranti corpori manum mulier, & piratis, & tempeſtate crudelior: atque ut accedat dolori meo cumulus, quæ hoc facit, uxor mea eſt. Ne quis tamen erret ignotus, non eſt filii mei noverca, ſed mater. O facinus, o cladibus noſtris mutata natura! Mater [8] ignem ultimum filio negat, & mulier, quæ maritum quoque ſuum debilitata deſiderat. Quis hoc

DECLAMATIO.

2 Potius quam mea quam flevit uxor uſque ad cæcitatem ſuam. 3 Quod enim ſolutus ſum, Filius meus alligatus eſt, & deceſſit. 4 Quæ flendo oculos amiſit. 5 Per hoc enim ipſe me vicariis manibus redemit, dicit autem ſibi querendum, nam ex hoc quod ipſum uterque amaverit, uxor ſua cæca facta eſt, Filius eſt mortuus. 6 Comitari Filium qui efferatur ad ſepulturam, quod erat mos parentibus, vide Decl. 4. not. 58. 7 Mali augurii, de quo nihil boni exitus ſperari poſſit, utpote ejus qui, *Filii mei*, &c. 8 Ad cremandum cadaver.

Digitized by Google

ECLA-MATIO

hoc de ista credat? Filium non flet funditus eversa: fulmen hoc, gladiumque non sentit. Comparet dolorem, quanto minore causa excæcata est? 9 Hujus, Judices, pœnæ ab ipsa morte repetite crimen. Ego sum, ego & alligavi filium meum, & infamavi, & ne non accedat gravissimi doloris comes pœnitentia, in illum mortiferum carcerem mersi. Quo fato parentes miser sortitus est, ut illi vitam Pater, sepulturam Mater auferret? Nam ut pietatem filii mei semel indicem, patrem redemit. Si quod ego redierim, uxor irascitur, reddat rationem, cur acceptis literis meis fleverit. Atqui miserrimus juvenis quomodo magis temperare potuit officia? Lex parentibus in calamitate ferre opem jubebat, uterque parens erat calamitate devinctus, unus autem succurrere utrique non poterat: invenit tamen ingeniosa pietas, & utrique subvenit dispendio sui. Ipse venit ad Patrem, me remisit ad Matrem. Hoc si defendendum est, agnosco partes meas, causam planctibus agam: flere enim certe per legem licet. Alioqui diu laudare non expedit: diligenter defendere contrarium est actioni nostræ: ut impetremus funus, moramur; dum nos litigamus, dum circa cadaver nostrum orbi rixamur, dum agitur causa defuncti, dum sepulchro lege præscribitur, dum dantur legitima dicentibus tempora, putrescit interim corpus, nec totum in sicco jacet. Cadaver ab incursu avium, ferarumque tantum miserantium corona custodit. Convenerunt etiam alieni plorantes, totus in spectaculum populus effusus est, & ignoto quoque corpori publica humanitas quasi quasdam fecit exequias. Deflent omnes homines, dolent, plurimorum tamen illa vox est, Juvenis infe-

jam, sepultum fluctibus erat, altoque obrutum pelago; aut aliena littora, & propinquior piraticis careeribus humus debebant jactato corpori contigisse. Scire vultis quare projectum sit? Ut Lex, ut Mater rursus abjiciant. Ipsa jam Numina, ipsa nefario intentavere supplicium; & quidquid caritatem creditis vindicta fuit. Quod vero redemptus homo totam in se transferre tentat calamitatum miserationem, nefas esse proclamo, comparari utriusque nostrum adversa. O facinus! O sævum discrimen! Tu jam, Pater, & redimi pretio poteras, & vicariis etiam Filii manibus redemptus es, & cito languores omnes, & calamitates repulisti. Ego vero, sanctissimi Viri, adhuc languens, infirma, perpetuisque perstricta noctibus, spes etiam omnes, quod unum solatii restare poterat, melioris vitæ futuræque sortis amisi. Illud gravius, illud intolerabilius est, quod ipsa defecerunt planctibus lumina, & redire jussis ad præcordia lachrymis, publicam perdidi doloris nostri confessionem. Excedit pœnarum omnium, atque ærumnarum modum calamitatem suam flere non posse. Filiorum immanissime! Potuisti me sic miseram reliquisse? Potuisti præferre Patrem, quem tam facili pretio poteras vindicare? Quæso vero, sanctissimi Judices, ne vos moveant Parentis preces, & caritas in projectum, &, quam supra miseræ Matris sexum & merita homo jactat, auctoritas. Solum illi tractanda est fletibus, & perturbationibus causa, cui non alia possunt patrocinia proficere; quem ipsæ sacræ Leges, ipsa necessitudinum omnium, & quæcumque meruere jura calamitates accusant. Jam si ad preces licet desperationemque confugere, quantum mereor infelicissima clementiæ vestræ favorem, & supra mediocres affectus

ANTILOGIA.

9 Sensus est, quærite Judices crimen propter quod Filius meus meruerit mortis pœnam ex ipsa causa, ex qua mortuus est.

Digitized by Google

ANTILOGIA. fectus miſerationem, cui miſeriarum modo cæcitas minima facta eſt? Levius judico quod oculos perdidi, quod relicta ſum; intolerabilius illud nunc eſt quod fruſtra oculos inſumpſi, & ſpectatæ licet fidei, rarique uxor exempli, tamquam otioſa tamen, atque inutili cæcitate deſpicior. Videte quantum lamentationibus, quantum ſollicita atque infelici caritate profecerim; quas tandem reddat homo vices lachrymis meis! Non iraſcitur filio qui Matrem reliquit. Nihil magis olim, credo, ſi vera dicenda ſunt, Viro meo curæ fuit, quam ne me Filius in calamitate deſereret. Priusquam enim extra patrios fines per incerta maris dirosque fluctus dubiam caſibus & periculis peregrinationem ſuſciperet, ſic matrem filio tradidit, ut ſolent filii commendari parentibus. Huic, inquit, unice, adſta; hanc dilige, & adverſus quamlibet ſortem fove, tuere. Quantum, Judices, neceſſitatis Pater impoſuit Juveni, ut a miſera non diſcederet, qui tantumdem juſſit, dum adhuc ſana, dum habens oculos poteram jam omnibus vitæ muneribus etiam ſine filii miniſterio ſufficere! Utinam ſic ad orbatam luminibus, & a Filio relictam reſpiceret Pater, ut me tota olim caritate dilexit! Nec imputo, Judices, homini, quod ſibi cuncta congeſſerit; quod inopes, quod inſepultus jacet. Miſer, nec Patrem habet fortaſſe, nec Matrem. Jam hominis figuram vetuſtas pene conſumpſit. Jam lenta tabes in terram defluxit. Jam ſoluta cute oſſa nudantur. Quamlibet duraveris animo, non ferres tamen iſta, ſi videres. Sed audire certe potes. * Ille eſt filius noſter, cujus ſpes ipſas amavimus, quem apud omnia templa, & [10] ſurdos votis deos ſuperſtitem precati ſumus, a quo [11] ſepeliri optavimus. Ille amabilis infans, ille blandus puer, ille juvenis etiam ante hoc crimen piiſſimus. Ille, dum [12] par fortuna parentum fuit, propenſus in amorem tui. Mentior, niſi cum peregrinatio mea nos diduceret, maluit eſſe cum Matre. Me per omnia maria volitantem, ut [13] plus filio relinquerem, circumvenit ſævius ipſo mari latrocinium. Deſcribam nunc ego pendentem fluctibus carcerem, & catenas macie [14] mea laxatas, & detritam lateribus meis conſciam malorum carinam, & obruptam perennibus tenebris feralis loci [15] cruentam cæcitatem? Iſta vero, ſi quid pudoris habeo, tacenda ſunt: alioqui quis mihi ignoſcet, [16] quod vicarium accepi? Etiam ſcripſiſſe pœnitet. O literæ [17] fletibus tremulæ! [18] O parum alligatæ manus! O delenda uxoris oculis epiſtola! Cur indicavi, cur ſcripſi, quod ex-

DECLAMATIO.

* Quæ ſequitur narratio eſt, in qua Pater 1. laudat Filium præcipue Matri dilectum; 2. deſcribit ſuam captivitatem reflectendo quoque ſuper ipſum carcerem; 3. ſe ſcripſiſſe ait Domum, ad cujus rei nuncium adeo flevit Uxor, ut perdiderit oculos; 4. paraſſe Juvenem diſcedere ut ad me redimendum veniret, Matrem vero retinuiſſe; 5. cum ſtatuiſſet Patrem liberare, diſceſſiſſe invita Matre Juvenem, ipſique ſubſtituiſſe propinquos, atque omnes facultates domeſticas reliquiſſe; 6. poſt longam cum pietate Patris contentionem tandem ſe Filium obtuliſſe captivum, Patrem vero liberatum reverſum eſſe; 7. mortuum piiſſimum eſſe Filium, & a Piratis in mare projectum cadaver ad littora fuiſſe ejectum; 8. Patrem propriis humeris tuliſſe Matrem ut videret Filium, ipſam vero ſtatim in ipſum attuliſſe Legem, ut abjiceretur inſepultus quod ipſam in calamitate deſeruerit.

10 Non qui non audierint, ſed qui noluerint audire & ſecundare. 11 Ut nobis ſcilicet eſſet ſuperſtes. 12 Dum alter ſcilicet non erat captivus. 13 Ut ditiorem facerem Filium divitiis ex mercatura comparatis. 14 Fortiſſimum, & propriiſſimum verbum, dum enim macilenta fiunt membra, ideoque interius reſtringuntur, videtur quodammodo laxari vinculum, quod erat priori membrorum craſſitiei aptatum. 15 Propter verbera, atque alia ſupplicia captivorum, quos Piratæ diſcruciant.

16 Quod promiſi Filium Juvenem vicarium meum tranſire in tam horrendum, & ſævum locum.

17 Quæ ſcilicet prava directione deſcripta, quaſi ſubſultantibus caracteribus videntur tremere ad inſtar (fortaſſe ita intellige ſenſum) tremulorum fluctuum. 18 Quas non impedivere vincula, quominus ſcriberent.

Digitized by Google

DECLAMATIO. quod uxor, ac filius [19] ultimum legerent? Ut [20] incertum sit, utrum me carius [21] redimant, an lugeant. Cognita clade, rarissimi [22] uxor exempli, & prorsus talis filii Mater totos effievit oculos, fontemque illum perennium lacrymarum tantum caecitas clusit. [23] Si non tenuisset, filium viderat. Continuus inde planctus, incredibilis moestitia, assidua lamentatio fuit. Juvenem, nescio in me magis, an in te futurum impium, si non redemisset, quem tu sic desiderabas. Ergo profectionem apparat, ut quoniam reddere Matri non poterat oculos, redderet virum oculis chariorem. Sed videlicet est quaedam ultima calamitatum rabies, & novissime in furorem vota ipsa vertuntur. Retinuit juvenem, & epistolis meis [24] legem opposuit. O vanae figurationes, & pectora hominum alto errore confusa! Nemo illam non putabat timere de filio. Itaque juvenis, quod ad solatium pertinere credidit, commendavit amicis custodiam Matris, substituit vici curae suae propinquos. Neque enim aliter usque ad reditum meum caeca vixisset. Quicquid humana ratio valet, contulit. Si potuisset redimere oculos Matris, qua pietate fuit, vicarios suos dedisset. Ipse profectus est solo comitatus animo, nec se putavit ire sine pretio, quamvis ad piratas ferret inanes manus. [25] Dicat aliquis, adeo domi nihil reliqueras, adeo longa aetate sic vineras, ut ne pretium quidem tui paraveris? Si hoc ita esset, testor deos, de redemptione literas non misissem. Fuit unde redimi possem, Judices, fuit: sed illud totum filius exhaustos lares, neque tantum Filio, & solum Filium mihi reliquerit. Fuit, Judices, fuit, unde supra notae etiam frugalitatis officia Familia viveret; unde satis cogi pretii posset pro qualibet redemptione. Abiit ipse igitur, abiit, non animo magis ac conscientia, quam immani forte quadam audacior; sed invenit statim quod supra Pelagi discrimina, minasque tempestatum, & scopulorum fata timeret; in manus incidit Piratarum. O crudeles litterae! O nuncia tristissima captivitatis! Quantus fuerit dolor miserrimae uxoris, intelligite, Judices, in vultu, in oculis meis. In exemplum lachrymarum usque ad caecitatem ingemui. Quod tristius, quod aerumnosius calamitatum excogitari potest, totum id statim corpori meo, ac miseris hisce membris insedit; utque novum & inusitatum maeroris genus accederet, ad illud redacta sum, ut nec mori potuerim, nec ultra flere. Hoccine quispiam leve quoddam, Judices, maternae meritum caritatis existimet? Ego vero nihil auxilii, nihil solatii esse contendo, quod non mereatur, quod non jure postulet tanta calamitas. Quid aliud modo (vos nunc interrogo Patres, vos Matres) ab Uxore, a Filio expectatis, quam ut statim agatur de captivi Patris redemptione, ut quidquid opum, quidquid bonorum domi est, congeratur in pretia? Testor conscia pietatis nostrae, ac doloris Numina; nihil plus optavi, nihil plus ut illico praestaretur obtestata sum. Sive quod magis alienis malis affligimur, neque totos dolori nostro laxat affectus pejoris fortunae reputatio; sive quod solita major me quidam benevolentiae, & ca-

ANTILOGIA.

Ma-

19 Ita enim amisit oculos, hic mortuus est. 20 Ita lego *Cur indicavi cur scripsi, quod Uxor ac Filius ultimum redderent; ut incertum sit utrum me carius redimant, an lugeant? Cognita &c.*

21 Respectu Filii. 2. Respectu Uxoris; dubium scilicet est fueritne major pietas Filii, qui se objecit Vicarium, an Uxoris quae flevit ad caecitatem. 23 Hoc impediit, ne major esset pietas Matris, quod voluit retinere Filium, qui ad nostram redemptionem properabat. 24 Vide expressum in principio argumenti. 25 Mihi.

ANTILOGIA. & caritatis ardor abriperet, illum statim credidi magis languere. Filium igitur misera deprecari, anxia & sollicita sæpius instare, ut quos reliquerat familiæ commodo census, homo colligeret omnes undique, & mitteret ad Piratas; ut patrimonia nostra, ut cuncta ipsa cæcitati necessaria distraheret. Una mea vox, una fuit: Redime, Juvenis, paupertate etiam, ac nuditate nostra, redime Patrem. Omnia, Judices, ultro perdere non recusabam, quod unum credideram mihi Filium non defuturum. O fides inanis! O miseræ figurationes! Non placuit Filio salva Matre redimi Patrem. Novum excogitavit genus ipse redemptionis, quo uno Matrem torqueret, nec facilius redimeret Patrem. Apparavit profectionem, & ut docuit eventus se se constituit in pretium, ut vicariis ejus manibus captivus liberaretur. Non mihi petendam, Judices, excusationem existimo, quod juvenem me deserere cogitantem, & jam paratum severa totaque matris auctoritate retinere tentaverim. Nihil egi sane quominus homo redimeretur, si poterat aliter redimi Pater, non aliter servari Mater. Satisfactum ita utriusque nostrum calamitatibus credidi, ut facultates mitterentur ad captivum, Filius apud cæcam, apud miseram remaneret. Vultis nunc referam quantum deprecata sum, ne infelicissimam in cæcitate desereret, quantum calamitatis adversa, & tota inenarrabilis doloris arte infirmitatis nostræ meritum, & sacri nominis reverentiam explicui? Per hasce genas, misera clamabam, quæ tantum de Patre merentur, per hosce lachrymarum fon-

DECLAMATIO. Matri reliquit. Navigat ergo per horridos fluctus, & [27] geminata littora, & spumantes scopulos, & quacumque miser relatus est, inauspicatum metiens iter, prorsus [28] ominose retentus, perversis etiam votis, qui optaret alligari a piratis, quos vitare quoque [29] miserum est. Quærit hæc omnia [30] impius ille filius propter parentes, quod non præstitisset frater fratri, non uxor viro. Quid differimus ultra? non Pater filio. Dii immortales, cœli, maris, inferorum præsides, uni mihi adhuc omnes [31] male experti, vos tamen solos habeo testes, quam invitus redemptus sim. Miserum me, periit qui [32] sciebat. Nam ut primum pervenit juvenis ad piratas, afferens redemptionis meæ se pretium, e [33] ferali navicula avidus exiliit, vicarias obiaturus manus: stravit se ad genua singulorum, & ut cupiditas fecerat blandum, obsecravit omnibus precibus, miserabili planctu, & lacrymis pene maternis: nemo unquam sic, ut solveretur, rogavit. Nec sane difficile fuit impetrare a piratis captivitatem, major illi pugna mecum fuit. Non dignum illud spectaculum latronibus erat, cum Pater, filiusque de vinculis contenderent, & sibi quisque carcerem vindicaret. Ego jam usu defendebam meum, & in his annis jam maturam mortem afferebam. At ille contra, Ego te in calamitate deseram? Ego alligatum relinquam? Et quomodo ad Matrem redibo, quæ misera desiderio tui dies, noctesque fletibus jungit, quæ vivere sine te non potest? Non dicebat tamen omnia: & cum assiduos planctus, & irrequietas

27 Si hæc lectio placet, intellige descriptionem Maris per quod pergeret Filius, in quo pluribus e regionibus cernerentur littora: alii legunt *gemonia*, quod præfero; est enim epithethon aptius ad sententiam hujus loci, & ad similitudinem cum cæteris membris; gemere autem videntur littora ex illisione undarum. 28 Malo prorsus augurio. 29 Habetur enim dolor, miseria de sollicitudine, de timore, quo vitamus, cum occurrimus. 30 Aliqui legunt *omnia ille Filius*. 31 Vestram enim opem numquam mihi contulistis, qui tot infortunia, tot dolores passus sum. 32 Quod invitus fuissem redemptus. 33 Quæ ipsum duxit in mortem.

Digitized by Google

DECLAMATIO. tas diceret lacrymas, adjiciebat, jam pene cæca est, fortasse, si redieris, videbit. In summa non recedo. Fas est mihi etiam invitis parentibus pie facere. Non recedo, si perseveras, demus piratis lucrum. Aut vicarius ero, aut comes. Quantum inter hæc flevit? quamdiu cecidit oculos suos? Si perseveraſſem, duos [34] excæcaveram. Obstupuerunt pietate tanta etiam latrones, & per immobiles ante vultus fletus cucurrit. Non tenuissent fortasse juvenem, nisi redempturos parentes talem filium credidissent. Ipse in se transtulit ferreos nexus, & hilarior alligatus est filius, quam solutus est Pater. Supremum tamen, & (nefas) in æternum, me jam catenatis manibus amplexus, postquam mei [35] cura discesserat, Matrem, inquit, tibi per hæc [36] merita commendo. Tu illam tuere, defende, ama, ne relinque: sic [37] paria faciemus. Illic tu eris vicarius meus, si hæc feceris: non irascetur mihi fortasse Mater, quod ab illa recessi. Sic in navem filii mei male permutatus vector imponor, & qua visum oculi dederunt, ad piratas e puppe prospecto, curva littora, & [38] immensum syderibus fretum, & [39] turritos urbium scopulos retro lego. Miserum me, quamdiu a piratis etiam navigatur! Mandata tamen tua, fili, perago, assideo, sustento. Imo mehercle tu assides fili, tu sustines, propter quem mihi etiam hujus propensior cura est. Dum recedere ab uxore nolo, filium non redemi. At illum interim quotidie situs carceris strangulat, insidunt [40] ossibus catenæ, exemfontes, quos æterna nox clausit, per illos quibus te genui dolores, per blanda verba, per mutuos olim numquam intermissæ caritatis affectus, miserere sexus, miserere calamitatis. Quis credat, non omnia potuisse infelicissimæ Matris preces, desperationem? Ego vero frustra etiam quantum parens jubere potest, & sacræ Legis auctoritatem adjeci; frustra me relinquentem sepulturæ periculo, supremaque funeris religione deterrui; inanique tandem gemitu, atque inutili voce despecta mater, ita mihi uni relicta sum, tamquam jam deseri meruissem. Recedite a me gratulationes omnes; gaudete, si quæ unquam odistis matres fœcunditatem meam. Et maritum, & Filium amisi. Discessit igitur juvenis, perque horridos fluctus, spumantesque scopulos festinavit ad Patrem, non facultatibus dives, non pretiis, solo animo, & nescio qua provectus sorte, quo fato. Miretur quis fortitudinem Filii, constantiam, pietatem? Nihil illum tamen consulto egisse contendo, ut redimeret quem volebat, qui non attulit, quo placaret Piratas, pro quo captivus reddi posset. Unde enim speraret, vicariis hominis manibus contentos prædones? Immo, si qua fides, Barbaris illam esse legem scire jam poterat, ut immania semper postulent pretia; nec ideo maria terrasque humanarum necessitudinum hostes continuis exagitare sceleribus, ut captivis captivos addant, sed ut collatis inde opibus, & immensa spe divitiarum exultent. Videte, Judices, an illi severius reddenda sit ratio, qui voluerit vicariis ANTILOGIA. ma-

34 Excæcatus fuisset & Filius. 35 Postquam solutus erat sollicitudine, cura de nostra salute, de nostra redemptione. 36 Quæ tecum pro tanto tibi collato beneficio contraxi. 37 Piissimam expressionem, sibi præ meritis referri credit Filius quidquid a Patre conferatur in Matrem. 38 Alii *remensum*, quod magis placet, cum Syderum ductu metiantur naves mare; varie autem habita est ratio Syderum ab antiquis navigantibus, fere enim omnes Peloponnesii ad Ursam majorem seu Callisto intendebant, Sidonii ad Ursam minorem, quæ Cynosura, &c. 39 Ita figurate dictum pro *Turritas Urbes scopulorum*, qua quidem expressione Piratarum denotat Civitates.

40 Consumpta carne.

Digitized by Google

ANTILOGIA. manibus, cum pretio posset facilius, redimere patrem. Jam reliquerat Matrem, & Patrem poterat non redemisse. Quid ultra moror fando? Et Parentes, & se ipsum perdere periclitatus est. Nam quod unum alterius loco Piratæ retinere non recusaverint, hoc uno factum existimo, quod immanibus illum redimendum pretiis crediderunt, cui tantum Pater debuisset. Si non hæc ceperat Barbaros reputatio, jam Filius accesserat tamquam non redempturus. Reliqua nunc, Judices, ex ipso qui factis interfuit audienda sunt, ut ad carceres pervenerit Juvenis, quantum egerit pro redemptione; qua conditione captivum Piratæ dimiserint; qualiter in se catenas ille, totamque captivitatem transtulerit Patris. Unum vobis eloquar, unum referam, exitum feciſſe Juvenem ejus, qui meruerit a parentibus non juvari. Intra illa confestim, quæ maternæ domui prætulerat, claustra, duræ captivitatis ærumnis mollis ætas, & majori fortasse de ipsius conscientiæ cruciatibus vi pœnarum intabuit. Dicam omnia statim: Desertor Matris apud Barbaros mortuus est. Ubi sunt qui miseram mulierem criminosa rerum interpretatione lacessunt? Ut sciatis, etiam apud Barbaros ipsos fatali quodam instinctu miseriarum merita, & sacrarum Legum jura valere, aperto pelago traditum cadaver est. Quid differimus ultra? Ipsi nefario fluctus negave- DECLAMATIO. rexemplum sæculi in [41] myoparone moritur. Mater, jam satis est, habes pœnas super legem, fepelissent talem virum etiam ipsi piratæ, nisi eos conscientia scelerum, metusque pœnarum ab omni littore arceret. Quod unum poterant, secundis projecere ventis. Excepit mitior Matre tempestas, & (si qua dici potest calamitatum felicitas) prospero cursu cadaver tantum non ad ipsa majorum sepulchra depositum est. Narretur res sæculo nostro diversa, & nescio utra parte mirabilior. Filii corpus Matri maria retulerunt, Mater mari. Magnam quidem partem agnosco culpæ meæ. Ego uxorem adduxi, & ne miseram dolore fraudarem, ipse meis humeris adversariam meam usque ad littora tuli. Et sane adversus eum prima verba orbitatis, animo [42] ea æstimantem fefellerunt. Quis autem non dolentis affectum putasset, cum diceret defuncto filio Mater, Quid enim navigasti? Quid maria ingressus es? Quid piratas petisti? Nam illa quidem vulgatissima orbitatis vox est, Fili, cui me reliquisti? Etiam cum tota super corpus incubuit, amplexam putavi. Etiam cum injecit tollentibus manum. Et hoc, inquam, solent facere Matres, ut funus morentur. At ista legem recitat, & in cadaver filii peroratt. Tace, tace misera, [43] ita tu istud optasti? Sola scilicet calamitatibus nostris adhuc defuit culpa, ut cum sævitia nimiæ quoque felicitati turpis sit, procedat inauditum antea monstrum: misera, crudelis, si quid irati dii reliquerunt, si quid infelicitas oblita est, suis manibus perdere cupias. Detracta est [44] fortunæ invidia, quando suo quoque judicio Mater post amissum filium parum misera est. Lacrymas ipsas novissime perdo, inanis domi (44) libitina plangitur, derisus [45] designator redit, refer-

41 Proprium navigii Piratici medians inter onerarias, & longas triremes: Vide Bayfium de re Navali.
42 Ut esse debebant ex pietate, non ut erant. 43 Fecisti enim ut Filius discederet, quia nimis desiderabas redemptum Maritum. 44 Quæ in mortem Filium adduxit. (44) Libitina fuit Dea (sive Venus sive Proserpina, neque enim auctores conveniunt) in cujus templum asservabantur necessaria ad funera, & quidem aderant libitinarii, qui ipsas locabant; hic autem accipitur pro apparatu funebri, sive etiam pro morte, nam & in hoc sensu ab auctoribus accipitur: ita Horatius lib. 3. Od. ultima: *Multaque pars mei vitabit Libitinam*. 45 Designator erat, qui distribuebat pompam funerum, & assignabat locum omnibus incedendi.

Digitized by Google

DECLAMATIO. refertur [46] rogus. Inter hæc omnia non gemitus ullus Matris, non lacrymæ, non queſtus. Putes appulſum ad littus aliquem eſſe piratam? Unde hunc illi animum? Si mala ſua ideo non ſentit, quia non videt, & hoc boni cæcitas habet, eruat aliquis oculos meos. Sed tenebræ corporis affectibus non obſtant. Eſt ne hæc uxor mea? eſt ne ille filius noſter? Liceat dubitare, ſi fieri poteſt, & ſane vix jam dignoſcendam ſpeciem vetuſtas reliquit: ſed attritæ manus, & tumida veſtigia vinculorum, & teſtis longæ captivitatis macies, infelicia argumenta, conſentiunt. Miſerum me! certus luctus eſt. Filium agnoſco, uxorem non cognoſco. * Ergo quoniam de jure longior pugna eſt nobis, & feſtinandum: ſint primæ precum partes. Adeſte univerſi utriusque ſexus parentes, dum Matrem in exequias filii rogo. Per matrimonium te vetus, & per mutuam charitatem, quæ utrique noſtrum [47] magno conſtat, adjicio per commune pignus, per annos pariter actos, & beneficio filii [48] plures, per meum in te obſequium, jam mei miſerere, cujus ſoles. Crede mihi, hoc quod patior, carcere pejus eſt, captivitate crudelius. Mea iſta pœna eſt. Quid tibi tantum mali feci? Quid offendi? Certe ego te non reliqui. Jam ſi totum affectum in hunc conſumpſiſti virum, & omnis per oculos miſericordia effluxit, tulerit ſane filius noſter merito pœnas, dederit ſpiritum ſupplicio, nihil de præteritis loquamur, quod poſtulavit Cicero etiam ab illo crudeliſſimo Siciliæ tyranno, mors gavere ſepulchrum; & ne alto fortaſſe ANTILOGIA. ſubverſum pelago, aut diviſo terris iliſum ſcopulo lateret monſtrum hoc, & ſæculi dedecus, ad ipſum Patris, ad ipſum Matris littus mare devexit. Effuſa tota eſt ad ſpectaculum civitas; patet parentibus, patet filiis omnibus damnatum corpus; & videntes licet fortaſſe quidam de cadaveris horrore perſtringat affectus, ingemuere tamen omnes plus Matris; & miſeram tandem; inquiunt, non deſerunt Leges. Pater unus, Pater adhuc doloribus noſtris inſultat; & nullo pudore quod ſcelere maximo redemptus eſt, cum cæca, cum deſpecta Matre pro Filii ſepultura luctatur. Me infelicem! Apud Virum meum tantum, pro quo oculos amiſi, non inveni miſerationem. Cauſam igitur meam qua voce poteſt, qua oratione infirmiſſima cæcitas, apud vos ſic agam, ſanctiſſimi Judices, ut nihil eſſe ſciatis, quo poſſit Filius, nihil quo Pater impetrare faventiæ veſtræ miſerationem. Jamque ſentit Pater ipſe, quam utrique mala ſit cauſa; ideo me primum lachrymis, precibusque, & quadam aggreditur perturbatione, & conjugalis nominis reverentiam in filii meritum transferre conatur. Ego vero ante omnia ſtatim omnibus conſtare volo, nihil ideo mihi de veteri matrimonii caritate perire quod contendimus, quod rixamur, quod noſtra etiam videtur agi, dum agitur cauſa defuncti. Sanctius eſt quod nobis ipſis debemus invicem, quam ut debeat tanti flagitii conſideratione corrumpi; neque valere poſſunt parentis unius merita filio, qui de parentum altero male meretur. Una mihi

46 Ligna ad Rogum.

* Hic incipit precibus Patris confirmatio, quibus obſtinate contendit tandem eſſe ſepulturam Filio. Primum argumentum, quia ex hoc ipſe Pater magnum dolorem refert cum tamen ipſum nullatenus mereatur: primo, quia nihil mali uxori fecit; ſecundo quia jam tulit morte ſupplicium Filius, ex cujus diſceſſu videri poſſet offendiſſe Pater Uxorem. Præterea uſque ad finem ſumpta occaſione ab hoc quod fortaſſe velit Fœmina per impietatis Famam inſigniri, ipſam hortatur ut impiori ratione cadaver laceret, circumducat &c. 47 Conſtat enim morte Filii tam pii. 48 Omnes enim quos agemus pariter poſt meam redemptionem, beneficio Filii qui nos redemit agemus.

Digitized by Google

ANTILOGIA. mihi cum illo, qui me deseruit in calamitate, res est; nec minus ego conqueri possum, & æqua doloris voce clamare; miserere, Pater, & matris, quæ pro te sævius aliquid piratis, & carcerum cruciatibus adhuc patitur. Confugiamus & nos, miserande sexus, ad preces, ad lachrymas, si audaciæ atque impudentiæ victoria est, si affectus & desperationis quædam simulatio meritorum jura corrumpunt. Nullum invenias, qui pro puniendo, pro morituro non deprecetur, qui non confugiat ad obsequia, & merita non alleget. Nihil tamen, Pater, pro Filio tuo postulas, quo non me primum premas, non iterum torqueas, excrucies, & me iterum deseri te malle non nuncies. Petis ut ignoscam? Mihi tamen neque Pater, neque Filius ignovit. Quodnam hoc genus causæ est, ut plus illi favoris, plus indulgentiæ negetur, cui de adversorum ipsa magnitudine plus reverentiæ, plus admirationis accedit? Non queror, Judices, quod ut primum ejectum littoribus cadaver est, non peregerit homo desertæ Matris ultionem, non longe a terris parricidale corpus abjecerit, ne vel subiti arenam venti, vel ignara advenientium pietas humum aggererent. Non peto, ut insultes juveni, ut me ipsam excites & impellas, ut præteritorum admoneas, ut contendas, ut fortiter agas, ne Filium sepeliri permittam. Illud tamen conjugalium erat affectuum, parisque etiam pietatis, miseræ Matri non obsistere, non irasci, quam tuentur Leges invito Patre. Tuane ista igitur pœna est, quod sepulturam Filio negamus? At nostræ illæ sunt, quod nos ipse in calamitate deseruit, quod tu plus illi misereris, quam mihi. At, inquit, certe ego te non reliqui. Ideo sane existimas, quam nefarii mors sit extrema malorum. Quod quidem cum permissum non esset, pernoctabant ante ostium carceris, pretio redimentes sepeliendi potestatem. Quid? tandem hoc M. Tullius, patres matresque, promeruit. Tu vende saltem, quod sub Verre crudelissimum fuit. Certe ego filium redimam, nec mihi pretium diu quærendum est, habeo manus. Nihil moveris nunc, & debilitatem tuam jactas. Singulare fœminis exemplum ostendi, narrarique desideras, sepulturam filii maritus a te impetrare non potuit. Vade hercule, si libet, & corpus in fluctus repelle. Aut si parum celebri loco videtur abjectum, injice manum, & ne minus te satiet alienum ministerium, ipsa potissimum trahe: alteram manum cadaveri impone, altera duc qua frequentissimum rotis iter est, & [49] nigra limo via. Proterat miserum onustum vehiculum, & sanctissimum pectus [50] ungulæ rumpant. Ipsa quoniam deficeris oculis, elisum caput, & oppressa ponderibus præcordia manibus tuis pertracta: si quidem audeas, vistis etiam lacera dentibus. Litigamus, consistimus, in diversum abimus. Nempe cum viceris, omnia paria habebimus præter animum. Non sepelies? vide quæso, vide ne, dum litigas, arenam fluctus aggeret, injiciat humum misericors populus. Obstas? si cujus clementia tumulum fecerit, effode: & cum talis sis Mater, aude indignari, & exclama: Magis amavit Patrem. * Cruces succiduntur, percussos sepeliri carnifex non vetat. Ipsi piratæ nihil amplius quam projiciunt. Mater (quanquam hoc nomen profanari nefas est) si perseverat esse filii sui noverca, ut hac crudelitate videatur digna, quæ orbitatem suam non intelligit, si ultra DECLAMATIO.

49 Materialitas ipsa verborum ad tristitiam confert. 50 Equorum.
* Secundum argum. quia omnes faciunt copiam sepeliendorum cadaverum, sola vero Mater obstat.

Digitized by Google

DECLAMATIO. tra hostium affectum, qui cæsos acie sæpe tumularunt, ultra tyrannos, ultra latrones, parum habet non sepelire, nisi aliorum quoque officia præciderit, [51] & tantum non petita ex fluctibus aqua restinguit ignem, si adeo non genuit filium, sed effudit, & illo infelici partu ingratum uteri pondus exposuit: [52] licet imputet nobis ut volet, quod tueri non potest, singulare mariti desiderium, dicam tamen, quod sentio, excusatius odisset virum quam filium. Quanquam in hoc mutuæ charitatis affectu paria fecimus: illa oculos propter matrimonium neglexit, ego filium: vicem cæcitatis orbitate persolvi: tamen, quod inter hæc quoque mala privatim doleam necesse est, omnem *illam*, quam contraxerat, [53] perdit [54] opinionem. Jam inimici mei triumphant, jam passim loquuntur: illa exempli mulier, illa seculi decus, virum redimi noluit, nec filium sepeliri. * Equidem, Judices, ut sentio, neminem non mortalium favere hominis sepulturæ convenit, quia hæc una res est, cujus exemplum ad omnes pertineat: [55] ideoque non nisi ab ultimo parricidio exigitur pœna [56] trans hominum. Etiam si qua sunt jura, quæ obstent, si tamen angustus saltem detur accessus, per quem intrare humanitas possit, vera clementia occasione con-

ANTILOGIA. rii fuerit exempli matrem miseram reliquisse. Exigit hoc pariter homo, quod ab illo crudelissimo Siciliæ Tyranno postulatum est, ut mors sit extrema malorum. Cruces, ait, succidantur; percussos sepeliri carnifex non vetat; ipsi Piratæ nil amplius, quam projiciunt. Fallitur Pater, fallitur, Judices, nec causæ nostræ difficultates intelligit, qui dispares affert casus, & alienam rerum comparationem. Non enim idcirco Filius, aut captivitatis mala sustinuit, aut defunctus a latronibus in mare projectus est quod Matrem reliquerit, ut quasdam jam veluti dedisse videatur crudelium operum pœnas. Hactenus Juveni impunitum fuit scelus suum, & prospere insultavit Matri, quousque solemne funeris decus consequi potest. Omnia jam licet passus fuerit adversorum incommoda, dederit quantum vis spiritum Piratarum flagellis, felicem adhuc tamen dico, & quasi præmia consecutum, quicunque non ita projiciatur, ut sepeliri amplius non possit. Mementote, Judices, Lex non viventem castigat Filium, sed mortuum; ipsos ad pœnam quærit exanimes artus, & putre cadaver, &, si qua supersint, ipsa etiam soluto corpore discissa vitalia. Reliquis, Judices, suas jura pœnas instituere sceleribus vivo adhuc homine, Parentum tamen desertorem puniri voluere

51 Obscuriſſima meo captui hujus loci ſententia eſt; puto ſenſum eſſe quod non reſtingueret ignem, quod ad ſuprema cadaveris accenderetur, fluctibus, ſed lachrymis, poſſet ſcilicet ſolum habere meritum, ſolam auctoritatem cæcitatis, quam comparavit per lachrymas ut Filii impediret ſepulturam; hæc hariolando potius, quam vere ſentiendo.

52 Magnam includit paucis verbis Ἔμφασιν hoc membrum; ſic enim eſt tota ſenſus intentio: licet imputet nobis ſe deſideraſſe maritum, quod non poteſt ſibi tueri, hoc enim probatur cæcitate, ex hoc autem Mariti deſiderio ſequitur non male ipſi feciſſe diſcedentem Filium, ideo ut reduceret Patrem, & Maritum ad Uxorem. 53 Ex invidia, quod ipſam Filium deſeruerit. 54 De Filii pietate.

* Tertium argumentum, quia neceſſe eſt cadavera ſepeliri ad omnium exemplum, nam mortui vel ſepeliuntur, ut detrahatur ipſis fœditas, quo facilius eant ad infernas ſedes, ſive ut Animæ non errent ad ripas inferni: fuit enim fides antiquorum Ethnicorum, animas inſepultorum vagari circa Stygias ripas centum annos, neque prius poſſe vadum transvehere ut deſtinatis ſedibus locarentur; quæ fabuloſa & falſa doctrina pulcherrime in Palinuro exprimitur ab Virgilio Æneadum ſexto, quem conſule.

55 Parricidæ non ſepeliebantur humi, ſed inſuti in culeo cum cane, gallo, ac ſerpente projiciebantur in mare. 56 Ultra hominis durationem, cadaveris ſupplicium.

Digitized by Google

ANTILOGIA. luere post mortem. Quid nunc ergo a me, Pater, postulas, quid contendis? Nondum Filius punitus est. Equidem, Judices, neminem non mortalium decet favere hominis sepulturæ; sed quatenus pietate hac magni agitur res exempli, quæ ad cæteros omnes pertineat, rerum naturæ tamen, & potioribus humanæ conditionis officiis magis arbitror interesse, ut discant Liberi obedire Parentibus. Ideo intentata supplicia novimus, &, quoniam cogi vult humana malitia, ita sacræ Legis imperio posterorum securitati provisum, ut publicæ pateret plus interesse justitiæ, Parentes in calamitate non deseri, quam Filiorum corpora sepeliri. Quam rari enim, quam difficilis exempli est, ut Parentes Filii etiam non miseros pati velint, ut tam morosam, tam tristem moribus ipsi affectibusque dissimiles non dedignentur caritatem. Odere severi nominis decus, atque ineluctabilem sacræ necessitudinis auctoritatem, & in vitia abeuntibus objectum quemadam paternæ reverentiæ metum. Excedit inde vero patientiam omnem, fusentesque annorum libidines, & nescias mentes mitionis affectus adstare etiam mœrentibus, & quibus, seu de morborum cruciatibus, seu de calamitatum adversis tristior, atque ærumnosior vita transigitur. Voluere idcirco majores nostri, invitos nolentesque cogi, & sepulturæ religione terreri sic filios, ut parentibus miseris, coacta licet, auxilia tamen, & solatia non negarentur. Quod si ita est, jam non operiatur hæc fœditas, non subtrahatur contenta est. 57 Sive omnis in defunctis sensus perit, & ad operiendam fœditatem, subtrahendamque dolori materiam, mortui viventium causa sepeliuntur: seu cum ad infernas sedes anima migravit, unus hic luce vidais honos, & a suprema 58 face (ut vates ferunt) petitam ulterioris ripæ stationem contingunt, quæ vera esse & credo miser, & opto, cito iturus ad filium. * Certe rerum natura ut in generandis, alendisque hominibus, quæ necessaria erant, ex se ipsa prospexit, ita cum rursus opus suum resolvit, corpora nostra quam primum reducere ad principia festinat, ut defertis etiam locis circa cadaver tracta imbribus terra concrescit, aggerant pulverem venti, & liquefacta multa die membra paulatim humus bibit, etiam si nullus operit. At ipsa longo tempore in terram ossa desident. Nobis vero adversus exanimes genuit non solum miserationem, quæ cogitationi nostræ subit, sed etiam religionem: inde ignotis quoque corporibus transeuntium viatorum collatitia sepultura, inde injecta ab alienis humus. Facinus indignum, cum hæc ita sint, sepultus esset filius meus, nisi incidisset in Matrem. ** Et hæc, Judices, non ideo ego dico, ut affectu jura corrumpam, neque vobis præcipio, sed adversariæ exprobro. Legem quidem istam quidni horream, cum id unum miserrimo juveni sit objectum, quod in calamitate non deseruerit Patrem? Sed quatenus luctus nostri in jus vocantur, & flenti disputandum est, & orbitati suæ Mater irascitur: supere-

DECLAMATIO

hæc re-

57 Ita si fas est mutatem Lectionem, *sive dum omnis in defunctis sensus perit ad operiendam &c.*

58 Quæ accenditur in funeribus.

* Quartum argumentum, quia ipsa natura intendit reducere composita ad sua principia, unde videmus cadavera etiam naturaliter sepeliri, nempe terram scilicet, aut imbribus, aut ventis tractam cooperiri. Quæ cum ita sint, hac magis præstare debet humana religio, qua ignota etiam cadavera solemus humare.

** Expendit hic Legem Pater, qua se Mater defendebat, probaturus ipsam contra se nihil facere. Quoniam vero dubitari poterat sitne ad verbum intelligenda Lex, an altius examinanda voluntas, ait Matrem sola verborum nuditate allegata se defendere, male vero quæri sit ne sequenda voluntas Legis.

Digitized by Google

DECLAMAT 10

remus, quam exorare non poſſumus. Ecquando duorum hominum miſeriora vota vidiſtis, ut de his Pater ſi vicerit, filium ſuum efferat, Mater ſi vicerit, abjiciat? Quæ tamen lex eſt? Qui parentes in calamitate deſeruerit, inſepultus abjiciatur. Omnis nobis in hac prius cauſa, Judices, de ſcripto, & intellectu legis contentio eſt, utrum jus verborum ambiguitate, an voluntatis fide ſtatuatur ſit. Pars enim adverſa id nititur, parentem fuiſſe in calamitate eam, quæ deſerta ſit: cujus rei pœna eſt abjici inſepultum. Quid tum fuerit in cauſa, quid ſit poſtea conſecutum, quomodo legem intelligere conveniat, ſubterfugit dicere, neque a veſtigio ſcripti recedit, ſed nuda recitatione contenta eſt. Nos neque omnibus perſonis, neque omnibus cæcis ſcriptam eſſe legem, & juveni juſtas, ac neceſſarias recedendi cauſas: & cui rei ſemper jus ſatis plenum eſt, bonum animum fuiſſe, poſtremo non hoc eſſe deſerere, contendimus, atque eo cauſam dimittimus, ut non ſit abſolvendus adoleſcens, niſi etiam laudandus. Qui autem dubitat, an ſcripti voluntatem ſequi conveniat, is mihi videtur quæſtionem tentare, incertus qua de re. Ideo pauciora adjiciam, quod nobis quoque (ſi ita pergitis) afferat quandam cavillationem iſta ſermonis ambiguitas; ac videri poterit omnem actionem partis adverſæ prima ſtatim recitatione ſubvertere. * Nam lex cum dicit, qui parentes in calamitate deſeruerit: rurſusque cum dicit, inſepultus abjiciatur: non utique id ſignificat, ut non liceat eum ſepeliri, poſtquam projectus eſt. Quare aut mihi quoque permittite ſic agere, quomodo volo, aut quod magis veſtram religionem decet, indignam hæc dolori materia, & tales mortui viventium cauſa non ſepeliantur. Credo, jam etiam exemplo, & futurorum pudori temporum ſatisfactum, ſi non contingat homini, qui matrem in calamitate deſeruit, ſuprema funeris pompa, & quodcunque hominum pietas illis adhibet ſolemne tumuli decus, qui parentes non reliquerunt. Poſſum nunc ergo, Judices, facile poſſum de cauſæ noſtræ merito allegare rationes; ſed difficilius redderet Pater. Nam ſi rerum natura, ſicuti generationi hominum neceſſaria proſpexit, ita quoque opera ad principium ſuum feſtinat reducere; ſi deſertis etiam in locis aggerant circa cadaver pulverem venti, & tracta imbribus terra: concreſcit, illud inde eſt quod neque melioris vim novit natura pietatis, & quæcunque naſci cernimus, atque interire, jam non ſunt juxta animi morumque merita, non ad potiores conditionis humanæ leges, & gentium jura compoſita. Quantum igitur opus eſt, ut ab ipſis obviis neſciisque conſilii rerum caſibus mens rationalis abſcedat, quam præter miſerationis illos affectus, qui magis naturæ ſunt, quamdam ſervare etiam religionem, & temporum factorumque diſcrimen decet? Ut enim, Judices, non primis conditæ naturæ inſtitutis viveremus omnes, vitiis, & malitia hominum factum eſt. Ideo, cum multa neceſſario nobis ipſa invita natura præcipiant leges, nunquam magis in ſuppliciis decernendis ab eo, quo plus naturam ipſam ordine præſtare videas, abeundum arbitror, quam cum de ſceleribus hominum major vis illata naturæ eſt. O nulli igitur melius negata ſepultura, quam ei, qui parentes in calamitate deſeruit! O nunquam ſanctior, nunquam clementior Lex, qua nihil

ANTILOGIA.

* Primum argum. ad infirmandam Legis auctoritatem eſt, quia Lex non jubet non ſepeliri, ſed tantum inſepultum projici, quare poſtquam fuerit projectum, poterit ſepeliri.

Digitized by Google

ANTILOGIA. nihil tandem placuit, nisi ut patris, ut matris filii recordarentur! Facinus indignum! Debebat me non deserere Juvenis, etiamsi non imperio, non precibus retinuissem. Rejectis, quantum conjicio, Judices, quæcumque hactenus Pater allegavit, ut meritum captet projecto corpori sepulturæ, rursus tamen exprobrandum homini est, qui neque horret sacræ Legis imperium, neque mulieri infeliciſſimæ misereturi. Jam igitur quæ Lex est? *Qui Parentes in calamitate deseruerit insepultus abjiciatur*. Hæccine Lex est, Judices, quæ, aut verborum afferat ambiguitatem, aut violenta alienaque possit interpretatione in diversum cogi? Et tamen quanta adversarius effingit, ut cavillationibus jura corrumpat, tamquam sic Legem intelligere non conveniat, ut scripti voluntas est, neque recipienda ipsa omnino sit, nisi post quæstionum pericula dimittatur! Nam illud quoque dicere non erubescit, quod Lex, cum ait, *Qui Parentes in calamitate deseruerit*, rursumque cum dicit *insepultus abjiciatur*, non utique illud significat, ut non liceat eum sepeliri postquam fuerit projectus. Ego vero vos, Judices, vos omnes an hoc credi possit interrogo. Projici siquidem insepultum quidnam ex ipso verborum intellectu innuere deprenditis, nisi ut quis ita projiciatur, ut sepeliri deinceps non possit? Cur enim projici filium Lex vult, nisi ut ipsam post mortem puniatur, ut pererrans noxius spiritus inferno lacu optata non sedeat ripa, neque ad illos felicium cam- DECLAMATIO. sanctiſſimis auribus verborum captionem, ex utraque parte præcidite: & cum filium singularis exempli probavero, fortiter sentite, nullam unquam a majoribus nostris pœnam scriptam esse pietati. * Atque in eo, quod primum posueram, non (58) ad hanc rem pertinere legem, non diu versabor, neque dubitatione, quam non habet, afferam moram. Neque enim puto, si ætas impediet infantem, valetudo ægrum, resp. Legatum, dux militem, nihilominus obstricta crudelitas non accipiet rationem necessitatis: & cum semel apparuerit patere in ejusmodi causis defensionem, potero plane esse securus: nec timebo, ne teneri videatur filius meus, si non potuit omnibus succurrere, 59 dum in ipsa lege occupatus est. Pater alligatus est, Mater cæca est, unus utrique filius, magna locorum distantia. Habet lex in medio debitorem. Duc ad utrum mavis, ad utrumque non potes, nisi hanc conditionem misero imponimus, ut quicquid fecerit, projiciendus sit. Si exierit, Mater sepeliri vetabit: si remanserit, Pater. ** Non dubito fore dubium, quin jus in hac lege fuerit & mihi: nisi forte (ut omnia inique, injusteque conquiritis) hic quoque unius occasione verbi aliud putatis juvare parentes, aliud non deserere. Ideſt, de hoc dubitare vultis, utrum parentibus ubique ferri oporteat auxilia, ut ego existimo: an vero non mereatur adjutorium, nisi qui præsente filio miser est. Nam si deserere in calamitate, nihil aliud putamus esse quam

* Secundum argum. quia Lex ita non procedit, ut de nulla solvat necessitate, de nullo impedimento, sed magnum fuit Filio præstare ne posset omnibus succurrere, ergo. minor prob. *Pater alligatus est*, &c.

(58) Ut solum ad verborum superficiem capiatur. 59 Dum vult prorsus satisfacere Legi.

** Tertium argum. quia vel Legis sensus est ut non deserere Parentes sit ab iisdem non discedere, & sic sequetur hoc malum, ut possint Filii esse spectatores miseriarum Patris, absque quod succurrant, & contra Legem peccent, præterea sequeretur quod quis ex aliqua necessitate a Patre absens, non teneretur ipsum juvare; vel sensus est, ut parentibus ubique ferre oporteat auxilia, & sic tam ad Patrem Lex ista pervenit, quam ad Matrem. Probabit vero, quod cum duo vocaverint, ire debuerit potius ad Patrem.

Digitized by Google

DECLAMATIO. quam a misero discedere, duo simul scelera permittimus. Primum illud, ut etiam, qui aderit, possit impune nihil præstare: si quidem absolutus est hac lege, qui secundum miserum steterit. Quo quidem modo non adjutores calamitosis parentibus filios damus, sed spectatores. Dehinc accidit illud vel gravius, quod cum rerum necessitas quotidie nos dividat, si quædam fortuna parentes nos deprehenderit, quamvis exiguo divisus spatio impune opem non feret, non succurret, ut hac saltem se calumnia defendat. Non reliqui, non abscessi, neque pede, quod ajunt, uno a parente discessi: solutus erit omni auxiliandi necessitate, quando vestra interpretatione absentia impietatis occasio est. Hoc voluisse legum latorem putamus, ut natus ex nobismetipsis in rebus adversis præsidium parenti labore, atque præstantia solveret lucis usuram ubicunque, nisi forte non sumus parentes, nisi palam. Quid est ergo non deferere? Opem ferre, non deesse. Omnia hæc eo spectant, ut auxilio liberorum tuti sint parentes. Quod cum ita sit, tam ad me lex ista pertinuit, quam ad Matrem. Duo unum vocabamus, videamus quo ire debuerit. * Poteram quidem fortiter dicere, Pater jussi. Hoc nomen omni lege majus est. Tribunos deducimus, candidatos ferimus. Jus nobis vitæ, necisque concessum est. Si non fecerit quod jubeo, non deferam illum ad sepulturam. Necesse habuit parere. Non deseruit, sed abductus est. Crede, non contemptu tui venit in carcerem. Sint sane jura paria, sedeatque medius inter duos Judex: non comparabo personas, quamvis apud omnes gentes plus juris habeat Pater; sit sane campos solemni carens tumulatione perveniat? Et quam bene, Judices, quæcunque sceleratos liberos castigaverunt, jura consentiunt? Nam & parricidas severa Lex honore funeris non dignatur, culeoque clausos, ne honestior forte contingat sepulchri locus, demergi pelago, longeque a terris disperdi jubet. O nunquam igitur Lex inutilior, si potest illi statim sepultura jure contingere, quem ipsa vetat ne sepeliatur! Quod vero, neque omnibus personis, neque omnibus cæcis scripta sit Lex, non diu luctabor, ut quam res vere meretur non præbeam fidem. Namque si impediat ætas infantem, valetudo ægrum, Respublica Legatum, Dux militem, quis contendat, illos in contrarium non ita compelli, ut si ad ferendam opem deficiat eorumdem pietas, satis pro se se afferat rationem difficultatis? Qua quidem in re plus staret, credo, Lex ipsa contra Parentes, qui filios cogerent, quam contra filios, qui parentes non adjuvarent. Quid invenietis simile in juvene nostro necessitatis, quam dicitur habuisse ad utrumque veniendi, utrumque juvandi? Pater captivus est, Mater cæca: Cum huic opem ferre nisi Filius nequeat, ille possit tam facili redimi pretio, cui Lex præsentiam filii, & caritatem addicat, vos existimabitis. Quid plura, Pater, quid plura contendis? Potuit Filius utrique succurrere; ipse tamen maluit deserere Matrem. Venio nunc iterum ad sacræ Legis voluntatem, quam ita causæ suæ Pater favere proclamat, ut mihi pariter nullo modo scripta videatur. Et quidem circa verborum interpretationem, quam callide homo tentat effingere, non longam afferam disputationibus moram; atque ita statuam, ut nihil omnino sit non deserere, ANTILOGIA.

* Et primum quidem argumentum est, quia ipse sit Pater, cujus nominis reverentia sit potentior omni alio respectu, & ex quo ipse Filius raptus, & abductus ad Patris redemptionem.

Digitized by Google

ANTILOGIA. re, quam opem ferre, non deesse. Quod si verum est, inique prorsus injusteque contendit adversarius, tam ad se quoque Legem istam, quam ad me pertinuisse. Cum ergo duo unum vocaremus, videamus quo ire debuerit. Poteram, inquit, equidem fortiter dicere, Pater jussi: Hoc nomen omni lege majus est. Impotentissime, superbe, itane matri nihil prorsus licet in filium? Quid habet vestri nominis reverentia tam præcipuum, ut non & nobis tantumdem, quoties jure velimus, auctoritatis accedat? Anne parum materni meriti est, quod præter communem de viscеribus nostris collatam animam, filios ipsæ tam longa duraque patientia educamus, instituimus, ut patribus operentur? Matris est quidquid ad vos referunt liberi; & vobis quoties in majorem ætatem succedit imperium, mater jam diro labore, & difficilioribus annis plus meruit. Pudor sit, pudor, comparari utriusque nostrum affectus, quæque plus genitoribus natos comendant necessitudines. Filium postulo, filium, qui mihi vitæ lucisque debitor est; quem cum aliter possem, vivere jussi; cujus infantiam, adolescentiam sic fovi, ut aliquando me non desereret; quem, uno verbo referam, plus amavi. Quisquamne est, qui tantis valeat aliena jura meritorum objicere; aut in pari etiam audeat calamitate filium ad se vocare, quem mater retineat? Poteram ergo toto materni nominis imperio cohibere abeuntem; poteram dicere, non te deseram ad sepulne natura communis: non imputabo, quod nomen dedi, quod familiam, quod impensas, quod dum illa acquiro, captus sum. * Non indulgentiæ discrimen excutiam, de qua jam lite concessum est. Fuerint quidem ista facienda, sed ego jus meum reprimo, inter duos parentes cæcus affectus est. Exorabit, qui prior rogaverit. Tempore certe vinco: ante miser esse cœpi. Tu adhuc integra es, ego jam alligatus sum. Tu sana in domo, ego jam pene defunctus in carcere. Tibi adhuc non opus est filio, ego jam rogo. Nempe calamitas tua nata est post epistolam meam: nisi te flentem consolari filius voluisset, ante cæcitatem tuam exisset. Noli mirari, si te gratia vinco, [60] ante exoravi filium quam tu rogares. Si quisquam figuratione quadam in hac malorum conditione judicem ponat, fortuna quæso absit, cujus tanta calamitas fuit. ** Abstulerat quidem tibi oculos nimius affectus, & de quinque rerum sensibus pars una cessabat, [61] & tenebras etiam salvis luminibus aeternas continua nox duxerat. Majus est tamen malum quod sic fletur. Nam ut merito queri possit ablatas videndi voluptates, impeditos rerum actus; tamen si non iniqui Judices sumus, nec ambitiose miseri sunt, qui mederi possint, referam non solum qua vincenda mihi, sed magis etiam qua consolanda es. Nam quando omne tormentum corporis abest, dolorque mem-

DECLAMATIO.

pul-

* Secundum argumentum, quia majores erant calamitates Patris, quam Matris; & hinc tractat, utriusque comparationem.

60 Jam enim Filius volebat ad me venire, cum rogasti ne discederet,

** Tertium argum. quia licet cæca facta fuerit uxor, adhuc tamen calamitas captivitatis superabat cæcitatem, quod probat 1. quia cum dolor adest corporis, & languor membrorum, levius est malum cæcitatis; 2. quia si desunt lumina, habent tamen cæci voluptates quatuor reliquorum sensuum; 3. quia ipsis non desint domestica commoda; 4. quia non est tam gravis privatio lucis, nam nihil novum est quod nobis sit videndum: ulterius quanto anni tempore vivimus in tenebris quasi in cæcitate? 5. quia licet cæci possumus tamen operari alienis ministeriis; 6. quia fœminæ lævius quam alteri est malum cæcitatis, ipsæ enim nulli officio, nulli muneri magni momenti destinantur; 7. a pulcherrima descriptione calamitatum suarum, quas in captivitate expertus est, ostendit majus sibi fuisse meritum, ut Filius ad se potius veniret.

61 Non video hujus membri occasionem, cujus sensus ad quartam probationem spectat.

Digitized by Google

RECLAMATIO. membrorum, qui totam cogitationem in se rapit, feliciter cessat, supereſt ut cruciet nimium otium, & assidua quies, res si non sint necessitate jucundæ. Nam visus damnum sarciunt reliquæ voluptates, odor, gustus, tactus, auditus: quibus tametsi deesse summam fatendum est, non est tamen maximæ calamitatis loco numeranda parum plena felicitas. Domus certe propria, lectusque genialis, conventus propinquorum, sermo amicorum, ipsa (quod raro contingit) honesta calamitas, & in quacunque fortuna beata libertas, tot voluptates obruere possunt unum dolorem. Nam lucis desiderium, si malis meis compares, etiam delicatum est. [62] Non enim aliquid rerum natura genitura est spectaculo nostro novum, ac non quicquid speciosissimum, pulcherrimumque visuri sumus, vidimus. Nempe quotidie nox oritur, & æquam temporum portionem involvit obscuritas, & ex parte sui ipsa quodammodo cæca natura est. Cui alienis oculis uti licet, audire, imperare, cujus ministeriis officia non desunt (non enim defuerunt) [63] nisi se erigit, & fortunæ suæ rationem reddit, miser non est, præsertim in tam bona cæcitatis conscientia, animi vitio [64] miser est. Non debet dolere quippiam, qui potest gloriari: quamquam cujuslibet & quacumque causa hunc incursum passæ levius est tamen malum fœminæ. Non enim navigatis, non legationem obitis, non frequenti peregrinatione [65] variatis aspectus, non militaris vos, non forensis ratio deduxit. Alioqui semper estis intra domum, imo plurimum in loco, levibus officiis affixæ. Tuum quidem affectum si bene novi, nulla magis causa cæcitatem do-

ANTILOGIA. pulturam, & debebat confestim parere Filius, neque Parentum ærumnas expendere, ut pergeret ad miseriorem. Testor tamen conscia Numina; filium aliter revocandum credidi. Hæc erat vox una deprecantis: Nate, cæca sum. Hoc nomine mihi videbar superasse calamitatum omnium ambitum, vicisse invidiam, fregisse pectus odiorum, immanitatis. Miseram me! Valuissent fortasse plus apud Filium gemitus, lachrymæ, preces infelicissimæ mulieris, si aut minus misera, aut plus sæva, plus inexorabilis fuissem. Contendit iterum Pater, merito venisse ad se Juvenem, quod, cum primus miser esse cœperit, primusque rogaverit, tempore certe vincat. Sed, si qua fides, santissimi Judices, primum non una hæc patebat ad redimendum Patrem via Filio, ut Matrem relinqueret, Piratas adiret, vicariis manibus se se offerret. Illud scilicet inauditum quoddam, novumque sæculo feralis genus redemptionis fuit, ut, alligato filio, pater vindicaretur; & inter duos, quorum alter liber, alter captivus erat, voluntaria hæc fieret conditionis sortisque commutatio, ut unus in alterius fata transiret. In quo quidem, ne Filio semper videar irasci, nescio majorne fuerit hujus crudelitas, qui Matrem deseruit, an ejus, qui tanto se pretio redimi passus est. Neque minus mirandum judico, quod tam truci, tamque indeprensibili fuerit pietate Filius, ut ferret se alligari pro Patre, nollet retineri apud Matrem. Deinde vero ubinam jus est, quod diversis Parentum calamitatibus Filius minus misero tribuat, quod cœperit primus languere? Cum sane Lex jubet, insepultum abjici, qui Parentes in calamitate deseruit, cum in utriusque discrimine non queat nisi alteri unicus opem ferre, & dubium teneat

62 *Nihil* enim *sub Sole novum*. Seneca quoque epist. 24. *Omnia transeunt ut revertantur, nihil novi video*, &c. Et Lucretius lib. 3. *eadem sunt omnia semper*, &c. optime consonans huic doctrinæ.
63 Lege *qui*. 64 Puto *miser non est*. 65 Diverso habitu, diversis moribus imbutæ.

Digitized by Google

ANTILOGIA. neat caritas æqua consilium, ad illum jam, qui magis indiget, Lex justa respexit. Noli mirari, si te gratia vinco. Tu primus de captivitate scripsisti, tu primus orasti: non habebat tamen infirmitas tua cæcitatis comparationem. O cæcitas, cæcitas, quam dulcia facis cæterarum fata calamitatum! Quantum in comparatione tui captivitati decrescit invidiæ! Neque urgeam modo, Judices, ut tractemus sexus utriusque constantiam, & adversus ærumnarum ac suppliciorum dolores æstimemus potiores vires. Sint sane jura paria, neque habeat homo, quo supra miserrimæ mulieris infirmitatem & agere fortius possit & pati; dum censeo tamen sortem, qua torqueor, vellem vicariis ipsa manibus redemisse maritum. Jam non irascor adversario, non objicio, quod Piratarum, quod carcerum pœnas exaggeret. Fingite amissam illam omnibus ingenitam libertatem, fingite irrequietam fluctibus sedem, hirsutos hostium vultus, ac feros immanium fremitus Barbarorum, udum carcerem, vinctas manus, alligatos pedes; gravior tamen calamitas est, quæ tota statim ac simul sensibus animoque contingit. Magnum est miseriarum solatium irasci posse suppliciis, & sociata membrorum luctu veluti exprobrare fortunæ, cum ipsaque pœna pugnare; una cæcitas sic miserum quærit, everberat, ut quidquid hominis reliquum est, totum id invalidum jam, & prorsus inutile lamentabili desperatione deficiat. Neque enim, ut homo objicit, visus damnum sarciunt reliquæ voluptates, odor, gustus, tactus, auditus. Nefas est, Judices, credere, cæco aliquid solatii, aliquid delitiarum posse contingere; quidquid enim nobis externa renunciant, illud omne promptiora luminum ministeria commendant; & quoties de quinque sensibus pars ista cessa-

DECLAMATIO. doluisti, quam quod ad redimendum maritum ire non posses. Hæc tua calamitas erat, æstimemus meam. Nulli quidem gravior visa est quam tibi: audi tamen quam multa in illis epistolis non scripserim. O fili, in quibus te malis reliqui? Jam illa principalis, ac maxima dono deum concessa libertas, nec hominum solum, sed ferarum, volucrumque sensibus fixa, & ingenita, primum spolium fuit. Me ipse perdidi, teneor venale mancipium, & civis Romanus merx fio, & libertatem senex dedisco, & natus ingenuus [66] vænire opto. Minimum est, quod habitamus in fluctibus, hyberni nos feriunt venti, non statio, non sedes, non quies, sed quod malorum meorum maxima portio est, tam miseri sunt etiam domini mei. Sed cito prætereunda est memoria, propter me uxori gravis, mihi propter filium. Transeo hirsutos hostium vultus, & immanium barbarorum feros fremitus, tantumque mihi quotidie esse metuendum, quantum pati captus a violento pirata potuisset. Nihil est desiderio suorum gravius, timui ne quem ex meis viderem. Nihil tempestate minacius, quotidie naufragium optavi. Nam mortem, confitebor, senili inertia una causa minus cupiebam, ne defunctum nemo sepeliret. Quam vestem relictam captivo putas, nisi quæ præda non erat? quales epulas, cibosque præbent, qui ipsi rapto vivunt? Nam illa quidem satis digne quis dixerit, udum carcerem, & inundatem sentina naviculam, & impositum nuda trabe irrequietum latus, revinctas post tergum manus, alligatos, tamquam esset qua fugeremus, pedes? Solæ in carcere tenebræ juvabant. Sæpe de auribus questus sum, quæ sonum flagellorum, gemi-

66 Ut exeam de feritate barbarorum; solebant autem vænire sub hasta servi, & captivi.

Digitized by Google

DECLAMATIO. gemitumque cæsorum, quamvis impexis obrutæ comis acciperent, dura metus sui exempla. Miserum me, fili, nempe morbo periisti. Compara terram mari, domum navi, lectulum carceri, libertatem servituti, desiderium oculorum totius corporis damno. Quo nos longius ducit calamitatum nostrarum misera contentio? Cæci tamen litigare possunt, captivi nec vivere. * Verum hæc etiam si in æquo ponerentur, tum multum in alteram partem debuissent habere momenti, quod plus mihi poterant prodesse quam tibi. Ei labori incumbere oportet, ubi effectus promittitur. Stulta cura est, quæ spem non habet. Ego redimi poteram, tu sanari non poteras. Qualiscumque ista calamitas inemendabilis cecidit, non remedium accipere, non vicarium potest. Assediisset scilicet lectulo inefficax sedulitas, & acceptis epistolis meis juvenis filius nihil aliud quam cum Matre flevisset. Quia profectus est, alterius tantum parentis calamitas emendata est. Si remansisset, & Matrem cæcam haberet, & Patrem captivum. ** Adjicio, quod tibi non necessaria filii præsentia fuit. Assidere enim, cibos ministrare, manum porrigere quilibet poterat. Mentior, nisi factum est: me ab illis captum, tam dura conditione venalem, quod utique in confesso est, nemo alius redemisset quam meus. † Et ego sic ago, tamquam hæc adversario fides, dum diras vinculorum enunciat. Interrogare tamen volo nunc nisi supra ipsa carcerum piratarumque

ANTILOGIA. cessat, cæteras etiam languere frangique quotidie cernimus. Quid namque omnino sensus, animumque delectet, quoties tam miranda, tam pulchra, de qua quidquid intelligimus, quidquid haurimus emergit, rerum series oculis nostris non se se prodat? Putate, Judices, de ipsa pæne humanarum rerum omnium exiisse natura, cuicunque lucis desiderium est. Non alternis noctibus renascentes conspicit dies, non divisas temporum vices, & signa jucundo legit intuitu, non divitiarum pompa, non spectaculis fruitur. Quæ me satis epulæ recreant, quæ dubiæ prorsus, atque ignaræ mihi continguat? Quas notorum etiam, propinquorumque voces læta suscipiam, quorum aspectu, & omnino blanda contemplatione destituor? Domus sane propria, lectusque genialis non desit; conventus amicorum, familiæ caritates assistant; filius ipse, filius miseram non deserat matrem: quæ maxima tamen felicitatum omnium labes est, universa hæc non videntur. Jam igitur & levius censeo, quod optabilem rerum diversitatem non percipit cæcitas; illud tristius, illud gravius esse protestor, quod miseram solatia ipsa, ipsæ voluptates excruciant. Me infelicem! Nunquam magis sentio calamitatis incommoda, nunquam plus malis nostris illachrymor, quam dum ad me inutilia prorsus ac nulla solatia perveniunt. Et hæc, sanctissimi Judices, non ideo mentibus vestris objicio, ut mihi tantum credatis; neque ulla præstanda sit pœnas, & universæ mala captivitatis hominem, quid esse putet cæcitatem, supplicia tristissimam, incomparandam capti-

* Quartum arg. quia licet adstitisset Filius Matri, adhuc tamen illam non potuisset juvare, & ita ambos habuisset in calamitate Parentes, cum tamen Pater juvari posset; sed ideo est profectus, & quidem juvit.

** Quintum arg. quia quilibet poterat apud Matrem in subministrandis alimentis Filii vicem supplere, Patrem vero non potuisset redimere nisi Filius.

† Sextum arg. quia ipsa Mater fuit causa cur discederet Filius: namque cum præ dolore de Viri captivitate oculos amisisset, semper ejusdem impatienti desiderio teneretur, ipse voluit consolari Matrem properando ad Patris redemptionem, quem Matri restitueret.

Digitized by Google

ANTILOGIA. captivitatem. Periere mihi jam cuncta, quibusdam veluti vincta compedibus corporis ministeria, tristique otio, atque indigna quiete rigentia membra continuus inde languor contaminat, solvit. Jam ad singula vitæ munera, dum adhuc posse, dum sufficere credor, ominosa quadam infirmitate deficio. Non valent pedes ad gressus, nisi humeris alterius incumbam; non sentiunt manus, nisi post longos dubiosque errores admovear; nil optem, nil postulem necesse est, nisi quod aliorum mihi impatientia, & coacta servitia ministrent. Nam catenarum loco, & flagellorum, infelix continua suspiria, crebrosque gemitus, & angores non absimili trepidatione ac dolore prorsus enumero. Quid habet captivitas tua, quo cum mea comparetur? Tu libertatem amiseras; recepisti. Tu Barbarorum facies horrebas; dulcia tamen poteras ora cernere propinquorum. Tibi vestis relicta de præda, epulæ traditæ, quales dare poterant qui de rapto vivunt; suprema jam, atque unica doloris nostri voce respondeo, videbas. Scire vis quantis te vincam? Tu redemptus es, ego spem ipsam salutis amisi: Tu habuisti oculos, ego perdideram. Omnia tamen brevius & simul loquor: Filius in calamitate te non deseruit. Tentat iterum Pater imminuere mala cæcitatis, quo major sua calamitas fuisse videatur; &, credo, in tam iniqua comparatione leve prorsus & nullum damnum putat oculos amisisse. Delicatum est, inquit, si malis meis compares lucis desiderium; nihil enim genitura est novum natura, & quidquid sumus visuri jam vidimus. Tunc igitur modicum jacturæ genus existimas de tam præclara rerum communione prorsus abire, propter quas adeo nos vita delectat, & votis quotidie Deos fatigamus, & dona templis, ac liba deferimus? Sane quilibet prorsus, quotidiano licet tot mirandæ naturæ operum oppletus intuitu, avide tamen semper ipsas redeuntes licet, & jam præteritis similes vices expectat. Nihil enim tam vile, tam frequens, atque obvium est, propter quod habe-

hæc tantum filius propter me fecerit, quamquam in hoc litigatu quodammodo tibi ipsa excidisti, & quamquam id agas, ut merita tua injuria vincas, & quamquam novum induisti rigorem, non prohibeo tamen testimonium. Ad redemptionem meam filium ipsa misisti, cum sic plangeres, cum mortem precareris, cum te omni viduatam voluptate clamares, cum sæpius gemeres captivitatem meam, quam cæcitatem tuam. Non erat illi ferreum pectus, nec cor silice concretum, ut [67] hæc pati posset æquo animo. Tu filium prima docuisti sibi non parcere, potius quam plus flere, potius quam ipsam rescindere cæcitatem. Profectus est, maritum tibi reddidit. O crimen grave! Si hoc ante feciſſet, videres. At retinere non potuisti. Non dicam tibi, habet pietas impetum suum, nec ullum dominum novit affectus: nec ille te potuit retinere, ne fleres. Audi quod est verius, aliud putavit. Non erat credibile obstare te redemptioni meæ: interpretatus est maternum metum, & maris domui nostræ male experti periculum credidit, timens ne si tibi parvisset, nemo [68] non vos putasset colludere. Cæterum me poterat non redimere, cum tu clamares: Cæca sum, oculos desiderio viri perdidi, solitudinem ferre non possum. Ita ille ad redemptionem meam excusatius profectus esset, si me minus desideraſses? Dubitabitur an tua causa fecerit? & si-

DECLAMATIO

67 Tantum dolorem tuum, & meam captivitatem. 68 Intellige fortasse supra miserias meas, quibus nullus succurreret.

Digitized by Google

DECLAMATIO. & filium, & virum habere non poteras, reddidit tibi quem magis amabas. * Siste jam lacrymas, maritum reducem, & incolumem accipe. Quid irascaris? Quæ tanta mutatio est? quis hoc crederet? Quereris discessisse quem odisti, cum eum rediisse nolis, quem diligis. Atqui si (ut supra probavimus) is parentes in calamitate deserit, qui opem non fert, & (ut nunc ostendemus) optimus filius corpore suo adjutoria Matri redemit, profecto opem tulit, id est, non deseruit. Nam si, ut ante dixi, ne vestigio quidem abiisse a miseris licet, ne ipsorum quidem causa, qui adjuvantur, discedere fas erit: nec cibos saltem petere, aut alia usibus necessaria parare continget. Si vero dum adjuvatur parens, nihil refert ubi sit ille, qui adjuvat, quia præsens cura exhibetur: quicquid tibi ego præstiti, ad auctorem muneris, id est, redemptorem meum transferendum est.. Non assedi, non consolatus sum, non ministravi, non tuli, non denique totus tibi redivi. Verum fatendum est, si desertam te putas, mea culpa est. ** Sed jam tempus est ista, quæ non excusata debent videri, verum pulchra, atque magnifica, animo majore habere oculos non optemus. Nimirum & cum quæcunque luminibus subeunt miranda prorsus, atque indeprensibilia sint, nunquam satis capimus, nunquam satis haurimus; &, ut summatim omnia dicam, optimarum hæc rerum conditio est, ut magis semper indiesque humanos animos, sensusque juvent. Neque vero me, Judices, decet naturæ latebras, rerumque occulta vobis evolvere; alioquin quantum spectaculo nostro novitatis oriri quotidie fatendum est? Omnium scilicet rerum vicissitudines cernimus; & nihil habet tam certum humana conditio, ut, sive actus hominum, cogitationesque ac studia, sive ipsius opera naturæ respicias, non aliquid semper, quod non fuerit ante, contingat. Ideo nempe tam anxia dies sollicitudine ducimus, quod & nova semper optamus, & dum optamus etiam assequimur. Sed profecto, sanctissimi Judices, si levius est quidquid jam novimus, quidquid jam vidimus, perdere, si nihil prorsus novi est quod speremus, nullum pariter mortis ipsius damnum esse contendat Pater. Ipse tamen mitiorem morte captivitatem sic timuit, ut filii ipsius sui pretio redimi non recusaverit. O nefas iterum, o impudentiam! Minus esse malum cæcitatis affirmat, quoties in mulierem cadat, quæ non navigat, non obit legationem, non militari, non forensi ratione deducitur. Ingratissime virorum! Adeone vobis, universæque familiæ nullius uxor momenti est, aut tam non tristes patitur felicior etiam quæcumque vices, ut parum sit nobis de ipsa lucis jactura dolendum? Si aliqua esset in rerum natura indulgentiæ lex, & quidquid mali hominibus evenit mitior quædam ratio disponeret, mereretur infelix sexus, ut rarius nos cujuslibet calamitatis fatum

ANTILOGIA.

* Septimum arg. quia compensatur etiam si qua fuerit Filii in discedendo injuria, quod Pater reversus est, quod rediit maritus, quem adeo uxor desiderabat: ex quo sequitur non peccasse ullatenus Filium contra Legem, nam si non deserere Parentes est adjuvare, jam Filius ipsam juvit reducendo ad ipsum Patrem.

** Hic incipit peroratio, in qua Pater ait saltem Filium licet insepultum fore laudandum, ad quod singulos omnes invitat, ejusque merita omnia describit, 2. conqueritur quod discesserit a Matre, sic enim in mortem est ductus, cujus infeliciſſimum modum commiseratur; 3. conqueritur quod multum licet fuerit in captivitate, & morte cruciatus, tamen adhuc miserum corpus est afflictum ab undis, ab arenis, sed magis quando est ejectum ad littus; dolet sortem suam quam ne videret vellet non habere oculos; 5. se convertit ad Judices, quorum obtestatur misericordiam, offerens si posset se vicarium ut aligatur insepulto pro Filio; ultimo ait, quod licet vicerit, nullam tamen habebit gratulationem,

Digitized by Google

ANTILOGIA. tum affligeret, nunquam oculorum. Nos oculis familiæ semper, & præsentiori quodam adstamus imperio; nos universæ domui discursu, laboribus, exemplo, cura prospicimus; filios alimus, instituimus, cohibemus, dum vos interim luxu ac libidine domesticas opes absumitis, dum longe a patriis finibus, tamquam otiosi, tamquam non parentes erratis. Ideo quidem semper intra domum sumus, & captivitatem quamdam de inclementia vestra, atque inhumanitate jam patimur; non uno tamen loco, sed ubique cuncta respicimus, cuncta censemus; neque tam levibus affixæ sumus officiis, ut non ipsa eadem necessaria maxime sint, & prorsus utilia. Vis dicam quanti sit uxor meriti? Omnia præstat Familiæ tuæ, quæ tu præstare non potes. Sed magis, inquit, poterat mihi prodesse Filius quam tibi. Dono, Judices, quæcunque homini inconsulta quædam suggeret, contumaxque jactantia, poteras tu aliter tamen juvari; poterant pariter redimi captivus, & cæca non deseri. Ita sane dividenda erant sanctioris Filio pietatis officia, ut pretium deferri curaret ad Patrem, remaneret ipse apud Matrem. Frustra vero docere tentat adversarius, non fuisse mihi necessariam præsentiam Filii, quod cæcitati quilibet ministrare cibos, assidere, manum porrigere potuerit. Primum, Judices, severissima Lex est, neque ulla unquam interpretatione mutanda, ut filius ipse parentes in calamitate non deserat: Mater sum, cæca sum, jubere statim jam possum, neque reluctari Juvenis debet. Deinde vero miremini potius, sanctissimi Judices, illa ab homine dici, cui tam feliciter nosse contigit, quantum conferre parentibus valeant adjutoria filiorum. Fingite jam quamtumlibet, ministrare cæcitati servulos, universam operibus non deesse familiam, quam injucunda tamen, quam tristia sunt illorum officia, quos metus, quos cogunt imperia. Adde quod nihil plus dubium, ni-

DECLAMATIO jore defendere, & cum judicium agatur exempli, tandem causam suam intelligere. Hoc saltem habebis, misserrime fili, quod honoratis contingere funeribus solet, defunctus laudaberis. Omnia licet huc revocemus præterita, & ad canendas unius laudes, universorum vatum, scriptorumque ora consentiant, vincet tamen res ista mille linguas, ipsamque, si sit aliqua corpore uno, facundiam materia superabit, etiam si nihil dixero, nisi quod objectum est. Lucem, libertatemque Patri filius reddidit, & (quod ante inauditum est) magis me amavit quam vellem. Ingressus est maria, in quibus jam minimum periculi tempestas habet: & quod inter ista difficillimum est, amore mei vicit etiam Matrem suam. Tace, nefaria lingua, ergo tu ista laudes? Obtulit se captivitati, quia sciebat grave esse alligari, malis patris succesisit. Subit libens pœnam pietas etiam sceleribus gravem. Tu melius, uxor, quæ facturum retinebas. Comparate nunc, si [69] quis Patrem per hostes solus tulit, qui [70] cum venientia in Patrem tela excepisset, simplici tamen morte defunctus est. Unum legimus, qui vicarias pro Patre non quidem piratis, aut in mari manus obtulerit, sed

erit enim de victoria ut ad sepulchra, ad rogos &c. quod si vincetur, se ad lictus iturum protestatur, ubi si non aliud pietatis officium præstare poterit Filio, suum ipsi corpus veluti in sepulturam imponet, vel alios orabit ut terram congerant, aut projiciet in mare, quod certe potest, a quo quocunque feratur sepultura non prohibebitur, &c.

69 Alludit ad Æneam, qui fugiens, capta Troia, Patrem humeris portavit usque ad naves: vide Virg. Ænead. 9. 70 Intelligit fortasse Politem Priami Filium; qui Pyrrhi ictu confossus est dum defenderet Patrem.

Digitized by Google

DECLAMATIO.

sed ubi redimi posset. Me miserum! dicendum est quod hoc ipso admoneor exemplo, in honorem pietatis etiam damnati sepeliuntur. Hæc alii laudant, ego queror. Te quidem, juvenis, omnia sæcula loquentur, & admirabile exemplum tenaci memoriæ traditum, in ipsa astra sublimem pennata virtus feret. Sed mihi ista laus tua care constat. Non erat satius lectulo matris incumbere, & in hujus ministeriis deditum secura otia impendere? Soli tibi contigerat, ut posses Patrem excusare, non redimere. Me interim, ut cœperat, tabes lenta consumeret. Me, quæ debebat sola, senem mors redemisset, & cum exanime corpus in fluctus esset abjectum, si contigisset [71] similis tempestas, quod æquius erat, tu me, fili, sepelisses. Fefellit te ingenitus honestis animis gloriæ amor: spes tibi perpetuæ laudis imposuit. Ubi virtus? ubi pietas? periisti miser, & male audis. Non morienti Pater assedi, non ægri caput molliori sede composui, non fatigatum latus mutavi, non spiritum excepi. Absens, extinctus, eversus, mortem tuam inveni. Nemo ægro vincula laxavit, nemo manus ferro sordidas ad accipiendos remisit cibos. Tantum [72] catenarum causa solutus es, neglectus, despectus. Quidni vilis senis

ANTILOGIA.

nihil instabilius mancipiis est. Mutant quotidie domos, & qua spes vocant, qua lucra, discurrunt. Credite, dulciores infelicissimæ matri sunt cibi, quos offerat filius; firmiores sunt humeri, quos ille præbeat, quibus incumbat; carior dextera, qua mutuæ, qua non alienæ reddantur pignora caritatis. Et quidem, si ullis unquam parentum calamitatibus succurrere liberos necesse est, hanc puto, quæ mihi contingit, cæteras jam quaslibet supergressam, quandam in se habere dignitatem miserationis, ut possit aliis quilibet malis, cæcitati vero unus debeat filius adstare. Nihil sane judico plus solatii posse in tam lamentabili tristitia contingere, quam illorum pietate gaudere, quos non ipsæ fecerimus; & de nobis aliquid, veluti non prorsus infirmæ, non prorsus invalidæ, in liberis nostris sentire. Blanditur sibi infelix calamitas, tamquam penitus oculos non amiserit, quoties ab illo se foveri non dubitat, de quo non testes adhibet, neque aliis, sed sibi credit. Possunt aliter ministrare, convitiari, illudere famuli; nunquam certior, nunquam securior est cæca mater, quam dum illi assidet filius. Ideo quocunque etiam sua munera præstent animo liberi, præferre tamen adhuc mavult infelix eorum ministeria, quos Lex ipsa non discedere jubet, & patientiam detrectare non patitur. Habet tamen, Judices, semper calamitas mea magnum aliquid, & supra cæterarum etiam rigorem intolerabile infandumque discrimen. Dono, Judices, dono, durum sic esse mortalium alicui, ferreumque pectus, ut cæcam matrem reliquere fortiter possit; quam inauditæ tamen, quam incomparabilis sævitiæ fuit illam reliquisse, quam supra cæcitatis ærumnas assiduus gemitus, assidua lamentatio torquebat? O conjux, quantum te optavi, quam longa traxi tui desiderio suspiria, quantis me cruciatibus torsit captivitas tua! Quoties amissem lachrymis atque ululatibus lumina, si iterum habuissem! Quantum putaris, Judices, dolores nostros per singula momenta crevisse, & repetitis piraticæ feritatis cogitationibus, novos semper angores nostris incubuisse vitalibus?

71 Quæ me ad patrium littus appulisset. 72 Ut salvarentur catenæ, nec projicerentur cum corpore in mare.

ANTILOGIA. libus? Nullum mihi dierum noctiumque discrimen, sed perpetuis tenebris nunquam intermissa trepidatio, continuus mœror. Quoties exhorrui, dum mihi truculentissimus fingo imagines Barbarorum, squallidum situ carcerem, & præsens semper naufragium; quoties ad flagella, vincula, nuditatem tuam, famem denique ingemui. Quoties timui, ne te cito languor, & gravissima captivitatis mala perimerent, & jam veluti orbata viro festinata desperatione contabui! Nam illud quomodo satis referam, quod ad inexorabilis calamitatis exemplum lachrymas ipsas misera perdideram; & inanibus oculis repulsus dolor ipsam jam animam quadam quasi clade confecerat? Respondete modo per fidem, respondete mortales, utrum debuerit tot implicitam, atque everberatam calamitatibus matrem filius relinquere. Sed, inquit, ad redemptionem meam cum sic plangeres, filium ipsa misisti. Quoties, Judices, necesse habeo dicere, potuisse aliter redimi Patrem? Excusatius sane deseruisset me Filius, si pretium non adfuisset, quod mitteret ad Piratas. Quod tamen ad hunc potissimum selegi locum, æstimare volo vos, Judices, non paternæ exitum redemptionis, sed juvenis voluntatem. Nam si matrem ideo reliquit, ut Piratis pro Patre se traderet, reddat rationem cur hoc potissimum genus redemptionis prætulerit; si vero ut quoquomodo Patrem redimeret, interrogo statim quid tulerit in pretium, aut quo comitatu, quibus instructus adjutoriis abierit. Solus nempe, nudus, pauperrimus, tamquam ipse captivus, tamquam redimendus ipse perrexit. Addite modo, Judices, iter tam inconsultæ, tam perditæ deliberationis incertum, per dubios fluctus, minantesque scopulos, & per ignotas longinqui maris semitas quærendum Patrem, quærendos Piratas, & nunquam stanti impositum naviculæ carcerem. Quid aliud hoc fuisse censebitis, quam a misera se se subripere, & nec patrem servare, nec matrem? Tace, Pater, tace: Si me juvenis non reliquisset, & virum pariter, & filium habere jam poteram. Quam mihi redemptio ista tua caro constat! Nam quod oculos olim de tua captivitate perdiderim, jam modo inter minores pene calamitatis vicarius? inter tot ardentissima febrium desideria, non habuisti, quem poscerem: quomodo te vincula composuerant, jacuisti: Matrem, Patrem, propinquos tantum cogitasti. Nunquid indulgeo mihi, quod te puto exspirasse in carcere meo? 73 Nondum Matri satisfactum est. Quoniam pœnas a cadaveribus exigis, audi sequentia tempora: mors ipsa filii tui naufragium fecit, per tot fluctus volutatum corpus intumuit, tot illisum scopulis, tam spatiosis tractum arenis, nunquam tamen infelicius, quam cum venit in terram. O quam grave est mori! quanto gravius, quod ego vivo superstes filii mei! Vivo omnibus diis, hominibusque, sed ante omnes mihi & invisus, & infestus, & uxoris quoque pietatem perdo. In funere filii divortium fecit. Video hæc rerum naturæ bona, quæ filio 74 abstuli. Omnis me ætas mei admonet luctus: senectus, ad quam non pervenit: misera pueritia, quam nunc transiit: adolescentia, in qua periit. Supersum, ut, si felicissime cesserit, rogum meum videam, & edaces circa corpus filii mei flammas. Si hoc non contigerit, nigrum cadaver, & deforme etiam ignotis spectaculum. In-

DECL. MATR.

73 Ita puto restituendam Lectionem: *Nondum Matri satisfactum est, quoniam pœnas a cadaveribus exigis. Audi* &c. 74 Dum permisi ut remaneret vicarius.

Digitized by Google

DECLAMATIO. Inter hæc mala, credetis, puto, si dixero, vellem oculos non habere. Quid nunc amplius? Ad te, uxor, preces convertam irritas, male tentatas? Tu vero perge, & bono tuo utere: felicem te, quod in hac fortuna irasceris. Ad hoc confugiendum est. Per communes casus, per calamitatis exemplar, ita vos conjuges vestræ ament, non sic desiderent, ita hoc orbitatis meæ ultimum exemplum sit, ita vobis habere tam pios filios non necesse sit, miseremini. Si vicarium accipitis, me projicite. 75 Non invidiosæ preces sunt, nihilominus impero. Non læta sententiam vestram sequetur gratulatio, non ad templa deducar, sed ad sepulchra. Etiam cum vicero, flendum est. Si vero vincimur, ibo in littus miser, planctibus aves abigam, aut me corpori filii mei velut tumulum imponam. Jacebimus duo insepulta cadavera: me feris objiciam, aut circa singulorum domus ad genua prætereuntium ibo, & recepto jam miseris more, supplex non cibos petam, non stipem, mendicabo terram, & collatas miserantium manu glebas: aut (quod certe licet) filium in mare pro-

ANTILOGIA. lamitates enumero. Excedunt dolorum omnium comparationem quæ passa sum sine filio. Quos dies cæcitatem miseram, quas noctes duxisse putas, dum inauspicato abeuntem immani questu, atque inexplicabili trepidatione prosequitur? Dum nigrum æquor, dirasque tempestates, & irata omnia maris Numina ventorumque recogitat? Dum timet, ne incerta forte navigatione provectus in alios incidat, pejoresque Piratas; aut si Patrem tandem, & Barbaros, quos quærit, inveniat, nihil captivo nulla mercede aptus, nullo pretio proficiat? Me miseram! In quas me redegerat Filius ærumnarum angustias, si nec Patrem, nec se redimebat? Quamvis ergo in ipso videatur scelere meritum esse Filio, quod virum ad me remisit, invidia tamen omnino illi facienda est, qui invita matre, invitis Legibus, tanta periclitatus est uno crimine perdere. Quid nunc ultra igitur tempus terimus, & aliena prorsus disputatione rixamur? Ad te, Pater, ad te, miseram licet indignis precibus, & perturbatione lacessas, suprema me oratione converto. Hæc tua illa notæ fidei, & veræ antiquæ pietatis uxor est; hæc illa, quam adhuc integram, adhuc oculis non carentem voluisti ne desereret

Filius. Non postulo, ut ab abjiciendum Juvenis corpus hilaris spectator accedas, ut me tuis humeris, qua nudum jacet, ducas ad littus. Quidquid habuisti cum filio causæ, tua jam est redemptione, & illius apud Piratas morte completum. Res nunc relictæ cæcitatis tantummodo agitur, cui non licet & ad supplicia Filium vocare, si viveret. Ad vos pariter, Judices, mater infelix, & desperata confugio. Non vana postulo, non invidiosa, neque per inania vos rerum argumenta deduco. Lex est, jus est, cujus modo sedetis ultores; neque alia me, quam tam reverendi semper imperii auctoritate defendo. Videte quantum hactenus causæ meæ favoris accesserit, & quidam spectabilis rerum ordo sic dignos matre, dignos filio casus intulerit, ut profecto constet, quod neque vindicta parentes, neque supplicio filii fraudantur. Homo inter fœdos trucesque carceres, catenis, flagellisque consumptus, cujus ægritudini nullus parentum assederit, nullus dulcia præstiterit pietatis officia, vere fecit exitum ejus, qui paren-

75 Fortasse sic emendandum, *non invidiosæ preces sunt, nihil omnino impetro*, ut congruat sensus cum sequenti periodo.

ANTILOGIA. parentem in calamitate reliquerit. Quid illud esse inde creditis, quod ab ipsis Piratis insepultus projectus est; quod mare ipsum tandem evomuit, ne sibi, credo, sepulturæ pudor, & conscientia contingeret? Mentior, Judices, mentior, nisi cælestium Numinum providentia ejectum ad littus cadaver est, ut neque fluctus sepelirent, ut Lex & mater rursum projicerent insepultum.

DECLAMATIO projiciam. Jam crudeles aquæ, & venti male secundi, reddo vobis vestrum beneficium. Ferte quo libet, ad barbaros licet, ad hostes licet, ad piratas. Fortasse aliquis jubebit sepeliri, certe (quod sciam) nemo prohibebit.

M. FA-

Digitized by Google

M. FABII QUINTILIANI DECLAMATIO SEPTIMA.

IN SEPTIMAM M. FABII QUINTILIANI DECLAMATIONEM ANTILOGIA.

TORMENTA PAUPERIS.

ARGUMENTUM.

* *Liberum hominem torqueri ne liceat. Pauper, & dives inimici. Pauperi erat filius. Nocte quadam pauper cum filio revertebatur. Interfectus est adolescens. Offert se pauper in tormenta, dicens a divite eum interemptum. Dives contradicit ex lege.*

Pro Paupere contra Divitem.

Declamatio.

SEntio, Judices, plurimum detrahi calamitatibus meis miserationis, quod ad vos detulisse videor nimium fortem dolorem, & tristissimæ orbitatis mihi quoque accessisse novitatem: quod cum adversus me tam gravia, & crudelia depo-

Pro Divite contra Pauperem.

Antilogia.

CRedo ego, Judices, satis jam quemlibet vestrum existimasse, quam iniquum causæ genus excogitaverit Pauper, ut merito quodam tormentorum, quæ ipse ultro postulat, me tamquam Filii sui percussorem accuset; & nullam sane apud vos habi-

* Lex.

In Exordio hujus Declamationis, in quo Pater contendit se posse torqueri, primo ait sibi videri multum deperdere miserationis quam meretur, cum tamen afferat tam fortem, & tam magnum de morte Filii dolorem, ut sit contentus torqueri ita ut videatur sibi pati invidiam hominis, qui non velit torqueri, sed repetat ab altero tormenta, quod quidem doloris genus cur susceperit, ex hoc fatetur, quod cum non haberetur fides verbis suis, quod tamen numquam putabat, tentavit ut præberetur saltem dolori. 2. arguit reitatem Divitis ex hoc, quod contradicat tormentis etiam inimici; 3. petit a Judicibus ut licet summum malum perpessus sit, tamen non misereantur sui corporis, crudelius est enim non habere facultatem ut torqueatur, quam torqueri.

Digitized by Google

ANTILOGIA. habiturum fidem illum intelligo, cui non alia opus esse probatione videatur, quam ut audacter valeat affirmare. Si tamen impotentissimi hominis, atque adeo infensi confessio publicæ unquam meritura est indulgentiæ favorem, illud confestim a gravitate publica postulo, ut ante tormenta credatis; nec ponderis quidquam causæ utriusque meritis addi posse protestor, quoties nihil aliud adversario dicendum in quæstione sit, quam quidquid antea nunciaverit. Torquete jam quantumlibet, urite Pauperem, ipse jam reum Divitem confessus est; neque illud non mediocris nobis accedere decet invidiæ, ut si juvenem occidi, accusari me non patiar, nisi miseri patris laceratione. Ne miremini tamen, sanctissimi Judices, tam immodici, furentisque animi virum afferre vobis conscientiam ejus, qui vera dicturus sit; & novitate innocentiæ quadam in se tam horrenda, tam intolerabilia deposcere, ne mentiatur. Aliud est torqueri, ut fatearis, aliud ultro velle torqueri; & nihil jam facilius judico, quam in tormentis vera non dicere, quoties speres inde credendum, te non mentiri. Si tamen cognitum mihi satis infensi pauperis ingenium est, non ideo tormenta postulat ut torqueatur, sed ut quam ipse sibi maxime pollicetur apud vos fidem inveniat, dum dicit se velle torqueri. Videte quibus artibus, qua interpretatione exigat adversarius tormenta. Licet non objiciam, licet indulgeam, lex sacra tamen, & provida liberum hominem torqueri non patitur. Debebatur quidam conscientiæ meæ, ingenuitatisque pudori, ut neganti crederetur, nec valeret minus accusati Divitis causa, aut fidei minus inveni- DECLAMATIO depoſcam, patior invidiam hominis exigentis aliena tormenta. Non possum tamen, vel in nobis approbare quid patiar, quod mihi non est relicta miseri patris infirmitas. Percussorem filii mei vidi, & miserior sum, quam si nescirem, quis occidisset. Fateor igitur, Judices, ipse miror, unde ad hoc probationis genus repente confugerim. Veneram tamquam nunciaturus indubia, manifesta: nec alium expectaveram publicarum suspicionum de filii mei morte consensum, quam si percussorem videretis omnes. Hic, hic ut torquerer, [1] inveni. Postquam satis non videbantur explicare verba, quod videram, [2] confugi ad fidem doloris. Quid faciam, si [3] temeritates quoque nostras conscientia reorum non potest pati? Intellexi miseratione factum, qui ut torquerer exegeram, ex quo me dives non putat [4] aliud in quæstione dicturum. Neque ego, Judices, quenquam vestrum dubitare crediderim, ex qua conscientia, qua trepidatione descendat, ut quis torqueri nolit inimicum. Quos nunc putatis cruciatus divitem pati, quem dolorem, quod hoc mihi negat? quam vellet ideo tantum filium meum non occidisse, ut mihi posset indulgere tormenta? An hoc creditis, Judices, divitem facere [5] legum, libertatisque respectu, & reum pro [6] exemplo esse solicitum? Ille vero nunc laceratur, & sit magis nostro dolore fruitur. Operæ pretium est inimico negare tormenta, cum feceris, ut [7] velit ipse torqueri. Illud igitur a vobis, Judices, infeliciſſimus omnium mortalium peto, ne cum inaudita, incredibilia passus

1 Veni, ita dictum ut incanare. 2 Volui præstari fidem dolori tormentorum meorum, quæ non habebatur verbis. 3 Intelligo constantiam, quam ostendo petens tormenta. 4 Quam veritatem facti, cujus conscientia nimis tenetur. 5 Ut salvetur Legis auctoritas quæ vetat liberum hominem torqueri. 6 Ne in exemplum, in quod facillime mala proficiant, abeat hæc abusio, ut liberi homines torqueantur. 7 Cum ipse nolit torqueri, nisi probaturus facinus a te patratum; ideo præstas ut ipsum torqueri non finas.

Digitized by Google

DECLAMATIO. passus sim, misereri velitis corporis mei: crudelius, & indignius est, quam torqueri, non impetrare tormenta. Est adversorum meorum & ista novitas, quod necesse habetis [8] ea mihi ratione succurrere, qua odissetis alium: nec quicquam est homine infelicius, pro quo tormenta sunt. Percussorem a me filii mei visum esse contendo. Facinus est hoc vos non deprehendere, si mendacium est. Facinus hoc me non probare, si verum est. * Quod ad me quidem, Judices, pertinet, [9] orbitatis meæ repeto præsentiam, & noctem illam rursus ante oculos meos cogitationes reponunt. Jam mihi videor & in tormentis esse confessus. Filium, Judices, habui sicut erecti, ac sublimis animi, ita qui nondum suos haberet inimicos, & quem nemo adhuc nisi causa tantum mei doloris occideret. O parentum misera conditio, quam novis, inusitatisque patemus insidiis! Nos exasperamus, nos offendimus, inimici tamen liberos nostros oderunt. Quis hoc unquam, Judices, simulatum timuisset ingenium, ut eodem aliquis excogitaret animo, & quod [10] parcit, & quod occidit? Reliqua, Judices, non debeo nisi in quæstione narrare. Felices illos in mei comparatione patres, [11] qui periisse liberos suos nunciis credunt. Ego sum inaudita malorum novitate perculsus, cujus unicus ideo tantum occisus est, ut viderem. Revertebamur nocte pariter, sicut omnia nos vitæ ministeria jungebant, & homines, quibus non veniret, quam quantum confessioni suæ de tormentis exigit Pauper. Sed quoniam, Judices, ita causarum difficultatibus provisum est, ut rebus jura firmentur, volo illa afferat adversarius, quibus credi possit, etiam cum non debuerit torqueri. Quanta enim contra me, quamque incredibilia finguntur! Dicitur nempe Dives iniisse solus in duos pariter procedentes, & stricto in utrosque mucrone, unum non infensum sibi juvenem sustulisse. Proclamo jam, testor; non me ultra inimicum suum prædicet Pauper; quia cum fortiorem, cum illum occiderim, qui tueri poterat patrem, non inimicum inde interfecerim, qui non poterat ultra defendi. Gratulor, Judices, Pauperi, si tales omnes inimicos habet. Non ignoro tamen, quantum animorum hinc, atque audaciæ iniquitati adversæ partis accesserit, quod nihil facilius in cæde pauperis est, quam divitem accusare, quem dixeris inimicum. Quid faciam igitur, Judices? Scio quid dicturus homo sit in tormentis; scio quid dicturæ sint invidiosæ illæ multorum voces, si torqueri volentem non patior. Me infelicem, & utroque hoc tam inauditæ diversitatis ambiguo pariter pressum! Non minus fortiter defendendus profecto sum, quam si juvenem occidissem. Quæcunque tamen illa sint, quæ adversum nos avidæ suspiciones effingunt, magni sane agitur res exempli, ut ad quodcunque voluerit genus probationis confugere, habeat accusator optionem. Scire vultis, quam fallax, quam indigna fit fides tormentorum? Si non potest Pauper sustinere

ANTILOGIA.

8 Ita intelligo, succurrere mihi in hac ratione prabendi facultatem ut torqueat, in qua odissetis alium, qui mihi vellet inferre tormenta.

* In narratione Pater primo exponit sibi fuisse filium Juvenem quidem & probum; unde conqueritur de hac sorte ut inimicus non occidat inimicum, sed Filium inimici; 2. asseribit facinus a Divite patratum; 3. quærit quid sibi faciendum sit cum tot habeat argum. & ipse adeo sit conscius veritatis namque *Hunc quem* &c. *In oculis* &c. ultimo stupet, quod sibi qui viderit non credatur, quod precatur ut dicere possit & in tormentis, aut si fingat possit uri, &c.

9 Temporis quo cæpit mea orbitas cum occisus est Filius. 10 Inimico quem deberet occidere, & occidit Filium inimici, cui deberet parcere. 11 Qui non viderunt, sed audierunt liberos suos periisse.

Digitized by Google

ANTI-LOGIA. nere quæſtionem, innocens ſum etiam cum juvenem occidi. Facinus tamen eſt, ſi adverſario idcirco credatur, quod afferat fidem doloris; facinus, ſi non ego alio merear patrocinio defendi, quam quod inimicus meus in tormentis vera non dixerit. Et ipſe quidem interim tentat criminatione nos, atque odiis impetere, & ſe nova quadam patientiæ ac fortitudinis perſuaſione tueri; atque inde Filii jacturam, puto, minus ſentit, quod ſe adverſus Divitem inimicum accuſationis miniſterio tentat ulciſci. Ego vero, Judices, conſcientiæ meæ modicum atque inane defenſionis genus eſſe profiteor, ſi filium Pauperis a me non occiſum oſtenderim, niſi etiam conſtet, me illum interficere non voluiſſe. Non habeo, ſanctiſſimi Viri, quod vobis de cæde Juvenis afferam, & quid nocte illa ſcelerum ac violentiæ patratum ſit ex ipſa, ſi videtur, inimici hominis renunciatione deprehendite. Illud quidem omnium jam mentibus conſtare poſſe proteſtor, non diſſimilem ſibi adverſarium meum filium habuiſſe, iisdem nempe moribus, parique audacia, & cui tam facile ſui eſſe poſſent inimici, quam patri. Quicunque ſane juvenem ſuſtulit, ſe non iratum patri voluit agnoſci. Alioquin, Judices, violenta nimis interpretatio eſt, ut ſi filius inimicum habentis occiditur, hoc in illius gratiam credamus factum, qui ſolo voluerit dolore patris ulciſci. Reverebamur pariter, inquit, ſicut nos omnia vitæ miniſteria jungebant, cum Dives medio noctis horrore ſtricto mucrone proſiliit, & ſtupentibus attonitisque miſeris confodit illum fortiorem. Impotentiſſime, quanta componis! Siccine clementior tibi non ſervos præſtabat fortuna cuſtodes, tuebamur pauperem mutua pietate comitatum, invicem ſuſtinentes, invicem nixi, nec niſi magna percuſſoris diligentia ſeparandi: cum dives medio noctis horrore ſtricto mucrone proſiliit, & ſtupentibus, attonitisque miſeris confodit illum fortiorem: illum, qui fortaſſis aliquid in mea morte feciſſet. Confiteor, Judices, nihil tunc oculorum meorum diligentia, nihil egit cura miſeri patris. Percuſſor voluit agnoſci. Vos nunc, cives, vos omnes humani generis affectus, miſerrimus interrogo pater. Suadete quid faciam. Hunc quem videtis circa me ſanguinem, de filii mei vulneribus accepi. His manibus labentis unici membra ſuſtinui. In oculis meis adhuc vultus illius morientis, hærent auribus verba ſuper cadaver habita inimici exultantis. Fidem tormentorum! quouſque percuſſoris filii mei conſcius ero? Aperite pectus iſtud, & totum de viſceribus meis latronis egerite ſecretum. Vidi, & mihi non creditur. Vidi, ita poſſim & in tormentis idem dicere. Aut ſi compono, ſi fingo, urar, lacerer, & non probem. Si videtur, torquendus ſum, Judices, ut hoc deſinam dicere. * Nec me, Judices, fallit, quantam molem accuſationis etiam in manifeſta veritate ſuſceperim. Divitem deboli reum pauper inimicus, occiſi pater: & poſtulo ut mihi credatur teſtimonium in mea orbitate dicenti. Itaque non deprecor, quo minus mihi velitis inſci, donec probem: torquete tanquam mentientem. ** Lex, inquit, liberum homi-

DECLAMATIO.

* Hic eſt tranſitus ad confutationem, in qua rejicienda ſunt Pauperi argumenta Divitis.

** Prima objectio Divitis ex Lege. Pauper ſic interpretatur, & reſpondet. Legis voluntatem eſſe beneficium, ideoque non cogit, & non dicit volo ut non torqueariſ, ſicuti non dicit cæco, volo, ut talionem agas, &c. alioquin periret liberi hominis privilegium: quæ cum ita ſint, non impedit Lex quominus nequeat torqueri; 2. ait ſe jure petere poſſe tormenta ex invidia hujuſce facti, quod Filius coram Patre interfectus fuerit, quod quidem facinus prævalet rerum omnium illicitarum invidiæ; 3. unicum hoc eſt probationis genus; 4. hoc prodeſt ſeveritati, quod ſcilicet adſint adeo ſeveri ho-

Digitized by Google

DECLAMATIO. hominem torqueri vetat. Per fidem, Judices, quis non hoc eum respondere credat, cujus tormenta poscantur? Nemini, Judices, credo dubium, legem, quæ torqueri liberum hominem vetat, hoc prospexisse tantum, ne quis torqueretur invitus: & jura, quæ nos a servilium corporum conditione secernunt, impatientiæ tantum succurrisse nolentium. [12] Omnium beneficiorum ista natura est, ut non sit necessitas, sed potestas. Quicquid in honorem alicujus inventum est, desinet privilegium vocari posse, si cogas. Cuncta, si videtur, jura percurrite, nusquam adeo pro nobis sollicita lex est, ut quod præstat, extorqueat. Dedit cæco talionis actionem, non manus recusantis impellit: injuriarum, cædis agere permisit, sed non cogit invitos. Adeo pene levius est ultionem perire, quam potestatem. Genus servitutis est coacta libertas, & eadem iniquitas quicquid de invito homine facias. Vis scire quid lex ista prospexerit? Non exigo, ut torquearis. Quam multa, dii, deæque, non minus sunt justa, quam lex exigit: quarundam invidia rerum, [13] ut vinci se magnitudo patiatur, & quicquid accidisse mireris, tantundem poscit in ultione novitatis. Filius in conspectu patris occisus est, torquete securi, nihil iniquius fieri potest. [14] Ignoscant persuasiones, si facinus istud omnium illicitarum rerum consumpsit invidiam. Et unde tormentis salva justitia est, plus est de quo quæritur, quam quomodo quærendum. Nullum debet inimi- ANTILOGIA. tibi homicida visus sum; qui cum illum sustulerim, qui fortasse aliquid in alterius morte fecisset, pepercerim adversario, quem poteram facilius occidere? Inauditum, indeprensibile sane hoc genus ultionis est, si me inimicum tuum dicis. Cujus enim illud consilii dicas, ut relinquerem qui me accusaret? Tu vero, quem fidiculæ, quem flagella, quem ignes non terrent, viso tantum hoste, qui te non aggrediatur, deficis, hæres? Filium sic deseris, sic non vindicas, tamquam te prius inimicus occiderit? Singula vobis tamen æstimanda sunt, Judices. Nam si utrique nostrum diversa affirmanti non creditis, aut si utriusque affectus & mores non satis ad causam hanc valere putatis, ex ipsis jam, quas afferre tentat adversarius, rerum difficultatibus non recuso defendi. Felices, quibus etiam facinorum non defuere testes! Incomparabilis miseria est, quoties tueri te alterius fide non possis; incomparabilior, quoties eodem teste sis, & accusatore damnandus. Et hæc quidem tota inimici hominis audacia, tota fiducia est, quod conscios advocare non possumus, quod non habere videor, quo mentiri probem inimicum meum, nisi pudori meo, nisi conscientiæ credatis. Proclamo tamen, &, audiente me conscia divinitate, protestor: Juvenem non occidi. Fidem nunc vestram, non ideo plus mereatur Pauper, quod torqueri exigit, trucique audacissimus animo favorem hominis captat, qui terribilia quælibet, & immania pro tuenda veritate non timeat. Inimicum hominem torqueri non posse contendo. Et primum sic

mines, qui pro rei justitia se tradant tormentis, quare non nocebit exemplo futuro si Pater torqueatur etiam contra Legis voluntatem; 5. satis est ad salvandam reverentiam libertatis, cui Lex providet quod ab invitis homo liber torquetur; 6. ex hac ipsa Lege colligitur Filium occisum a Divite, Dives enim interemit, ne Pater, qui solus aderat, posset in tormentis fateri; quare cum Pater dicere possit testimonium de visu, huic vero non credatur, restat ut eruatur veritatis confessio in tormentis.

12 Vide Senecam toto tractatu de Beneficiis. 13 Ut ipsarum ratione magnitudo, nobilitas, privilegium, & fiant minores, justæ tamen fiant ex invidia &c. 14 Quiescant persuasiones, quæ adducuntur in contrarium, quoniam facinus istud &c.

Digitized by Google

ANTILOGIA. sic agam, tanquam non mihi sit cum adversario, cum inimico contentio. *Liberum hominem torqueri non liceat.* Vos quid dicitis, Judices? An expectatis ut probem, & pro sacrarum voluntatum merito, pro servandis legibus ante vos sic oratione contendam, tamquam velletis jura corrumpi? Vestra hæc hactenus causa est; neque alienis, coactisve patrociniis indigent leges. Vos nempe, si tormenta poscenti non contradicerem, liberum hominem torqueri feretis? Quis mihi possit objicere, quis iracsci? Legem advoco, & nihil ultra postulo, quam quod ipsa præcepit. Neque ea lex est, quæ verborum afferat ambiguitates, & in diversum possit interpretatione deduci. Nullum severius, nullum certius Tabularum imperium existimo, quam cum dicunt: *Ne liceat.* At, inquit, beneficium est, quod lex præstat, & hoc tantum ipsa prospexit, ne quis torqueretur invitus. Recte, Judices, quod de lege non habet Pauper, nisi beneficii potestatem, & deprecari tantum, non exigere tormenta potest. Fidem vestram tamen, quis putet, jura ipsa, quæ fortiter vetant, sic indulgere inde petentibus, ut adversus ipsa statim agatur? *Liberum hominem torqueri ne liceat.* Non adeo sane sollicita Lex fuit, ne quis torqueretur invitus, ut non voluerit pariter, ne quis etiam volentem torqueri patiatur? Quantum igitur interest, a quo liberi hominis tormenta postulentur, cum Lex dixerit, non esse torquendum? Eodem, si qua fides, cohibetur imperio quisquis postulet etiam pro se ipso tormenta; neque nostrum esse micum videri genus probationis esse, quod solum est. Et quicquid potuit prodesse severitati, nunquam nocuit exemplo. Sufficit libertatis reverentiæ, quod torquetis inviti, quod contra me non [15] alius [16] invenit. Liberum torqueri non licet. Hoc est, Judices, propter quod filium meum dives coram me non timuit occidere. Filium igitur meum in conspectu meo occisum esse contendo. Quid dicitis? Ita non erat contra proclamationis hujus fidem, si nunc agere possem quietum, modestumque miserum? Vultis, cum hoc viderim, tantum testimonium dicam? Mirum hercle, si scindo vestes, nudo corpus, ignes, flagella deposco. Insaniat necesse est pater, cum solus hoc sciat. Fallitur, Judices, quisquis hoc quod postulo, contemptum, quisquis audaciam vocat. Filios urit, exagitat, & inter tormenta fugio dolorem. Si mentientis est velle torqueri, invenite quid facere debeat, qui verum dicit, & non probat. * Mentiris, inquit. [17] Bene quod & tu fateris non esse mihi sine quæstione credendum. Et quas per fidem mendacio meo causas dives assignas? Ignoro percussorem. Deinde te potissimum de quo quererer, elegi. An scio, & simultatibus nostris occasionem orbitatis indulgeo? Decipi me non potuisse manifestum est. Filius meus, cum pariter rediremus, occisus est. An dignoscere percussorem nocte non potui, cum percussor potuerit eligere, fugere? Quid ais? Juvenem meum alius occidit, & tu mihi

DECLAMATIO

15 Quam Dives, inimicus, quem volo esse reum. 16 Rationem qua mihi negaret tormenta; sive quod non alius excogitavit contra me facere hujus Legis auctoritatem.

* Secunda objectio Divitis, quia Pauper mentitur, & non est verum ipsius Filium a se peremptum. Respondet Pauper, se non mentiri, 1. quia non potui non bene cognoscere quis fuerit interemptor Filii, cum & ipse Dives potuerit secernere Filium quem occideret a Patre; 2. quia aperte colligitur quis sit inimicus hominis, cujus Filius occisus fuerit; 3. tunc posset haberi suspicio ne mentiretur, si solis verbis fateretur, sed cum se ultro tormentis offerat, omnis perire debet suspicio; 4. deberet hæc haberi suspicio in servis, non autem in hominibus liberis.

17 Ita sensus: bene quod fateris me tormentis dandum quæ postulo, ut veritatem aperiam, quoniam priusquam torquear dicis me mentiri.

Digitized by Google

DECLAMATIO. hi ſolatium ultionis imples? Te accuſo ſcilicet, ut interim neſcio quis ille fugiat, evadat. Quod tu mihi genus furoris aſſignas, ut maximi ſceleris ultio pereat falſæ accuſationis incerto? Homo, qui me vidiſſe contendo, cum occideres filium meum, niſi de te vindicor, non reliqui mihi, ut hoc de aliis probarem. O te extra omnes humanorum pectorum affectus, inimice, ſepoſitum, [18] nunc qui me putas poſſe mentiri? Perdidi infelix illum chariorem pauperibus [19] affectum. Succurrere mihi putas, quod aliquando [20] diſſedimus? Falleris, deciperis. Hominis, cujus occiſus eſt filius, [21] unus inimicus eſt. Sane poſſit aliquis hanc doloris diſſimulationem mendacio perferre verborum, torqueri volo. Nihil eſt tanti niſi verum: videlicet inter ignes, ac flagella ſufficit mihi, ſi dixero, hic eſt inimicus animæ, qui nobis ſubinde maledixit, hic ille contumelioſus, ille impotens. Ego neſcio, an mihi poſſit in quæſtione ſufficere, quod vidi, & quod inimicus me contendit ideo velle torqueri. Tormenta poſtulo. En ad quod confugiat homo, qui ſe ſciat poſſe mentiri. Nulla eſt ratio quæſtionum relicta mortalibus, ſi adjuvant contra veritatem: & ſublata eſt de rebus humanis neceſſitatis hujus utilitas, ſi viam tuetur ultro, explicatque fingentibus. Hucuſque durant artis ingenia mortalium, & licet ſit aliquis ſecreti firmitate compoſitus, hominem tamen ultra non ſequitur animus. Non vacat aſſerere, quæ finxeris, tunc cum vix [22] prodeſt & verum fateri. Et nemo non contra id torquetur, quod dixit ante tormenta. Non refert, cujus ad equuleum nominis perſuaſionem, quas ANTILOGIA. eſſe contendo examinare cauſas, cur Lex non dixerit, ne quis liberum hominem torqueat, ſed ne liberum hominem liceat torqueri. Omnia ſimul, & pariter una voce compoſuit, & cunctarum ſuſtulit difficultatem quæſtionum quisquis vetavit. Et hoc quidem ſatis eſſe mihi judico cauſæ, ut Pauperi contradicam; at quanto majus illud eſt, quod adverſum me tormenta poſtulat inimicus? Quanta jam alacritate, quo creditis animo, Judices, ignibus, flagellis, cruciatibus omnibus membra Pauperem adverſarium aptare, qui ſperet inde ſe quæcumque per invidiam, livoremque maluerit probaturum? Nullum tam atrox, credite, tam efferum ſupplicium eſt, quod non poſſit fortiter ferre audax, durumque hominum pectus; modicisque humanæ naturæ viribus quamdam addunt perturbationes ipſæ trucem, ac veluti attonitam contra terribilia omnia conſtantiam. Hinc amantium ardua conſilia, facinora, voluntaria fata. Illinc irarum impotens furor, & præceps in vulnera, objectasque mortes, & quidquid intolerabilius eſt, quidquid horridum impetus. An neſcitis quantum valeant juſſi artus pati, & quoties tortores ipſi rara quadam, & indeprenſibili cum reorum membris rixa defecerint? Tulit quis ad necem uſque tormenta ne fateretur; quam potioris cauſæ eſt, ut quis perferat cum velit ultro fateri? Sive, Judices, ita in quibusdam corporibus mira quædam naturæ effuſa vis eſt, ut contra dolores omnes inſolito robore, novaque patientia membra firmentur; ſive ita jubentis animæ flamine pectora ipſa muniuntur, ut nullus omnino dolori ſit, nullus ſenſibus locus. Quæ ſi in unoquoque vera ſunt, quanto plus in illo valere fatendum eſt, quem invidia, livor

ſilen-

18 Alii legunt *Nunc quoque me putas* &c. ſi prior lectio retineatur, addendum eſt interrogationis ſignum in fine periodi. 19 Ruſo Filiolem. 20 Alter ab altero; Pater a Filio. 21 Unus, idem amborum. 22 Contra dolorem, contra patientiam.

Digitized by Google

ANTILOGIA. vor urit, impellit? Vetus illa est, pluribusque casibus firmata conditio, ut quisquis hosti vim tentat inferre, ipsum se penitus negligat, & si quando defecere membra, animive conatus, odium tamen, & proximæ spes ultionis, atque iræ desperatio prævaleat. Quid illud furoris esse putatis, cum circumventus hostibus miles in media ruit arma, & contra minantia oppositorum pila nullo vulnerum, nullo discriminum, mortisque metu, quem feriat quærit, quem occidat? Iisdem credite agere, Judices, affectibus quicunque postulet contra inimicum suum torqueri, nullumque mentiri plus velle, quam qui magis exigit quæ timentur. O quantum mihi videor pro innocentia mea partem implesse probationis, quod sollicite petit quæstionem Pauper! At, inquit, ille debet esse suspectus, in quo servilium pectorum recessus, in quo verniles excutiuntur actus. At quanto sane cum hujusmodi fide conveniunt adversarii hominis confessiones! quam paria ferunt nefariæ perturbationes vota, similesque in impudentiam, audaciam, & indigna quælibet lapsus! Etiam in tormentis quæcumque volet non timet effingere, qui non dubitat ante tormenta mentiri. Pudet, Judices, pudet tam inauditæ, tam indignæ quæstionis; pudet, quod me quamvis absolvatis, habeat tamen quandam Pauper de causæ ipsius difficultate victoriam, quod adversus innocentiam meam tandiu allegare licuerit ambitum tormentorum. Dii, Deæque, quam mali agitur res exempli, ut quis mendacium proferre possit, cui debeat credi! Hoc unum malevolis, criminosis restabat hominibus, ut sine argumen- silentii afferas causas. In quæstionibus tantum corpora sumus, & nemo non contra aliquem torquetur affectum. Exigam quæstionem, aut recusem, quid interest? tormentis brevi futurus similis homini, qui fateatur invitus. Novum, Judices, inauditumque rebus humanis aperitur exemplum. Nemo unquam ideo torqueri non debuit, quia mentiretur. Sed si fas est, Judices, dubitare de fide quæstionum, alius debet esse suspectus, ille scilicet in quo servilium pectorum recessus, in quo [23] verniles excutiuntur artus. Quoties tortori est rixa cum membris, tum cruciatus agnoscit assiduis suppliciis durata patientia, & homini non est nova res dolor corporis appliciti, quod scissa, laceratæque veste primum ferre non potest pudorem, quod nescit ad flagellorum vices membra componere, nec ullo verbera frangit occursu. Nos, inquam, sumus, quos leges supervacuum putavere torqueri. Unde nobis inter ista secretum? In tormentis libero homini opus est patientia, ut verum dicat. * Sed, inquit, ideo torqueri non debes, quia exigis, ut torquearis. Aliud sunt, inimice, tormenta, aliud velle torqueri. Felices illos qui recusare voluerunt. Meretur clementiam, & favorem quisquis ad illa tremens, exanimisque perducitur, quem vix a genibus tortor abducit, cui jam scissas quoque difficile possis eripere vestes. Ego quemadmodum vultis deprecer, qui videor provocasse tortorem? Ille, ille sine ulla miseratione laceratur, cui ad singulos ictus dicitur, ipse voluisti, DECLAMATIO

[23] Vernæ servi sunt in ea domo nati, in qua servi sunt.

* Tertia objectio Divitis, quod ideo non debet Pauper torqueri, quia exigit. Resp. Pauper 1. quod qui voluntarie, & tali ratione qua ipse tormenta petit, nullam meretur miserationem, & fortiter laceratur, cum ille mereatur clementiam, qui trahitur ad tormenta invitus; & quamquam ergo sciat se petere, quod Dives possit evadere, tamen cum Filii viderit mortem, non debet videri posse mentiri; ultimo ait, Diviti non esse ipsius timenda tormenta si innocens est, non enim corporis patientia firmatus poterit mentiri; & hic infirmitatem suam describit.

Digitized by Google

DECLAMATIO. ſti, quem non decet rogare, qui creditur fingere proclamationes, ſimulare gemitus, de quo primum videntur vindicanda tormenta. Non invenio, Judices, quid ſperare poſſit, qui mentitur, & exigit quæſtionem. [24] Homini, qui vult torqueri, diu non creditur, nec verum dicenti. Nec eſt, Judices, quod putetis adeo mihi triſtiſſimam orbitatem omnes humanorum pectorum rapuiſſe ſenſus, ut non intelligam petere me, quod dives poſſit evadere, & penè magis pro percuſſore torqueri. Sed quid me facere vultis? Non debeo videri poſſe mentiri homo, qui, cum filius meus occideretur, interfui. Veritati tantum præſto patientiam, exigo quæſtionem, in qua quid dicturus ſim, neſcio: quid debeam dicere, vidi, ſcio. Vultis poſt hoc argumentis, ſuſpicionibus agam? Breviora tormenta ſunt. Non invenio, Judices, cur renuat tantopere dives quæſtionem, poſtquam ſuperſunt adhuc incerta, ac dubia. Facinus eſt tamen me non torqueri, ſi mihi torto utique credendum eſt. Quousque me crudeliſſime mortalium metus ſimulatione deludis? Ego magis qui poſtulo tormenta, timeo: ego qui nihil facere potui, [25] cum viderem. Suſpecta tibi eſt noſtra patientia. Vides enim, hortatur nos contra dolorem primæ robur ætatis, ſolidum plenumque corpus. Quam facilis, quam expedita res eſt torqueri miſerum! Affero ad quæſtionem jam planctibus membra liventia. Quantum [26] animæ, quantum ſanguinis orbitas traxit? Quanto imbecilliora ſunt hæc quotidianis lamentationibus everberata vitalia? Quicquam ergo fingere poteſt hic pallor, hæc macies, & jam torto ſimilis infirgumentis, ſine teſtibus novum quodam fortitudinis admiratione tuendæ cauſæ ſuæ genus expoſcerent, tamquam vera nunciarent? Quam multos putatis inde poſtulaturos tormenta? Laudo, Judices, tamen quod nonniſi magna rerum auctoritate voluere leges judicio decerni, neque parum adeo innocentiæ ſecuritati proviſum eſt, ut & timendus ſit accuſator quicunque fortiter dixerit. Nemo unquam hactenus ſane, niſi contra ſe tortus eſt; illudque ideo plus rationis eſſe crediderim, ut tortorum confeſſioni credatur, quod cruciantur inviti; nec doloris habet, & patientiæ pretium, cui nihil intereſt utram in partem fuerit confeſſus. Alioquin, Judices, quid intolerandum habeant, timendumque tormenta, quoties velis ipſe torqueri? Sine fide eſt, ut verum dicat, cum liberi hominis timorem deperdidit, qui probare non poteſt, niſi in quæſtione. Peracta, Judices, cauſa eſt, cur non debeat homo torqueri; ego tamen adverſus inimici mei audaciam, impudentiam defendendus iterum, defendendus aliter ſum. Quid ais impotens, Pauper? Filium tuum a me occiſum eſſe contendis? Poteram ſtatim dicere, non occidi; & ſatis puto, ingenuitatis noſtræ pudori poterat credi. At percuſſorem, inquis, agnovi. Ego tamen, Judices, non occidi. Cujus ea cauſa eſt, cui magis credatur? Bene tamen quod illa affert, illa adverſarius exaggerat, quibus neque ſit in quæſtione credendum. Interrogare igitur modo volo vos, Judices, an fieri poſſit, ut ſolus Dives, non aſſuetus ferro, non cædibus in geminos irruat, nulliusque fultus auxilio vim non dubitet inferre duobus, quos ad mutuam ſollicitamque cuſtodiam tam arctæ neceſſitudinis jura ſociaverint? Cujus enim conſilii, cujus audaciæ ſit ipſos illos laceſſe-

ANTILOGIA.

24 Aliud eſt concipere mere, & pronunciare tormenta, aliud vere torqueri. 25 Cum viderem Divitem in meum Filium irruentem. 26 Vigoris, ſpiritus vitalis.

Digitized by Google

ANTILOGIA. cessere, quos sola etiam itineris occasio simul & pariter junxerit, quos alioquin non alia protegat caritas, quam qua laborantibus humanæ cujusdam pietatis instinctu deesse non possumus? At filii modo est, patrisque consortium. Viribus uterque pollens, uterque pari firmatus audacia, & multum in alterius discrimine quisque facturus. Quam prosperi quam inauditi conatus est secure posse coram patre filium occidere! Nam quam allegat inimicus homo trepidationem, subitumque de Juvenis morte defectum quis credat? Sed vultis, ait, percussorem invadam? Vultis fugientem sequar? Interim deficientem quis excipiet? Cui se morientis imponet infirmitas? Ego vero, Judices, prius esse contendo, ut adversus inimicum, adversus percussorem irascaris, insurgas, quam periclitanti opem feras; nec ad dolores minus pertinere paternos, ut statim velis ulcisci. Citius nos occupant ira, furor; & quæcunque sequitur ferales casus miseratio, nonnisi compositis paullisper succedit affectibus. Itane Juvenem tuum stricto gladio Dives invadit; tu sustines, tu inutilis spectator adstas, tamquam scias uno esse percussorem juvenis cruore contentum? Quid paria fata non times? Cur & tibi pariter jam imminentem non repellis, ut saltem rem feceris ejus, cui credi possit tanta nuncianti? Credant hæc de Paupere, qui sentiant illum tormenta petentem, quem non flagella, non flammæ, non reliquorum denique cruciatuum horrenda deterreant? Mirum! Hic viso tantum hoste defecit. Nec minoris mihi patrocinii sit loco, Judices, quod firmitas? Adjice quod nihil minus in quæstione diu possis dicere, si mentiaris, quam quod oculis scias: & brevissimum confessionis est genus dixisse, quod videris. Felices dices, quos tortor interrogat, qui non habent in sua potestate credentes. Impatientissima res est posse, cum velis, desinere torqueri. * Quin potius, inquit, probas? Fiduciam hominis, qui scias hoc me vidisse solum. Sine dubio, dives, multa te poterant argumenta convincere, si deferret [27] alius: & eras manifestissimus reus, si mihi percussor quærendus esset. Quis enim credibilior in cæde pauperis, quam dives inimicus? Aut de quo facilius constare posset scelere, quod causam non habet nisi de sola ultione? Non [28] invenit multa verba, vidisse. Nec mihi debet perire probatio ista, quia poteras & accusari. Exigit probationes, cum facinus sic disposuerit, ne possit probari. Quem mihi nox testem, quos præstare potuit [29] oculos nuda semper, & incomitata paupertas? Tibi servus a conscientia sceleris summovendus fuit: & ista ratione quis interesset, quem putares posse torqueri? Et totum facinus in has angustias redegisti, ut illud soli scirent, qui faciebant, & [30] cui non crederetur. Nunquid dubitaretis quærere, si alius sciret hoc scelus? Facinus est ideo filii mei perire vindictam, quia pater vidi. Ego vero, Judices, & ex hoc quod recusat Dives quæstionem; partem probationis implevi. Accusatoris tormenta nunquam timebit

DECLAMATIO.

* Quarta objectio Divitis, probet potius argum. quam petendo tormenta a me scelus patratum. Resp. Pauper pluribus argumentis posse Divitem convinci; 1. quia in nece Pauperis solum Dives inimicus reus est; 2. hoc ipsum non posse probari esse probationem, sic enim Dives scelus ordinavit ut nullus adesset testis, qui posset veritatem asserere; 3. hoc esse prob. quoque quod negat tormenta, signum enim reum Divitem pavere, cum sciat Pauperem veritatem in tormentis dicturum.

27 Alter accusator præter me. 28 Qui de visu testis est non habet alia verba quibus probes; cum illud sit satis. 29 Comitum, qui sceleri adessent, Divitem viderent, renunciarent inde, testarentur &c. 30 Et ille cui non crederetur; tu qui feciſti, & ego cui non crederetur.

Digitized by Google

DECLAMATIO. bit reus, nisi de quo credi potest & ante tormenta. * Cur, inquit, si mihi causæ sceleris simultates nostræ erant, non te potius occidissem? Vere crudelis, ego te hoc maxime argumento percussorem probo, quod mihi peperciſti. Tuum fuit hoc, inimice, commentum, occiso filio servare patrem. Parcendi tamen mihi vel hæc fuit ratio, quod defendi non poteras, [31] si duo perissemus. Audire mehercle mihi videor illas cogitationes, illa scelerum secreta consilia. [32] Quid mihi cum vulneribus? quid cum cruore consumptæ, & jam pene abeuntis animæ? Occidatur potius ille jam juvenis, jam inimicus, de sene vindicabitis me patris [33] oculi. Vis mirer, quod me nolueriis occidere? Queri mehercule te puto, quod in senectute magni doloris vita brevis est. Peperciſti mihi, quo modo excogitant artes detinere supplicia, & de pereuntibus magis sævitia eruitur dolore suspenso. Agnosco noctis illius inimicæ [34] clementiam: quod me torqueri non vis, ex hoc evenit, quod neque occidiſti. ** Tentat, Judices, efficere dives, ut incredibile videatur, quod occisum ab eo contendo filium. Dicturum nunc putatis, magis interesse securitatis, ut quis facinus sibi tantummodo credat, & id tutius esse [35] inimico patre, quam conscio. Plus est quod affirmo. Filium in conspectu patris occidere, sic operæ pretium est, si illud ipse facias. Perdit plurimam de sceleribus voluptatem qui mandat. Bene, Judices, quod sollicitudinis meæ, consiliique rationes reddendæ ultra non sunt, & pro me rursum ac fortiter stare non dubito, quod unum tantum occidi. Sed quam securius erat aggredi alienis manibus juvenem, ut dubitari posset de percussore, quam ipsum me procedentium pariter oculis sic objicere, ut etiam sublato uno alter deprehenderet? Dicat jam adversarius quid aliud facere debuerit, quam de duobus, quos occidere poterat, alterum dimittere quicumque, si accusetur, fateri non renuat. Si tamen truces illas penitus inimici hominis latebras novi, iisdem me profecto criminationibus petit, quibus fœda maxime ac turpis est audacior ipsa pauperum, & ad nefaria quælibet prompta conditio. Vilis nempe, abjectique esse scimus se se immiscere sceleribus, & tam-

ANTILOGIA. quod ad facinus ipse veniſse dicor, ipse juvenem occidiſse. Quanta, inimice, quam indeprensibilia componis! Quantum præstabat ita moliri vindictam, sic aliorum opera uti, ut possem negare? Ne me quæso, sapientissimi Judices, humanis adeo sensibus ereptum credite, ut qui inimico patri dicor parcere voluisse, ita filio necem intulerim, ut necessario debuerim agnosci. Neminem credo facinus aliquod meditari, tentare, qui non & pariter toto animo sit de secreti fide sollicitus; & nullum arbitror inveniri, qui, cum aliter possit, malit deprendi. At inquit, magis interest securitatis, ut quis facinus sibi tantummodo credat, & plurimam perdit de sceleribus voluptatem qui mandat. Bene, Judices, quod sollicitudinis meæ, consiliique rationes reddendæ ultra non sunt, & pro me rursum ac fortiter stare non dubito, quod unum tantum occidi. Sed quam securius erat aggredi alienis manibus juvenem, ut dubitari posset de percussore, quam ipsum me procedentium pariter oculis sic objicere, ut etiam sublato uno alter deprehenderet? Dicat jam adversarius quid aliud facere debuerit, quam de duobus, quos occidere poterat, alterum dimittere quicumque, si accusetur, fateri non renuat. Si tamen truces illas penitus inimici hominis latebras novi, iisdem me profecto criminationibus petit, quibus fœda maxime ac turpis est audacior ipsa pauperum, & ad nefaria quælibet prompta conditio. Vilis nempe, abjectique esse scimus se se immiscere sceleribus,

* Quinta objectio Divitis, si per inimicitiam nostram vis a me patratum scelus, cur non te potius inimicum meum occidissem, quam Filium? Resp. Pauper, ex hoc quinimmo probari reum Divitem, quod Filium occiderit, quia ita tum reus certo fuisset.

31 Tunc enim certo reus factus fuisset cædis Pauperum Dives inimicus. 32 Prosopopeja Divitis.

33 Filii Fata plangentes. 34 Sensim inflictam.

** Ultima objectio Divitis duas offerentis difficultates cur non potuerit filium Pauperis occidere; prima est, quia poterat res agi per sicarium; resp. non tantum percipi gaudium ex scelere per alios patrato &c. 2. est, quia nihil Pater fecit in filii morte; resp. se nihil facere potuisse, & maluisse auxiliari expiranti Filio &c quam percussorem invadere.

35 Sic enim minus creditur præ suspecto affectu soli renuncianti.

Digitized by Google

ANTILOGIA. & tamquam parta magnis virtutibus gloria, nulla nisi pollutis oculis manibusque ultione lætari. Horum est, horum, Judices, aliud supra vindictam quærere, aliud moliri. Hinc & nullus de præsente morte, nullus de abeuntis animæ colluctationibus horror, & quam de sceleribus voluptatem inimicus exaggerat. Durior siquidem ad cædium est sanguinisque conscientiam fortuna minor, & quoties per varios humanarum rerum casus immania quædam, & nefaria patrantur, prima nonnisi vilioris animi audacia fuit. Quisquis vero adversus inimicum suum nobiliores intulit iras, illud quinimmo prætulit, puto, ut se jubente alius occidat. Sine scelere quodam vindictæ genus existimes, quoties ipse non sævias, nec tibi sit etiam cum corpore, membrisque rixa; nullumque invidiæ, nullum odii tam immane pectus crediderim, ut, necem quærat licet, & sanguinem, non horreant tamen, non renuant facinus oculi. Quicunque tandem propriis manibus sceleratam peregit ultionem, non habuit utique cui committeret. Deceptus es, Pauper, deceptus es: Poteras facilius imponere, si me accusares tamquam mandantem. Fortius vos nunc interrogo, Judices, an de illo facinus credi possit, qui de duobus alterum non inimicum, non infensum dicitur occidisse. Cur enim non illum quinimmo sustuli, adversus quem nostræ me fortius debuerant simultates impulisse? Novum, inauditumque interpretationis genus est, ut quis inimicum suum cum possit nolit occidere, illique potius vim gestiat inferre, quam esse putet inimico cariorem. Ecquando tam grande novit pietas efferata consilium; aut quis, cum voluptatem, qui mandat, & minus gratiæ rebus ex nuncio venit. Occidet alius te jubente, sed vulneribus illis non fruentur oculi: sed plus est, ut singultibus abeuntis animæ, ut cruore satieris, ut collapsum, palpitantemque videas, ut me vidente. Convenit, Judices, quod ipse dives hoc fecit, & quod ego vidi: ratio sævitiæ est, ut aliquis coram me occidatur, propter quem occiditur. Fidem vestram, Judices, ne me ideo non putetis vidisse, quia nihil feci. Servulorum iste, libertorumque dolor est, occiso homine statim scire quid facias, exclamare, procurrere, fidem deorum hominumque testari, postea cum lacrymis venire. Vultis percussorem invadam? Vultis fugientem sequar? interim deficientem quis excipiet? cui se morientis imponet infirmitas? Scis profecto, percussor, facinus ordinare, disponere: filium occidere coram patre, secretum est. * Miseremini, Judices, igitur, ut hinc quoque velitis existimare divitis conscientiam, quod contentus est, ne de scelere quæratur: non habet fiduciam hominis, qui me sciat mentiri, & quod non minus debetis attendere, quam si fateretur, non putat sibi salvum, [36] ut interim neget. Dissimules licet, non est innocentiæ metus, cum timentur aliena tormenta. Quid ait dives? Orbitatem meam in tale [37] genus, usumque convertet, si paterni doloris autoritas facinus impingit alienum? Deinde non ipse affers equuleos, non ipse disponis ignes. Diceres me hercule te velle torqueri: ego scindo vestes, tu intremiscis: ego ad flagella nudo corpus, te facit pallor exanimem: DECLAMATIO.

duo

* Tentat Pauper suspectum efficere, quod neget sibi tormenta; patet enim confessionem Pauperis timere; præterea tandem quid faceret aliud qui occidisset?

36 Ita per Ἐμφασιν ficut negat facinus a se patratum, ita iterum post meam in tormentis confessionem posset negare; sed per conscientiam non habet animum ut iterum neget, quia non patitur ut per tormenta a me confessio eruatur, quam conscia ipsius mens ferre nequibit. 37 Ut mendax, &

Digitized by Google

DECLAMATIO. mem: ego equuleos, ego poſco flammas, tu non habes in meo dolore patientiam. Rogo quid aliud faceret, qui occidiſſet? *Quid nunc agam miſer? gratiam confeſſionis ante tormenta conſumpſi. Scio quanto credibilius fuiſſet, ſi hoc ſtatim inter ignes, inter flagella dixiſſem, & multum de autoritate primæ proclamationis amiſi. Non eſt tamen, quod ſupervacua putetis eſſe tormenta, quanquam dixerim quicquid ſciebam. Habeo adhuc ex illo multa referre ſecreto, quæ argumenta faciet dolor. Non refert an me vidiſſe dixerim, tormentis hoc probaturus ſum, debuiſſe mihi credi ante tormenta. O quantopere nunc, inimice, torqueris, quod te coram judicibus interrogo, quod hoc non potes [38] mihi fateri. Sed ſi bene gaudii tui perſpicio ſecretum, non [39] putas te negare, quia vidi. Arrogantiſſime percuſſorum, evaſiſſe te putabas, quod illud duo tantum ſciebamus? Meis, meis hoc ignibus nega, & dum me per ſingulos artus tortor interrogat, perſer ſaltem non credendi patientiam, cum ego me vidiſſe proclamem, tu nullam afferas innocentiæ probationem. Non potes aliter abſolvi, qnam ut illud ego negem. Nec tamen, Judices, putetis ſolo me calamitatum ambitu petere quæſtionem, dabo propter quod torqueatis irati. Filium meum, illum ſingulis vobis, univerſisque laudandum, juxta quem felix, juxta quem arrogans eram, occidit. Mea nimia liberduo pariter ſe ſe objiciant occidendi, hæreat unquam, & cogitet, non quem facilius, quem primum occidat, ſed cui plus ſit de alterius fato dolendum? Jam & libretur opus eſt in vulnera gladius, & in alterum fortaſſe parata dextra revocetur, & dubiam teneat furor vindictæ diverſitatem. Quam breve tamen, quam nullum eſt conſilium nefaria tentantis! Quam facile igitur, Judices, indeprenſibilia, inaudita componimus! Quisquis alteri infenſus eſt, numquam alium ſane, quam inimicum ſuum voluit occidi. Male ideo, male adverſus me criminationem effinxit, qui non agnovit, aut unum patrem debuiſſe interfici, aut ambos. Credite jam, ſi videtur, peperciſſe adverſario inimicum, reum accuſatori. Quoties de duobus unus tantum occiditur, cui parcitur teſtis eſt. Non poterat ignorari percuſſor, niſi duo periiſſetis. Nolo, me, Judices, abuti modo credatis magna illa alioquin patrocinii noſtri occaſione, quod nullis argumentis, nullo teſte probare Pauper poteſt, a me Juvenem interfectum, & ſola tormentorum, ſola patientiæ fide agenda res eſt. Quoniam tamen nemo repente ſcelerum maximum ſic patravit, ut non aliquo ſe primum proderet animi nequioris indicio, neque tam ſubito adverſus hominis vitam rabidi furores emergunt, ut non quædam antea dimiſerint tanti facinoris nuncia, illud peto, Judices, illud a Paupere contendo, ut cauſas afferat, cur Juvenem voluerim occidere. Nam quod me inimicum ſuum prædicat, & vocibus invidio- ANTILOGIA.

falſa appareat; & tamen nequit permittere ipſi tormenta, innocentiæ ſibi conſcius.

* Hæc peroratio eſt, in qua Pauper 1. ait quod licet videantur ſupervacua tormenta, tamen confeſſioni jam ante prolatæ aliam addet in tormentis vim; 2. ſarcaſtice in Divitem inſurgit, cui nulla ſuppetit innocentiæ probatio, & ſumma oriatur ſuſpicio contra ipſius fidem, qui ſcelus credebat ſecretum, cum duo illi tantum vidiſſent; 3. liberos omnes, & parentes ad ſe lacerandum conclamat, quod nihil fecerit in morte Filii; 4. pietatem implorat, ut ſibi adſit veritatem in tormentis confeſſuro, & vires præbeat &c. ultimo rogat Judices, ut in tormentis ſpiritum, vires, vocem deperdat, accipiant tamen hanc confeſſionem, hæc intelligant, non etiam prolata verba quod viderit.

38 Mihi tantum, nullis præſentibus, quorum juſtitia puniaris.

39 Sed quia non vidi, tam ſcilicet ſecurus es, ut putes credi tibi a Judicibus, te negare, quia ego vere non viderim, & ideo ſim falſus.

Digitized by Google

ANTILOGIA. & tamquam parta magnis virtutibus gloria, nulla nisi pollutis oculis manibusque ultione lætari. Horum est, horum, Judices, aliud supra vindictam quærere, aliud moliri. Hinc & nullus de præsente morte, nullus de abeuntis animæ colluctationibus horror, & quam de sceleribus voluptatem inimicus exaggerat. Durior siquidem ad cædium est sanguinisque conscientiam fortuna minor, & quoties per varios humanarum rerum casus immania quædam, & nefaria patrantur, prima nonnisi vilioris animi audacia fuit. Quisquis vero adversus inimicum suum nobiliores intulit iras, illud quinimmo prætulit, puto, ut se jubente alius occidat. Sine scelere quodam vindictæ genus existimes, quoties ipse non sævias, nec tibi sit etiam cum corpore, membrisque rixa; nullumque invidiæ, nullum odii tam immane pectus crediderim, ut, necem quærat licet, & sanguinem, non horreant tamen, non renuant facinus oculi. Quicunque tandem propriis manibus sceleratam peregit ultionem, non habuit utique cui committeret. Deceptus es, Pauper, deceptus es: Poteras facilius imponere, si me accusares tamquam mandantem. Fortius vos nunc interrogo, Judices, an de illo facinus credi possit, qui de duobus alterum non inimicum, non infensum dicitur occidisse. Cur enim non illum quinimmo sustuli, adversus quem nostræ me fortius debuerant simultates impulisse? Novum, inauditumque interpretationis genus est, ut quis inimicum suum cum possit nolit occidere, illique potius vim gestiat inferre, quam esse putet inimico cariorem. Ecquando tam grande novit pietas efferata consilium; aut quis, cum duo voluptatem, qui mandat, & minus gratiæ rebus ex nuncio venit. Occidet alius te jubente, sed vulneribus illis non fruentur oculi: sed plus est, ut singultibus abeuntis animæ, ut cruore satieris, ut collapsum, palpitantemque videas, ut me vidente. Convenit, Judices, quod ipse dives hoc fecit, & quod ego vidi: ratio sævitiæ est, ut aliquis coram me occidatur, propter quem occiditur. Fidem vestram, Judices, ne me ideo non putetis vidisse, quia nihil feci. Servulorum iste, libertorumque dolor est, occiso homine statim scire quid facias, exclamare, procurrere, fidem deorum hominumque testari, postea cum lacrymis venire. Vultis percussorem invadam? Vultis fugientem sequar? interim deficientem quis excipiet? cui se morientis imponet infirmitas? Scis profecto, percussor, facinus ordinare, disponere: filium occidere coram patre, secretum est. * Miseremini, Judices, igitur, ut hinc quoque velitis existimare divitis conscientiam, quod contentus est, ne de scelere quæratur: non habet fiduciam hominis, qui me sciat mentiri, & quod non minus debetis attendere, quam si fateretur, non putat sibi salvum, [36] ut interim neget. Dissimules licet, non est innocentiæ metus, cum timentur aliena tormenta. Quid ait dives? Orbitatem meam in tale [37] genus, usumque convertet, si paterni doloris autoritas facinus impingit alienum? Deinde non ipse affers equuleos, non ipse disponis ignes. Diceres me hercule te velle torqueri: ego scindo vestes, tu intremiscis: ego ad flagella nudo corpus, te facit pallor exanimem: DECLAMATIO.

* Tentat Pauper suspectum efficere, quod neget sibi tormenta; patet enim confessionem Pauperis timere; præterea tandem quid faceret aliud qui occidisset?

36 Ita per Ἔμφασιν ficut negat facinus a se patratum, ita iterum post meam in tormentis confessionem posset negare; sed per conscientiam non habet animum ut iterum neget, quia non patitur ut per tormenta a me confessio eruatur, quam conscia ipsius mens ferre nequibit. 37 Ut mendax, &

Digitized by Google

DECLAMATIO. mem: ego equuleos, ego poſco flammas, tu non habes in meo dolore patientiam. Rogo quid aliud faceret, qui occidiſſet? [*] Quid nunc agam miſer? gratiam confeſſionis ante tormenta conſumpſi. Scio quanto credibilius fuiſſet, ſi hoc ſtatim inter ignes, inter flagella dixiſſem, & multum de autoritate primæ proclamationis amiſi. Non eſt tamen, quod ſupervacua putetis eſſe tormenta, quanquam dixerim quicquid ſciebam. Habeo adhuc ex illo multa referre ſecreto, quæ argumenta faciet dolor. Non refert an me vidiſſe dixerim, tormentis hoc probaturus ſum, debuiſſe mihi credi ante tormenta. O quantopere nunc, inimice, torqueris, quod te coram judicibus interrogo, quod hoc non potes [38] mihi fateri. Sed ſi bene gaudii tui perſpicio ſecretum, non [39] putas te negare, quia vidi. Arrogantiſſime percuſſorum, evaſiſſe te putabas, quod illud duo tantum ſciebamus? Meis, meis hoc ignibus nega, & dum me per ſingulos artus tortor interrogat, perfer ſaltem non credendi patientiam, cum ego me vidiſſe proclamem, tu nullam afferas innocentiæ probationem. Non potes aliter abſolvi, qnam ut illud ego negem. Nec tamen, Judices, putetis ſolo me calamitatum ambitu petere quæſtionem, dabo propter quod torqueatis irati. Filium meum, illum ſingulis vobis, univerſisque laudandum, juxta quem felix, juxta quem arrogans eram, occidit. Mea nimia liber-

duo pariter ſe ſe objiciant occidendi, hæreat unquam, & cogitet, non quem facilius, quem primum occidat, ſed cui plus ſit de alterius fato dolendum? Jam & libretur opus eſt in vulnera gladius, & in alterum fortaſſe parata dextra revocetur, & dubiam teneat furor vindictæ diverſitatem. Quam breve tamen, quam nullum eſt conſilium nefaria tentantis! Quam facile igitur, Judices, indeprenſibilia, inaudita componimus! Quisquis alteri infenſus eſt, numquam alium ſane, quam inimicum ſuum voluit occidi. Male ideo, male adverſus me criminationem effinxit, qui non agnovit, aut unum patrem debuiſſe interfici, aut ambos. Credite jam, ſi videtur, peperciſſe adverſario inimicum, reum accuſatori. Quoties de duobus unus tantum occiditur, cui parcitur teſtis eſt. Non poterat ignorari percuſſor, niſi duo periiſſetis. Nolo, me, Judices, abuti modo credatis magna illa alioquin patrocinii noſtri occaſione, quod nullis argumentis, nullo teſte probare Pauper poteſt, a me Juvenem interfectum, & ſola tormentorum, ſola patientiæ fide agenda res eſt. Quoniam tamen nemo repente ſcelerum maximum ſic patravit, ut non aliquo ſe primum proderet animi nequioris indicio, neque tam ſubito adverſus hominis vitam rabidi furores emergunt, ut non quædam antea dimiſerint tanti facinoris nuncia, illud peto, Judices, illud a Paupere contendo, ut cauſas afferat, cur Juvenem voluerim occidere. Nam quod me inimicum ſuum prædicat, & vocibus invi-

ANTILOGIA.

dio-

falſa appareat; & tamen nequit permittere ipſi tormenta, innocentiæ ſibi conſcius.

[*] Hæc peroratio eſt, in qua Pauper 1. ait quod licet videantur ſupervacua tormenta, tamen confeſſioni jam ante prolatæ aliam addet in tormentis vim; 2. ſarcaſtice in Divitem inſurgit, cui nulla ſuppetit innocentiæ probatio, & ſumma oriatur ſuſpicio contra ipſius fidem, qui ſcelus credebat ſecretum, cum duo illi tantum vidiſſent; 3. liberos omnes, & parentes ad ſe lacerandum conclamat, quod nihil fecerit in morte Filii; 4. pietatem implorat, ut ſibi adſit veritatem in tormentis confeſſuro, & vires præbeat &c. ultimo rogat Judices, ut in tormentis ſpiritum, vires, vocem deperdat, accipiant tamen hanc confeſſionem, hæc intelligant, non etiam prolata verba quod viderit.

38 Mihi tantum, nullis præſentibus, quorum juſtitia puniaris.

39 Sed quia non vidi, tam ſcilicet ſecurus es, ut putes credi tibi a Judicibus, te negare, quia ego vere non viderim, & ideo ſim falſus.

Digitized by Google

ANTILOGIA. diosis insultat, probandum illud adhuc homini est; & nihil ad fidei favorem differre judico, quod vel sibi me infestum, vel a me Juvenem suum interfectum exaggeret. Quanta possunt effingi, quoties ut credantur dixisse sufficiat? Cæterum, si qua fides, dicat jam ante tormenta Pauper, quando debuerit Dives esse suspectus. Plura sunt, per quæ animorum secreta panduntur, & non satis unquam imis latebris pressi revocantur affectus. Illa oris obducta diu rabies, illi subito turbati occurrentis oculi; nonnumquam verba minantia, & minus aliquod antea tentatur vindictæ facinus. Ita me tibi contra Divitem non occurrit objicere, nisi quod inimicus est? Quid affers, quid opponis, dum fortiter contendo, dum probo, non potuisse a me occidi Juvenem tuum? Debebas saltem animum, & audaciam convincere percussoris; inde, ut magis crederetur diversa tentanti, postulare quæstionem. Impletæ sunt, Judices, probationis meæ, ac defensionis partes, quoties negavi; & quidquid hactenus pro conscientiæ nostræ pudore mentibus vestris explicui, illud omne patrocinii genus est, ut innocentiæ nostræ credatis dum nego. Hoc unum igitur suprema orationis nostræ voce justitiæ publicæ rursum, iterumque proclamo: Juvenem non occidi. Quod si perditissimo Pauperi, tamquam contra Divitem vindicando, optio detur tormentorum, ego tamen Juvenem non occidi. Et si homo ad quamlibet patientiam odii desperatione compositus audacter me in quæstione, fide doloris, & non mediocris invidiæ patientia percussorem dixerit, ego tamen Juvenem non occidi. Fidem vestram, Judices, quid aliud præstare me vultis, quoties adversum me non aliud affertur, quam quod inimicus affirmat? Abeant jam, abeant quæcumque vobis hactenus percepta sunt causæ nostræ suffragia: Nulla pro me major, nulla certior probatio est, quam quod postulat tormenta Pauper.

libertas, ita ego te non equuleo efferam, non super ardentes exuam flammas? Nunc me vindicas, nunc tueris. Modo, modo coram me filium meum dives occidit fiducia tui. Concurrite omnes liberi, omnes parentes, urite, lacerate hos primum patris oculos, distrahite has manus, quæ nihil pro pereunte fecerunt: hoc corpus, hæc membra, quæ de complexu latronis vulnera nulla retulerunt. Sive hoc pœnam, sive vultis esse clementiam, debeo tam miser esse dum probo, quam cum viderem. Miserum me, si fas est in quæstione mentiri. Sine dubio dives hoc captavit recusando quæstionem, ne crederetur. Sed dura parumper anime, vidisti. Nunc infelix ad nos miseros pietas redi: quod fieri in ipsa orbitate non potuit, & vires, quas [40] improvisus abstulit dolor, probatio restituet. Cum flammis urentur nuda vitalia, nox illa occurrat: cum membra fidiculæ flagella laxaverint, rursum ante oculos sit morientis unici vultus, hæreant verba percussoris, mandata pereuntis. Filium spectasse morientem, longa præsentia est. Nescis infelix senectus, quanta tibi opus sit veritatis contentione, ut pœniteat divitem, [41] quod non duos occidit. Jam nunc tamen vobis, Judices, infirmitatem meam allego, commendo. Si me forte fidiculæ flagella mutaverint, ego tamen vidi: Si vocem in equuleis, ignibusque perdidero, ego tamen vidi: Si totus undique dolor pariter admotus occiderit, ego tamen vidi. Alioqui nisi hoc animo meo, nisi licuerit oculis, morerer hoc dolore, quo puto me posse torqueri.

DECLAMATIO.

M. FA-

IN

40 In Filii mei discrimine. 41 Quod non te quoque occidit, ut non esset facti illius testis.

Digitized by Google



M. FABII QUINTILIANI DECLAMATIO OCTAVA.

IN OCTAVAM M. FABII QUINTILIANI DECLAMATIONEM ANTILOGIA.

GEMINI LANGUENTES.

ARGUMENTUM.

Gemini, quibus erant Pater, & Mater, ægrotare cœperunt. Consulti medici dixerunt eundem esse languorem. Desperantibus reliquis promisit unus se alterum sanaturum, si alterius vitalia inspexisset. Permittente Patre exsecuit infantem, & vitalia inspexit. Sanato uno, accusatur Pater ab uxore malæ tractationis.

Pro Matre contra Patrem.

Declamatio.

QUamvis, Judices, plurimum infelicissimæ Matris adversis miserationis abstulerit, quod ex duobus liberis pari [1] desperatione languentibus alter evasit, & plerisque [2] maximum dolorem prima fron-

Pro Patre contra Matrem.

Antilogia.

ET si vereor, ne mihi ægre pereat crudelitatis incusatio, quod Filium ipse hosce ante oculos, qui maxima tamen pars sceleris fuerunt, lacerari sustinuerim, neque caritatis nostræ consilium satis singulorum judi-

In Exordio Mater 1. dolorem suum exaggerat de morte Filii, qui equidem maximus est, licet videatur esse levior debere, cum Filius alter superstes sit; videtur sibi enim perdidisse Filium victurum, cum ex pariter ægris potuerit alter sanari, neque perierit, nisi qui est occisus; 2. miserationem a marito avertit, quia jam ipse non perdidit Filium, &c. & sibi eamdem conciliat, cum sua alia condicio sit, quæ numquam medico credidit, & semper de utroque speravit &c. 3. odium in maritum excitat exaggeratione impietatis; 4. calamitatem suam & infelicitatem majorem luget, quod scilicet par illud celebrium nauorum perdiderit, cum non unicum, sed perdidisse amboś putet.

1 Morbo, cujus sanitas desperabatur. 2 Si ambo perissent.

Digitized by Google

ANTILOGIA. judiciis emergat quod in ipso cœpit officio immanitatis enasci; confiteor tamen majus Matrem habuisse sævitiæ, quæ sanari Filium non tulit, & mihi non adeo facinoris reddendam rationem, quam fœminæ, si per ipsam remoto optimi medicorum remedio uterque Filius periisset. Non dubito igitur, Judices, quin amoris nostri factum deperdat statim invidiam; & satis Matris appareat aviditas, quæ cum ambos perdidisset, & restitui alterum recusasset, non est unius salute contenta. O numquam infeliciorem pietatem, cui non est meritum revocatæ orbitatis! O impotentissimam Matrem, quæ sponte orbitati superfuerat, & par esse unius morti recusat! Quod dicam crudelius factum, an alterum vetasse sanari, an remedio Patris imputare salutem? Quid quæris amplius? Reddo Filium, reddo cariorem, reddo Filium, pro quo bene Fata putarunt vitam Fratris impendi. Velis, nolis, infelicissima Mater, non odiosa est quælibet medicina quæ Filium restituat; & proclames licet, non periisse ex duobus ægris nisi qui occisus est, non convaluit tamen nisi pro quo docuit Fratris languor inspectus remedia. Neque mihi, Judices, miserationis meritum neget justitia vestra, quia dicor non amisisse Filium quod occidi. Videte quantus sit dolor hominis, quantus affectus, & existimate, quam trepide ad lacerationis venerit ministeria, & maluerit utrique parcere, si tantum fecit pro Filio. Quinimmo mihi ideo major debetur gratia, quod in tanto dolore, dubioque suspensæ Naturæ æstu, in me aliquid de forti caritate prævaluit, dum vitavi solus orbitatem, & recusanti Matri Filium restitui: nec debetis odisse, tamquam duos occiderim, sed fortiter credere, quod de duobus mortuis revocare ambos volui, alterum potui. O quan-

fronte tractantibus videatur aviditas gaudiorum, ut [3] modo ad totius orbitatis redacta patientiam, jam non sit unius salute contenta: non possumus tamen affectibus vestris non hanc primam [4] tristissimæ calamitatis allegare mensuram, quæ ex ipsa quoque solatii sui conditione descendit. Minus misera quereretur de Marito, si sanari nec ille potuisset, pro quo est frater occisus. Nunc infelix par non est dolori, nunc non invenit ulla solatia, ex quo sibi videtur filium perdidisse victurum. Super impatientiam tristissimæ orbitatis increscit, quod intelligit, illum non sine sanitate fuisse languorem: nec persuaderi miseræ potest perituro laborasse fato, in quo inventam est, quod sanaret alium. Captet licet crudelissimus senex parricidii immanitatem [5] metu majore protegere, non invasio, unde colligi possit, utrumque fuisse moriturum. Ex duobus ægris non periit, nisi qui occisus est. Ante omnia igitur illud a vobis infelicissima Mater petit, ne maximi sceleris ideo decrescat invidia, quia pati videtur & reus ex orbitate tantumdem. Non perdidit filium, quisquis occidit. Explicat a dolore Patrem, quod sibi videtur feciſſe rem maximam, & in locum juvenis amissi substituit de vanitate solatium. Alia est, alia conditio Matris, quæ medico non credidit; apud quam sævissimæ conditionis immanitas fidem non potuit impetrare tentandi. Pro utroque timuit, pro utroque speravit. Facimus est eum majoris pietatis videri, qui de morte filii putavit alterius vel certa salute transigere. Sic debetis odisse Patrem, tamquam duos occiderit, cujus non interfuit, uter occideretur. Est tamen, sanctissimi Judices, quod de crudelissimo

DECLAMATIO.

3 Ut paulo ante pæne orba, immo certo futura, amborum desperata sanitate. 4 Quam modo peior altero etiam sano. 5 Ne totalis orbitas sequeretur.

Digitized by Google

DECLAMATIO. fimo parricida queri poſſit non ſola Mater. Adjecit humanis calamitatibus ipſam [6] ſanitatem, & morborum, languoriſque violentiam medicinæ conceſſit. Filium occidit (ſi ipſi credis) fortaſſe moritutem: & [7] hominem, cujus charitas debuerat ipſa deſperatione creviſſe, in hoc ſolum impendit, ut [8] tantumdem ſupereſſet incerti. Non exonerat, Judices, immanitatem ſæviſſimi Patris, quod [9] hac ratione credidit. De languente filio rem insuditam, rem facere crudelem, [10] unam rationem habet, ſi ipſe ſanetur. O triſtior, indigniorque ſemper menſura calamitatum magna felicitas! Hunccine fecit exitum illa modo civitate tota conſpicua Mater? ille indiſcretus ab utroque latere comitatus? ille gaudentium dulcis [11] error oculorum? Quid mihi mortem nunciatis unius? Perdidit miſera geminos. [*] Paſſi ſunt enim languorem miſerrimi juvenes, ſine dubio pariter, unaque, non fraternitate, non animæ corporumque conſortio, ſed conditione fragilitatis humanæ, qua ſic extranei quoque duo languere potuiſſent. Non negaverim morbum gravem, & parentibus utique metuendum: de cujus tamen adhuc, ut parciſſime dixerim, remedio quæreretur. Quid refert an medici conſenſerint, eumque periturum, cum eundem dixerint eſſe languorem? Manifeſtum eſt de duobus non dixiſſe verum, quos de altero conſtat eſſe mentitos. Jam tamen, Judices, de tam perdita pronunciatione non querimur, quod ægros, quantus erat ille miſerorum languor! Rem maximam me feciſſe puto, & meam liberis omnibus, ac Parentibus facto pietatis felicitatem, quod retuli de tanta miſeria ſolatium. Per conjugalia Numina, communesque toros, Uxor, per utriusque pignoris caritatem, per hos plantus, per hanc maciem, quæ de tuæ dolore perturbationis anima everberata contraxit, miſerere Patris qui Filium ſervavit. O nunquam medio gemitu diſſociata lætitia! Defendenda mihi vita eſt gnati, cujus ſedet Mater incuſatrix, & poſtquam deſii cum ſævitia mortis, cum morborum contumacia luctari, novum jubeo pro uxoris impatientia diſcrimen. Hunccine fecit exitum illa modo civitate tota conſpicua Mater, ut habeat de Filii ſalute querelas, ut fidem parumper nolit componere, dum attendat, non eſſe impietatis crimen orbitatem certam quocumque pretio redimere? Sed abite quæſtus, recede miſeratio. Videat Mater, quam mihi innocentia conſtet. Quid dicitis unicum eſſe ſalvum? Nullam perdidi. Occideram ipſe Geminos, ſi non maluiſſem alterum ita ſanari. Non fuit Judices, non fuit infelicium Fratrum par languor de conditione fragilitatis humanæ, qua eadem extraneis quoque contingunt, ſed ſine dubio de animæ corporisque conſortio, ac de illius communione Naturæ, quæ de Parentum viſceribus ſimili qualitate traducitur. Neq; enim alio quam communi affectu conſtare neceſſe eſt, quos iisdem compegit natura principiis, in quos unica excedens uteri fœcunditas partita in gemi-

ANTILOGIA.

quos nos

6 Quaſi ſanitas ſoli poſito reſtituta ſit & ipſa calamitas. 7 Magnam impenſam! Vitam hominis.
8 Quantum incerta amborum mors erat, licet deſperatus diceretur morbus, tantum incerta ſalus alterius poſt inſpecta occiſi vitalia. 9 Si alterum non occidiſſet; ita fortaſſe ſenſus. 10 Unicam habebat rationem faciendi hoc, ſi certo ſanandum eſſe alterum ſciviſſet. 11 Diſcurſus modo ad hunc, modo ad illum cernendum; vel error, quod alterum aliquando pro altero ſumeret; vel quod in alterum magis intuendo immoraretur.

* Exponit in narratione Mater parem utrorumque morbum, deſperationem Medicorum circa ſalutem; unius tantum promiſſa, ſanandum infantem ſi inſpicerentur vitalia, Patris crudelitatem facinus tantum permittentis, alterius violentam mortem, alterius ſalutem; miro tamen artificio exaggerat falſitatem crudelis Medici &c.

Digitized by Google

ANTILOGIA. judiciis emergat quod in ipso cœpit officio immanitatis enasci; confiteor tamen majus Matrem habuisse sævitiæ, quæ sanari Filium non tulit, & mihi non adeo facinoris reddendam rationem, quam fœminæ, si per ipsam remoto optimi medicorum remedio uterque Filius periisset. Non dubito igitur, Judices, quin amoris nostri factum deperdat statim invidiam; & satis Matris appareat aviditas, quæ cum ambos perdidisset, & restitui alterum recusasset, non est unius salute contenta. O numquam infeliciorem pietatem, cui non est meritum revocatæ orbitatis! O impotentissimam Matrem, quæ sponte orbitati superfuerat, & par esse unius morti recusat! Quod dicam crudelius factum, an alterum vetasse sanari, an remedio Patris imputare salutem? Quid quæris amplius? Reddo Filium, reddo cariorem, reddo Filium, pro quo bene Fata putarunt vitam Fratris impendi. Velis, nolis, infelicissima Mater, non odiosa est quælibet medicina quæ Filium restituat; & proclames licet, non periisse ex duobus ægris nisi qui occisus est, non convaluit tamen nisi pro quo docuit Fratris languor inspectus remedia. Neque mihi, Judices, miserationis meritum neget justitia vestra, quia dicor non amisisse Filium quod occidi. Videte quantus sit dolor hominis, quantus affectus, & existimate, quam trepide ad lacerationis venerit ministeria, & maluerit utrique parcere, si tantum fecit pro Filio. Quinimmo mihi ideo major debetur gratia, quod in tanto dolore, dubioque suspensæ Naturæ æstu, in me aliquid de forti caritate prævaluit, dum vitavi solus orbitatem, & recusanti Matri Filium restitui: nec debetis odisse, tamquam duos occiderim, sed fortiter credere, quod de duobus mortuis revocare ambos volui, alterum potui. O quan-

DECLAMATIO. fronte tractantibus videatur aviditas gaudiorum, ut [3] modo ad totius orbitatis redacta patientiam, jam non sit unius salute contenta: non possumus tamen affectibus vestris non hanc primam [4] tristissimæ calamitatis allegare mensuram, quæ ex ipsa quoque solatii sui conditione descendit. Minus misera quereretur de Marito, si sanari nec ille potuisset, pro quo est frater occisus. Nunc infelix par non est dolori, nunc non invenit ulla solatia, ex quo sibi videtur filium perdidisse victurum. Super impatientiam tristissimæ orbitatis increscit, quod intelligit, illum non sine sanitate fuisse languorem: nec persuaderi miseræ potest perituro laborasse fato, in quo inventam est, quod sanaret alium. Captet licet crudelissimus senex parricidii immanitatem [5] metu majore protegere, non invenio, unde colligi possit, utrumque fuisse moriturum. Ex duobus ægris non periit, nisi qui occisus est. Ante omnia igitur illud a vobis infelicissima Mater petit, ne maximi sceleris ideo decrescat invidia, quia pati videtur & reus ex orbitate tantumdem. Non perdidit filium, quisquis occidit. Explicat a dolore Patrem, quod sibi videtur feciſſe rem maximam, & in locum juvenis amissi substituit de vanitate solatium. Alia est, alia conditio Matris, quæ medico non credidit; apud quam sævissimæ conditionis immanitas fidem non potuit impetrare tentandi. Pro utroque timuit, pro utroque speravit. Facinus est eum majoris pietatis videri, qui de morte filii putavit alterius vel certa salute transigere. Sic debetis odisse Patrem, tamquam duos occiderit, cujus non interfuit, uter occideretur. Est tamen, sanctissimi Judices, quod de crudelissimo

3 Ut paulo ante pene orba, immo certo futura, amborum desperata sanitate. 4 Quam modo peior altero etiam sano. 5 Ne totalis orbitas sequeretur.

Digitized by Google

ECLAMATIO. fimo parricida queri poſſit non ſola Mater. Adjecit humanis calamitatibus ipſam [6] ſanitatem, & morborum, languoriſque violentiam medicinæ conceſſit. Filium occidit (ſi ipſi creditis) fortaſſe moritutum: & [7] hominem, cujus charitas debuerat ipſa deſperatione creviſſe, in hoc ſolum impendit, ut [8] tantumdem ſupereſſet incerti. Non exonerat, Judices, immanitatem ſæviſſimi Patris, quod [9] hac ratione credidit. De languente filio rem inauditam, rem facere crudelem, [10] unam rationem habet, ſi ipſe ſanetur. O triſtior, indigniorque ſemper menſura calamitatum magna felicitas! Hunccine fecit exitum illa modo civitate tota conſpicua Mater? ille indiſcretus ab utroque latere comitatus? ille gaudentium dulcis [11] error oculorum? Quid mihi mortem nunciatis unius? Perdidit miſera geminos. Paſſi ſunt enim languorem miſerrimi juvenes, ſine dubio pariter, unaque, non fraternitate, non animæ corporumque conſortio, ſed conditione fragilitatis humanæ, qua ſic extranei quoque duo languere potuiſſent. Non negaverim morbum gravem, & parentibus utique metuendum: de cujus tamen adhuc, ut parciſſime dixerim, remedio quæreretur. Quid refert an medici conſenſerint, utrumque periturum, cum eundem dixerint eſſe languorem? Manifeſtum eſt de duobus non dixiſſe verum, quos de altero conſtat eſſe mentitos. Jam tamen, Judices, de tam perdita pronunciatione non querimur, quod ægros; quantus erat ille miſerorum languor! Rem maximam me feciſſe puto, & meam liberis omnibus, ac Parentibus facto pietatis felicitatem, quod retuli de tanta miſeria ſolatium. Per conjugalia Numina, communesque toros, Uxor, per utriusque pignoris caritatem, per hos plantus, per hanc maciem, quæ de tuæ dolore perturbationis anima everberata contraxit, miſerere Patris qui Filium ſervavit. O nunquam medio gemitu diſſociata lætitia! Defendenda mihi vita eſt gnati, cujus ſedet Mater incuſatrix, & poſtquam deſii cum ſævitia mortis, cum morborum contumacia luctari, novum jubeo pro uxoris impatientia diſcrimen. Hunccine fecit exitum illa modo civitate tota conſpicua Mater, ut habeat de Filii ſalute querelas, ut fidem parumper nolit componere, dum attendat, non eſſe impietatis crimen orbitatem certam quocumque pretio redimere? Sed abite quæſtus, recede miſeratio. Videat Mater, quam mihi innocentia conſtet. Quid dicitis unicum eſſe ſalvum? Nullum perdidi. Occideram ipſe Geminos, ſi non maluiſſem alterum ita ſanari. Non fuit Judices, non fuit infelicium Fratrum par languor de conditione fragilitatis humanæ, qua eadem extraneis quoque contingunt, ſed ſine dubio de animæ corporisque conſortio, ac de illius communione Naturæ, quæ de Parentum viſceribus ſimili qualitate traducitur. Neq; enim alio quam communi affectu conſtare neceſſe eſt, quos iisdem compegit natura principiis, in quos unica excedens uteri fœcunditas partita in gemi-

ANTILOGIA.

quos nos

6 Quaſi ſanitas ſoli poſito reſtituta ſit & ipſe calamitas. 7 Magnam impenſam! Vitam hominis.

8 Quantum incerta amborum mors erat, licet deſperatus diceretur morbus, tantum incerta ſalus alterius poſt inſpecta occiſi vitalia. 9 Si alterum non occidiſſet; ita fortaſſe ſenſus. 10 Unicam habebat rationem faciendi hoc, ſi certo ſanandum eſſe alterum ſciviſſet. 11 Diſcurſus modo ad hunc, modo ad illum cernendum; vel error, quod alterum aliquando pro altero ſumeret; vel quod in alterum magis intuendo immoraretur.

[a] Exponit in narratione Mater parem utrorumque morbum, deſperationem Medicorum circa ſalutem; unius tantum promiſſa, ſanandum infantem ſi inſpicerentur vitalia, Patris crudelitatem facinus tantum permittentis, alterius violentam mortem, alterius ſalutem; miro tamen artificio exaggerat falſitatem crudelis Medici &c.

Digitized by Google

ANTILOGIA. nos derivatur. Desperavere consulti medici utriusque salutem, neque aliud incertæ expectationis sollicitudini renunciatum, quam eumdem esse languorem. Sive, Judices, suos Ars habet gradus, ac terminos, neque potest esse provida singulis, sive, quod potius dixerim, dubitaverunt referre Patri alterum esse secandum, & inspiciendam diram labem vitalium, ut pro altero aptarentur remedia. De responso autem sanctissimorum hominum non dubitemus, apparuit ambos non potuisse sanari. Sed transtulit alter in promissum mitius medicorum responsum, & spem aliquam proferre potuit solatii. Scire oportet, Judices, quantæ fuerit scientiæ qui postea consultus est, quem scilicet Arte ipsi præstantes adibant, & qui (dicam breviter) satis est probatus eventu. Quæ facies, æterna Numina, quæ divina majestas, quæ oris constantia, quæ firma verborum assertio, cum totam artem sacra mente perlegens respexit statim ad geminos, & vocavit de fraternitate languorem! Quis stupor, quod non horruit Pater Filium lacerari? Ecquid putatis sacrum Antistitem trepidasse, dum remedii retulit conditionem? Quo vultu perspexit morbum, secandum alterum pro alterius salute mandavit. Parce, mater; nimis fortiter jussit, & nimis prævaluit affectus dum spem habeo salutis. Mentior, nisi infelicissimus tota jam orbitate perculsus ipsum me optavi tantæ vitæ assertorem, & constantiam hominis miratus, ægrum jam credidi ante remedia sanatum. Non habui, fateor, in solatii mora patientiam, & timui ne optimi consilii corrumperetur occasio, si debiliori matris affectui, si minori Parentum caritati de novæ salutis retulissem promisso. Imputate, si placet, his oculis, istis manibus, quos sibi videbantur explicare non posse, parentibus crediderunt. Innocentior est simplicitas desperare, si remedia non noveris: & hanc ignorantiæ malo probitatem, ut languorem quem nescias, tantum neges posse sanari. Maximi tamen virorum, & quibus artis suæ solvendo non sit humanitas, si sciebant [12] hoc genus curationis, & illud non indicare voluerunt. Vultis & illos mentitos breviter probem? Desperaverunt de languore, cujus remedium (si patri creditis) alius invenit. Sive enim, Judices, vanissimus nescientium vidit hanc Patris in periculo liberorum rigidam, nimiamque patientiam, & hominem in filiorum languore solicitum de remedio generis humani: sive captavit ex hoc vultu quandam artis mutationem imitari, quando sanare non poterat, & ignorantiæ pudorem tegere magno tentavit [13] incerto: sive ut aliud videretur dixisse quam reliqui, verba desperationis incredibili vanitate variavit: magnaque miseros parentes ambage suspendens, tutissimum putavit promittere, quod deberet nemo experiri. Causas quidem se dixit ignorare morborum, sed salutem spopondit unius, si licuisset alterum occidere, lacerare, perspicere. En cui pietas Patris, cui credere solicitudo debuerit, dixit se scire remedium, quod nesciebat. Vultis intelligere, Judices, nihil impatientia charitatis fecisse Patrem? Non retulit ad Matrem, adacta est a morte filii vel sanitate discedere. Non propinquos consuluit, non amicos, sed sua tantum persuasione, medicique contentus, quod nocentius est, quam si ipse occidisset, alterutrum potuit eligere. Dicat nunc parricida, quid fecerit illud, quod etiam

DECLAMATIO.

12 Quod impius alter Medicus protulit. 13 Remedii hujus probatione, quod cum minus incertum visum esset, a Patre non tentandum putasset, texisset tamen ignorantiæ pudorem.

Digitized by Google

RELATIO etiam de similibus tam paribus ægris in alterum desperatio illa prævaluit? Si medici non interfuit, uter occideretur, constabit vivere utrumque potuisse; si interfuit, constabit non eundem fuisse languorem. Qualis fuerit illa curatio, quid passus sit juvenis in morte, quæ medicus parabatur, omnium cogitationibus liquere credo, dum. Ideoque parcimus auribus Matris. * Breviter tamen longæ crudelitatis explicanda sævitia est. Ex omnibus, quæ pertulit, levissimum fuit, quod occisus est. Non est quod veniam tristissimæ curationis paret, quod videtur in alio fratre explicata [14] promissio. An alterum medicus sanaverit, fortuna viderit: quod negari non potest, alterum medicus occidit. Erumpit hoc loco mulier infelix, & tota libertate proclamat. Redde mihi, Marite, filium, quem tibi pariter, medicoque commisi. [15] Hic est ille vester insanabilis, recipe quem mihi credidisti, hic ille moriturus, hic quem permiseras medico, si maluisset occidere. Vide quid profecerint anxia vota pietatis, solicitæ preces. Dum jam frigidi pectoris calorem superpositis revocamus uberibus, dum frigentia membra continuis osculis, & spiritu trepidæ Matris animamus, dum labentes oculi ad nostras exclamationes, nostrosque planctus admissa paulatim luce laxantur, dum multa mentior, multa promitto, & fratrem dico sanatum, respexit ad vitam, convaluit, evasit. Non tamen facto pietatem, non arrogo mihi prosperæ manibus crudelitatem, quod interfui, quod calentes fibras rimatus quæsivi cum Medico rationem; non excusabo præsentiam corporis, protestor tamen sic debuisse Filium sanari. O nunquam potiorem Artem, o numquam justius factum! Videte mehercule an fuerit hominis credendum, qui nobis reddidit Filium? Inter hæc tamen non habet Mater solatium, & sive invidia sit quod non potuit ipsa sanare, sive nimia aviditas post redemptam licet orbitatem, sive miserrimi Mariti odium, me malæ tractationis accusat. Me miserum! Carnificem vocat, parricidam, neque attendit majora sibi esse nomina crudelitatis, quod utrumque voluit ipsa perire. Tota tamen Fœminæ iniquitas est, quod non bene novit ambos jam periisse, cum Medici desperavere, & in supremo artis facto cædem respexit, non causas. Non sane Medici interfuit uter occideretur, sed neque ex hoc constat utrumque vivere potuisse, si quod tantum vivere alter potuit, inde fuit quod debuit Medicus unum inspicere. Quoniam vero, Judices, ita sentio Matris orationem procedere, ut nostram quam vocat crudelitatis longæ sævitiam pluris explicet, & quæ nostræ excusationis patrocinia præsensit rejiciat; meam ideo satis ad causam puto, si fortiter repellam objecta, & temere infirmatas innocentiæ partes restituam. Primo igitur imputat, quod Filius occisus est. Perit mihi statim criminis gradus, quod tu habes impietatis tantundem, & tibi mala minus mea tractatio est, quæ voluisti periisse geminos. Habent tamen, ANTILOGIA. ha-

* Incipit confirmatio, quæ duas habet partes: primo Patris crudelitatem exaggerat; 2. infirmas sententias Medicorum circa Filiorum morbum, ac remedia, quibus infirmatis non ipsis præstandam fuisse fidem contendit, ideoque maritum incusat. Primæ vero partis 1. argum. est, quod Filium Pater occiderit; neque se possit defendere quod alter sanatus sit, non enim est certum an vere Medicus alterum sanaverit, certum quidem alterum occidisse; & quidem fortasse matris alter pietate convaluit, quare quod verius inferendum, eo remedio alter sanatus est, quo uterque sanari poterat. Quæritur inde, quod ex tanto scelere solum tamen queat malæ tractationis accusare maritum. Ultimo exaggerat neque perditum Filium a Patre posse occidi.

14 Medici. 15 Sanatum Filium intelligit.

Digitized by Google

ANTILOGIA. habent, Judices, scelera innocentiam, cum nobis necessitas imponitur, cum nefas esset non facere, & ipsis debet caritas. Fatearis ipsa necesse est, si non dolet quod convaluit alter, non potes incusare remedium; si dolet, fuit sanitatis invidia ipsum vetasse. Cur vero ad hanc conditionem redactus reus erit parricidii, qui non ex libidine feritatis, sed merita ratione ut occideretur Filius indulsit? Ecquid non accepimus, sublata illum in Patris ultionem Matre æquis santissimorum Judicum sententiis absolutum? Quid referam impune fratri sororem interfectam? Majus illorum tamen fuit crimen, quam Patri Filius occisus. Sed novimus in periclitantis decoris securitatem puellam ipsius genitoris manibus jugulatam, Filios Consulis securi percussos, & post nati triumphum contemptis paternis jussibus ipso victore litatum. Tanti non est vita Filii, ut non sit majoris operis pretium. Et illorum quidem truciſſimis cædibus nullius fere tam cari salus quæsita est, & major in singulis crudelitatis aspectus; mihi plus innocentiæ constat, qui Filium alterius morte servavi, & paternarum manuum contagioni peperci. Occidi, occidi Filium, qui expulsam pene animam fratri reddidit, & cum amborum desperaretur salus, nihil paternum magis putavi, quam remedium quærere, qui morti detraheret invidiam. Occidi Filium, supremum scilicet deficientis animæ fatum explicui, & lætiorem exitum luctanti spiritui laxavi, quo sævior erat peræ curationis eventum. Quid hunc sanaverit, vis scire breviter? [16] quod potuit utrumque sanare. Pudeat vos o jura, legesque, quod miserrimi sexus dolorem [17] his clusistis angustiis! Ita maritum, quod occisus est filius, malæ tractationis uxor accusat. Perdiderunt legis hujus auctoritatem, quæ ad illas uxorias querelas matrimoniorum solent deferre delicias. Ego illam datam miseris tantum matribus puto potestatem, ab iniquo conjuge explicare divortium: & contra maritales tuetur injurias, ubi nolis præstare patientiam. Illis succurrit, quas nefas est ab viro discedere, quas in pessimi conjugii durum, perpetuumque complexum, communium pignorum nexus arctavit, quæ malos maritos pariter, & patres nec relinquere, nec ferre sufficiunt. [18] Facinus est ideo evadere maritum, quia damnaretur, si de illo minore dolore quereretur. Itaque impudenter [19] facit, quod pro detracto matrona cultu, negatoque comitatu, fastiditis noctibus, pulsataque facie, filium complorat occisum. Sileo adhuc illa, per quæ [20] parricidii crevit immanitas. Occisum filium objicio, putate luxuriosum, perditum, nocentem: fingite hoc Patrem ira, indignatione fecisse; quantum facious sit filium occidere, nemo magis fatetur, quam qui vult videri, se illud fecisse pro filio. * Ecquid, Judices, vel ex hoc totus animus mariti, tota tristissimæ conjugis calamitas perspici potest, quod se negat Ma-

DECLAMATIO.

16 Quoniam scilicet non erat insanabilis utriusque morbus. 17 Ut doloris nostri justitiam severiori jure explicare non valeamus; & solam habeamus facultatem ad actionem malæ tractationis.

18 Ita sensus: cum Lex de actione malæ tractationis data sit uxoribus propter leviores matrimoniorum causas, neque districtiori quopiam jure ipsis provisum sit in majori scelere maritorum, sequitur quod de tanti flagitii accusatione evadit homo, quia non est Lex pro uxore; si autem minus ipsius scelus, vi alterius Legis damnaretur. 19 Peccat maritus securus. 20 Apparet igitur quantum sit nefas occidere Filium, cum pro salute Filii non hominis modo, sed Filii vita impendatur.

* Secundum argum. quia negabat maritus matri communium liberorum debere rationem. Probat autem æquum se habere, 1. ex communi sanguine cujus majorem partem Filii tribuunt; 2. quia ipsæ ante esse matres incipiunt, quam ipsi Patres; cum per decem menses incognitum istis ipsæ ferant; 3. quia studiores in filios Patres sunt, ipsos in bella mittentes, laboribus adjicientes; 4. quia

Digitized by Google

DECLAMATIO. Matri communium liberorum debere rationem? Placet ergo mortales, ut de hominibus, in quos plus ex harum sanguine, ex harum transit anima, non habeant partem, nisi tantum doloris? Solos ergo communicabit misera planctus, & ab omnibus consiliis, quibus ordinatur juventa, vita disponitur, extranea voluntate, vilitate sepositа, circa mœrores tantum, lacrymarumque consortium orbitate [21] jungetur? Si mehercule fas est existimare, utri plus parenti debeatur ex liberis, non improbe totam potestatem sibi vindicabit affectus, quæ decem mensibus ante [22] vestram incipit diligere notitiam: & cum vos patres gaudium primum faciat oculorum, ante sunt conscientia matres. Facinus est ideo tantum illis minus licere, quia minus [23] facere sufficiunt. Vos estis, qui crescentes adhuc in peregrinationes, qui jam adultos in castra magnorum parentum vanitate dimittitis. Erubescitis desideriis tanquam infirmitate, & unde velocissimus transitus est in rigorem, liberos vultis amare patientia. Quam multa ideo tantum de filiis facitis, quia licet, & frequentius potestatis vestræ jactatione, tanquam aliquo gravitatis genere delinquitis? Non habet orbitas vestra lachrymas, super ardentes rogos tenetis inconcussam, rigidamque faciem, itis [24] obviam consolationibus, & quod omnem modum feritatis excedit, captatis in magna calamitate [25] laudari. Quicquam ergo erit, quod de communibus pignoribus, non pari mente, pari impatientia, vel si necessitas postulet, pari rigore faciatis? Mali tantum Patris interest, ut Matri minus erat mora mortis optatæ. Quam cara sit, quam bene quolibet quærenda pretio Filii salus, illa videat, quæ occisum conqueritur. Non potest sibi tamen persuadere Mater, alterum ex alterius inspectione sanatum, quare utrumque clamat fuisse sanandum. Parce interim impatientissimæ fidei fœmina, constabit profecto, potuisse præsciri a Medico parem utriusque de fraternitate languorem. Sed vis esse falsum? Ego tamen miser facile quod nimis volebam credidi, & in summa dubitationis nostræ sollicitudine fidem habui notissimæ artis auctoritati. Quid putarim mentitos Medicos, quibus tu quoque remedium præbentibus credidisses? Queritur uxor, quod nihil de novo hominis remedio retulerim, quasi non matri debeatur communis ratio liberorum. Ecquis tamen totum Patri auferet in Filios imperium, & minori sexui indulgebit, tantumdem reddet potestatis? Non negaverim aliquam quoque vobis esse auctoritatem, major tamen quæ Patris est, & quæ in absurda, siniſtraque Matris jactantia non habet parem. Quæ enim vestra, nisi levissima ministeria sunt, quæ tenellam illam cum membris indolem educatis, & facillimam naturam in leviorem trahitis obedientiam? Quos vos facitis, Juvenes, quam desides, quam ignavos, quam in otium, socordiamque traducitis? Non eruditis, non ad labores, & pericula componitis, non ad familiæ regimen aptatis, neque nobis redditis, nisi ad honestatem, ad quam homo nascitur, infirmiores. Nos ferociorem compescimus ætatem, & adulti spiritus audaciam frangimus, & præstamus Filios innocentes, quos non haberetis nisi perditos. Quid est quod

ANTILOGIA.

li- con-

in defunctos non adeo pii sunt; 5. quia sin minus cæteris temporibus, saltem dum languent majorem habent matres partem.

21 In orbitate æqua potestate lachrymarum, & doloris Patri jungetur; neque antea poterit Filiorum juventæ communicare consilium. 22 Alii legunt *nostram*, utrumque bene. 23 Pro adultis. 24 Occurritis ad sortem, superbamque constantiam compositis consolationibus. 25 Laudari ex hoc quod Filii mortem æquo animo patiamini.

Digitized by Google

ANTILOGIA. constituat hominem, nisi cui extra Patrios lares occurritur? Nos crescentes adhuc in peregrinationes, adultos in castra per magnorum Parentum vestigia dimittimus, ut incertæ sortis conditionibus assuescant, ut discant aliud vitæ genus esse, quo Vir fruatur, neque fidem habeant de sola Matris renunciatione. Nos foris, nos judiciis imponimus, eamque quam dedistis vos corpori referunt animæ nobis vindicibus educationem. Adde, quod nulla vos angit sollicitudo, nullus dolor, nisi qui lævissimæ naturæ est, nobis de ætatis necessitate semper cogitatio, & dum vos interim de sorte qualibet improvida oblectatione gestitis, nobis de futuri incerto est etiam inter gaudia timendum. Age, per Deos immortales, quid vobis levissimi mulierum affectus vindicatis, qua nobiscum gratia eluctamini, quæ non aliud habetis meritum, quam quod nobis datis de quibus meremur? Quid majus potestatis asseritis, quod decem mensibus ante nostram incipiatis diligere notitiam? Quam ante sumus conscientia Patres, qui nuptiarum solam habemus pro Filiis rationem, & si vos Matres decem mensibus ante oculorum nostrum gaudium appellamini, habemus ante thalamum Patris affectum. Non habet orbitas vestra lachrymas (proclamat infelix) super ardentes rogos tenetis inconcussam, rigidamque faciem. Felices Matres, quæ non habetis affectus virorum! Quanto necesse est tristi animæ altius acerrimus dolor inhæreat, quam vexata ipsa anima detinet, neque imbecillioris sensus ministerio patitur exhauriri? Quanto longius durat sæ- DECLAMA. liceat. Sane cedat vobis circa regendas communium pignorum mentes sexus infirmior, vos mores, vos vitæ genus, vos matrimonia, cæterosque actus vestra persuasione firmetis: nunquid arrogans consortium, nunquid impotens societas est, liberos communes esse languentes? Si quis imo pudor est, cede nunc tota potestate Matri, illius sit in ægri toro proximus locus, hæc adhibeat fomenta, porrigat cibos: si quid impatientia, si quid flagrantium viscerum possit infirmitas, Mater neget, Mater indulgeat. Illas, quas immodicus ardor discutit vestes, hæc super fatigatos reponat artus, illa jactatas toto lectulo manus sedulo contineat affectu. Fruſtra captas videri ultionem magnæ charitatis, ab omni curæ ratione sepositus. Cum circa curationes liberorum non consentiunt parentes, curationis est culpa, non matris. * Quid quod filium occidit innocentem, cui nihil objicere, nihil poterat irasci? Filium (si ipsi creditis) pro fratre mori paratum, cujus suprema ferre non poterat. Novum, Judices, & incognitum rebus humanis audite facinus. Jam parricidium pietas, charitas, & [26] impatientia orbitatis admittit. [27] Malo odium, querelas, execrationes, quam ut quis liberos affectu, quo servantur, occidat. Quid refert an per hoc alterius filii anima redimatur? Si parricidium fas est ullas accipere causas, filius [28] propter se tantum debet occidi. ** Adjicite, Judices, immanitati, quod occidit ægrum. Omnibus equidem mortalibus majorem crediderim de languore venire reverentiam, & illorum quoque, quos

* Tertium argum. quia Filium occiderit innocentem; quare percipere mater nequit, quomodo ex pietate fieri possit parricidium.

26 Fecerat enim parricidium Pater, ne pateretur totam orbitatem. 27 Melius est ut quis occidat Filium ipsi iratus, & per odium, quam ex pietatis impulsu, qui est quinimmo affectus ut Filii serventur. 28 Non in alterius gratiam, sed tua tantum causa.

** Quartum argum. quod ægrum occiderit; cui major habenda erat reverentia, cum inter victuros quoque nullius magis misereamur quam ægri. Pater autem in ea conditione, in qua etiam auribus parcendum est, neque vitæ pepercit.

Digitized by Google

DECLAMATIO. quos inter supplicia pereuntes avido spectamus assensu, juxta valetudines tamen, morborumque violentiam quodam innocentiæ favore miseremur. In carceribus, & in illa profunda nocte pœnarum, irreligiosus ille anheli pectoris pallor inspicitur, non sic confundunt obvios gravioribus catenis colla stridentia, & diutino squalore [29] concreta facies: ut ille, quem ad singulos conatus, gressusque labentem vix trahit, impellitque longus ordo vinctorum, & inter tot destinatos, totque perituros, omnium tamen in se retorquet oculos unus æger. Quid ais? tu illum, quem nunc nefas est castigare, reprehendere, cujus auribus parcere debuerunt sæviora verba, si quid negares, videreris occidere, ferro, vulneribus aggrederis? Non potest hinc tibi venire defensio, ut hoc sis pro alterius salute commentus. Inter duos liberos pari desperatione languentes da bonum Patrem, non præponderabit, alterutrum non eliget, sed ut incertum orbitatis evadat, ipse morietur. * Tentat hoc loco, Judices, crudelissimus senex excusationem temeritatis suæ de medicorum trahere consensu. Desperaverant, inquit, de duobus. Sed ut incertum orbitatis evadat, sepono paulisper immanitatem Patris, qui credidit, & de arrogantissimæ persuasionis hominibus queri, totius generis humani nomine volo. Quam multas artes misera mortalium solicitudo fecisti! [30] Fato vivimus, languemus, con-

ANTILOGIA. sævissimæ angor calamitatis, cujus tandiu torquetur pectus angustiis, quanta nostrorum est severitas oculorum? An vitalia opprimens tristis tabes erumpat, cum ad superbam constantiam compositus animus neget dolori exitum? Cito dolor vester pertransit, quem assiduis plantibus verberata anima respuit, & non habet pietatis meritum, nisi quod statim totus est. Summum est miseriarum delinimentum non negare casibus lachrymas, pectusque relaxare suspiriis, neque miserior est patientia malorum, quam quæ intra ipsa viscera lenta explicat languoris officia. Crede mihi, perseveraturæ mœstitiæ exoneratio est planctuum fluxus, & quidquid membrorum ope imitatur dolorem, citius hominis levamen est. O nostra tristior conditio, qui dolere cogimur, nec satis possumus! Quod si nulla, Judices, occasio, in qua totus paterni juris sit Filius, sane crediderim cum ægrotat. Levior vester est affectus, & remediorum, quæ Ars provida confert, salutari atrocitati penitus impar. Si vobis credimus, non habet tam bona scientia locum, neque existimatis, quod dum laceratione horrescitis, dum negatis, vos ipsæ Filios occiditis. Si qua pietas est nobis, redite ad sæviorem affectum compositis, nos remediis adstemus, dum indignata anima fortibus artibus revocatur. Parcite vos auribus, oculis; nos ægros sanabimus, & reddemus. Quid quod, inquit, Filium occidit innocentem? Quin læ-

29 Sordida, referta sordibus, atque ideo concreta.

* Pars altera confirm. in qua Mater infirmat auctoritatem. Primo ergo non fuisse credendum, cum de duobus desperavefunt, probat 1. quia nulla Ars medicina est; cum salus, morbi, vita, mors pendeant ex nostro Fato, neque Ars ipsis providere possit; 2. quia robustior illa pars humani generis (intelligit puto rusticos) sine hac Arte morbis medentur suis, & vivunt; 3. quia non est Artis, quæ tam præstans dicitur, non posse sanare, & recedere ab homine, qui vivit adhuc, tamquam sit mortuus, alioquin de omni ægro desperandum esset. Præterea tam longa est spes, quam vita hominis, cum ex hac quoque ratione instituta sit tardus funerum apparatus; 4. impossibile est Arti scrutari humanorum viscerum morbos, cum nos tot diversa compingant, ex quorum affectionibus variis in nobis quoque morborum oriuntur diversitates; 5. qâia responsum ipsorum nec est verificatum in sano, neque in altero, qui languore non periit; 6. quod licet desperaverint Medici, Patri tamen erat sperandum &c.

30 Si vivimus &c. de Fati nostri conditione est.

Digitized by Google

ANTILOGIA. lætare, quod cum debuerit paternæ esse pietatis unum occidere, in innocentia (quod, mihi crede, summa felicitas est) suprema hora contigerit. Quam varii nos manent exitus, quam multis casibus de lucis hujus hospitio transfertur humanitas! Dubia nobis extremorum conditio est, & certissima dies illa non reditura tantumdem habet incerti. Quis mortalitatis infirmis viribus fidet, ut innocentem de virtutis constantia despondeat exitum? Alium præterlapsa pœna non tetigit, alium in ipso scelere mors deprehendit. Expende, quantum laudanda sit opportunæ mortis occasio, & cuilibet optandum, ut cum velle potest moriatur, ne rapiatur cum nolit. Quam multos sera tetigit de diutina vita pœnitentia: & cogita, quantis nocuerit, ac nociturum sit exiguum spatium illi superadditum, de cujus brevitate conquerebamur. Putemus tum nostrum expleri Fatum, cum nobis singula eveniunt, & beatæ sortis indulgentiæ referamus acceptum, si bene morimur, quia raro licet. Ideo bene Filius obiit, dum nihil objicere potui, nihil irasci, ne postea forte committeret, pro quo reus cæderetur. Faciamus igitur de misera hac necessitate solatium, &, si fas est, imputemus Fatis, quod ancipitem decessum certo innocentiæ obitu pro Filio occupaverint. O quanti momenti Filii salutem æstimamus, pro qua innocens laceratus est! Adjicite, inquit, immanitati, quod ægrum occidit. Levissimum putes, quod occisus est. Quota pars est remediorum, in quibus non sævius aliquod morte sit, inter quæ invita anima in sævissima detinetur patientia, dum magis cupit exsolvi? Cogita quas subeat homo lacerationes; huic integro annorum decursu leguntur ossa, & scrutaturæ manus altis viscerum latebris immergun-

DECLAMATIO. convalescimus, morimur: medicina quid præstas, nisi ut juxta te nemo desperet? Dicturam me putas, non credo renuntiantibus, non accedo cum deserunt, relinquuntque languentes. Ego vero medicis non credo sperantibus. Aspicite [31] majorem partem generis humani, & si me interroges, illam robustiorem, illam adhuc in [32] prima rerum naturæ veritate viventem, nullos artis hujus novit [33] antistites: nec minus tamen bellorum vulneribus, morborumque medetur incursibus, non [34] disputationum vanitate solerti, sed experimentis, & invicem per similes, dissimilesque casus observatione ducente, tradita ratione succurrit. Non medicina sanat, sed quicquid videtur sanasse, medicina est. Quo vultis animo feram, quod ars (quantum dicitis) inventa pro vita, si diis placet, autoritatem formamque captat, ut longe ventura suprema prospiciat, ut adesse fata denunciet, quæ nec timentur, & maxima scientiæ pars esse cœpit, sanare non posse? Quisquamne ab homine, qui adhuc loquitur, spirat, intelligit, sic recedet, quemadmodum relinquitur exanime corpus, & ibi finem vitæ putabit, ubicunque scientiæ substiterit infirmitas? Si fragilitatem mortalitatis, incertosque velimus æstimare casus, tantundem periculi habet omnis æger. Iniquissimum est desperationes vocari, quoties remedium medicina non invenit, & angustias sive artis, sive mentis humanæ ad invidiam referre fatorum. Nihil magis interesse omnium puto, quam ut spes pro homine tam longa quam vita sit. Unde putatis inventos tardos funerum apparatus? Unde quod exequias planctibus, ploratu, magnoque semper inquietamus ululatu? quid quod

tur; faci-

31 Rustici fortasse. 32 Veritate illa, quæ erat hominibus Rege Saturno, *quippe aliter tunc Orbe novo cæloque recenti vivebant homines*. Juven. Sat. 6. 33 Sacri professores Artium habentur. 34 Quæ inter se habent Medici, dum de remedio consultant.

Digitized by Google

DECLAMATIO. facinus videtur credere tam facile vel morti? Vidimus igitur frequenter ad vitam post [35] conclamata suprema redeuntes. Plerique convaluerunt [36] negligentiæ bono, [37] quosdam explicuit quicquid alios fortassis occideret. Hos indulgentiæ [38] temeritas, illos adjuvit [39] desperationis audacia. Datur fortassis huic arti perspicere morbos, profutura meditari: sed unde sciet, quantum inter viscera, latentesque pectoris sinus, unicuique [40] animæ natura concesserit? quam proprietatem [41] spiritus, quam corpus acceperit? Non tam variæ mortalibus formæ, nec in vultibus nostris sedet tanta diversitas, quanta latet in ipsis dissimilitudo [42] vitalibus. Inenarrabile, indeprehensibile est, quicquid nos [43] elementorum varia compago formavit. Et prout in nos plura, seu rariora de [44] terrenis seminibus, cœlestibusque coierunt, ita vel duramur [45] tacita ratione, vel solvimur. An desperantibus credi debuerit, vos æstimabitis: qui negaverunt ægros posse sanari, nec in hoc probaverunt, qui evasit, nec in illo, quem non languor occidit. Justas mehercule haberet mulier causas querelarum, si nova incognitaque ratione vel utrumque fervasses. Nunquam ex magno venit affectu incredibilia vel profutura tentasse, & in re, quæ plus de incerto habet, temeritas experimenti solam probat desperationis audaciam. Quid refert cujus tur; illi contumax labes, & in dies excrescens tota artuum mutilatione torquetur, & deficiens corpus longissimis cruciatibus destinatur. O mors expetenda infelicibus, quam optime præstas ut semel moriamur! Non renuit tamen humanitas de morte revehi per mortium trucissimas semitas, & non vetaret mater utriusque lacerari corpora, etiamsi de utroque desperaremus. Quam mitius feci, qui non torsi alterum, non discruciavi, sed certissime de ægritudine moriturum suo Fato reliqui. Quoties vidimus in ipsa curatione periisse languentes, admotumque remedium festinasse suprema? Quoties in ipsa sectione partium defecere infirmata vitalia, viamque anima dedignata cruciatus sibi per innocens vulnus aperuit, intulitque medentis ferrum Fatum carnificis? Hunc ipsum luctamen remedii pollentis peremit, alterius novo everberatus cruciatu defecit spiritus, in hoc infirma nimis medicina fortis morbi vires usque in exitium adauxit. Quid non putes Filium cecidisse, dum sollicita medicorum arte fovetur, dum immines ipsa medentibus, & officia ministras quæ non times? Quin refer gratiam, quod novum genus curationis institui, ut sanaretur alter sine dolore. Verum, Judices, ne putetis me sola esse horum confutatione contentum, & jactatione verborum, inter quæ nos Mater procul a causæ nostræ difficultatibus detinet immorari, supremæ illius quæ me in parricidium adegit ne-

ANTILOGIA.

35 Defuncto ægro conclamatur, actum est. 36 Quod scilicet neglexerunt remedia. 37 Unum remedium alteri salutare, alteri lethale est. 38 Alter convaluit quod speravit sibi Numina indulgentia futura, & salutem instimatura. 39 Alter, quia licet ipsius salus desperaretur, tamen fuit semper audax, nec timuit ipse, nec desperavit, nisi dicas audaciam in desperando, & sic quod voluerit desperare sanatus, &c. 40 Homini, vel etiam animæ, quod partes illæ ipsius sint receptaculum.

41 Videtur intelligere animam esse ipsam quoque compositam; vel naturalem spiritum, calorem scilicet vitalem significat. 42 Vitales partes sunt cor, cerebrum, hepar, quæ primæ ex puriore semine in infante fiunt, unde etiam dicuntur spermatica; intelligit tamen totum thoraca.

43 Non elementa significat pura, quæ non sunt nisi terra, aqua, & ignis, ex quorum atomis, expulso non immerito aere, componi censuit Democritus mixta: vide Plut. Laert. Lucret. & alios Philos. sed elementa vocat quæcumque mixta ex ipsis resultantia nostras partes efformant, quæ certe innumeræ sunt. 44 Videtur admittere in rerum principia cœlum, & terram.

45 Occulta dispositione.

Digitized by Google

ANTILOGIA. necessitatis fortiter reddo rationem. Desperaverunt de duobus pariter sanandis, quorum eundem esse dicebant languorem sacræ Artis notissimi Antistites, & ideo nullum inimicum putavi remedium, quod nobis alterum restitueret. Tentat vero Mater efficere, ut medicorum arti non credatur, & de arrogantissima quam vocat hominum persuasione totius humani generis nomine queritur. Quæ impudentia non colere artem, quæ de prima mundi auctoritate tot sæculorum consensu in nostros usus percrebuit? Quis de facultatis veritate dubitaverit, quam sapientiæ partem majores nostri coluere, cum & curatio morborum, & scientifica naturalium causarum perscrutatio iisdem auctoribus cœperit? Quare non supra meritum creditum est, si primus salutaris scientiæ professor inter Numina recenseretur, quod faustissimum humanæ salutis exordium nonnisi de cælorum providentia manaverit. Adde quod Ars tanta humanæ necessitatis sollicitudine perquisita, & ad tanti usus momenti redacta citissime ipso in ortu stetisset, nisi sensissent singuli de utilium constantia operum profuturam. Certe, Judices, rerum natura sicuti infirma nobis, atque ægra corpora de diversis seminibus, & varia humorum mixtura disposuit, ita sagaci diligentia prospexit, ut defectibus mederetur quos ipsa fecisset, & invidiam valetudinis pari curatione levaret. Mire scilicet in lapidibus, ac herbis validissimi operis effusa vis est, & ubicumque moreris inter ea quæ intercujus sit conditionis æger, quantum adhuc spei, quantum videatur habere de vita? Sacrosancti sint parentum metus. [46] Dii non sinant, ut ex liberis vilior incipiat esse periturus. Medici desperaverunt. Quid istud ad Patrem? Spera tu, jube sperare Matrem, tuis potius affectibus, tuis crede votis. Et hoc de parricidii facilitate est, circa filiorum languorem ad desperantes potius accedere. Eidem habes hominibus, quos mentiri alius affirmat, contra quos iterum credis, uni præsertim? Pessime hercle de tua feritate sentirem, si in quacunque filii curatione non adhiberes propinquos, non interrogares amicos, non respiceres ad Matris animum: non hanc primam impatientiam, non hunc consulis timorem? De nullo filio minus debet soli sibi permittere Pater, quam qui videtur utique moriturus. * Fratres, inquit, & gemini erant, ideoque credibile est illis eundem fuisse languorem. Rogo, quis in ullo mortalium ferat ignorantiam pariter, & affirmationem? quisquis nescit quod genus languoris sit, non potest scire an idem sit. Nihil, Judices, in rebus humanis voluit esse rerum natura tam simile, quod non aliqua proprietate secerneret. [47] Quid refert, an ex iisdem prima illa duorum corporum, animorumque compago seminibus oriatur? Sibi quisque firmatur, sibi quisque componitur, & duo pluresve fratres nascuntur fato singulorum. Hanc ipsam indifferentiam, quam mirantur

DECLAMATIO.

ter- oc-

46 Dii non sinant ut scelus hoc in exemplum abeat; quare si Filiorum alter sit Patri, capiat occasionem occidendi prætextu sanandi alterius.

* Secundum argum. non fuisse credendum, cum dixerunt eumdem pariter esse languorem, 1. quia si nescibant quod genus morbi esset, non poterant scire an esset idem; 2. quia nihil simile est adeo ut nullam habeat dissimilitudinem, nam licet omnes iisdem constemus principiis, singuli tamen nobis firmamur; ulterius secernitur illa quæ creditur ab aliis indifferentia a nutricibus, Parentibus &c. tandem licet similis sit facies, discrepant tamen in moribus &c. 3. sicut non eadem est fortuna, ita neque natura; 4. quia diverso tempore de utero prodierunt, quare non possunt traxisse eosdem cœlorum influxus &c. 5. ex ipso facto, quia neque uterque occisus est, nec uterque sanatus.

47 Hæc prima semina, in quolibet corpus emissa, ibi diverso modo disponuntur, & firmantur vel levius, vel fortius.

Digitized by Google

DECLAMATIO. occurſus, ſtupent civitatis oculi, parentum tamen agnitio dignoſcit, ſeparat notitia nutricum, & fallentibus notis, eſt rurſus quod faciat ipſa ſimilitudo diſſimile. In plerisque quamvis ſit indiſcreta facies, invenitur tamen alius oris ſonus, habitus, inceſſus: & ut ipſa conſentiant, diverſa mens, contrarii mores, & vitæ genera rixantia. Quid quod non eandem eſſe naturam geminorum probat etiam fortuna diſſimilis? Hunc preſſit paupertate perpetua, illum inſperatis opibus excoluit. Illius per titulos, & honores, hujus per ignobiles, obſcurasque ſordes totam duxit ætatem. Simile eſt, quicquid accipiunt ex homine gemini: diſſimile, quicquid ex fato. Nec enim tam pariter in lucem de maternis exiluere viſceribus, ut illos [48] eadem origo ſignaverit. Quantum putas interfuiſſe temporis dum primum uteri pondus egeritur, dum partumper exonerata vitalia alvo rurſus homine lavantur? [49] Breve forteſſis, exiguumque videtur mortalibus oculis, ſed ſi terrena mente perſpicere velis, orbis hujus vaſtitatem, ſcies multum eſſe, quod inter duas tranſcurrat animas. Volvitur ſuper nos hæc cœli ſyderumque compago, & ſol præcipiti [50] per proclive decurſu, totius diei, noctisque brevitate emenſus orientis occidentisque curſus, diverſorum ſyderum in primo ſtatim ortu, rotato [51] ſe rurſus [52] axe conſequitur. Hoc tu parvum credis eſſe ſpatium, quod diverſis pariter rebus impleatur? Quantum inter illa tranſcurrentis horæ momenta naſcitur, perit. Igitur quando unquam peregrinati ſunt una, militavere tercidunt, provida humanitatis reparatio ſubjicitur. Illud in ima viſcera immiſſum abditos ſcrutatur receſſus, & de obſeſſis partibus fœdam peſtem expellit. Illud alte inhærens telum leni attractu deducit; hoc late fluentem ignoto obice ſiſtit cruorem; hoc æſtuantia vitalia refrigerat; hoc fovet rigentia; hoc ſeminum ſedat pugnam, & reluctantes partes in ſua miniſteria componit. Nullum fere invenias morbum, cui non præbuerit natura remedium; tamque certum eſt ægris corporibus ſanitatem per medicinam promitti, quam per agriculturam validis alimenta. Quare, ſi me interroges, non latenti ſalutares virtutes ſinu abdidit, neque tot providentiam bonorum inter invidiam ſecreti de noſtræ arcuit neceſſitatis notitia, ſed per ſacram artem ut in commune occulta ſemina eveherentur conceſſit. Inde eſt quod quibus craſſior elementorum compago accuratiores ſagacis mentis obſervationes ſuppreſſit, neque exercita anima nobiliores perſcrutata cauſas evolvit, intentatæ gaudet cognitionis inſtinctu, & providit ultro natura neſcientibus. Videmus imperitiſſimas gentes, & de humanitatis ingenio fere ſepoſitas, morborum noſſe remedia, & in auxilium deficientis corporis prompta occurrentibus carpere medicamina. Ita quæ proſpexit ſingulis ſapientia conſtituit, ut variis modis eundem finem mortalitas aſſequeretur, dum noſſent iſti, illi diſcerent. Sed neceſſe eſt æternæ providentiæ querelas contra injuſtiſſimam Matrem expromam. Ita ne mendax erit ſacræ artis promiſſum, & medendi tota ſcientia latebit hominem, quæ bruta non fugit? Ita de pulcher-

ANTILOGIA.

48 Ut habuerint eum horoſcopum, ex aſtrologorum ſententia; videtur afferre reſponſum Nigidii Figuli, qui ſimili modo reſp. objicientibus non dominari Aſtra corporibus, cum ex Geminis diverſæ ambo naturæ ſint. 49 Bis, inquit, Figulus percuſſi rotam Figuli citiſſime rotatam tanta arte, ut nulla in ictus mora eſſet, credidi ſibi proxima futura puncta, inveni tamen præ motus velocitate ſatis diſtantia. Hoc idem in Aſtris citiſſime pergentibus &c. 50 Per orbicularem ſuam ſemitam.

51 Voluto rurſus Orbe ſuo ſynecdochice. 52 Conſequitur priſtinum locum ſuum; ſeu conſequitur ſe quaſi vix diſceſſerit per primum Ortum, quando ad alterum redit.

Digitized by Google

ANTILOGIA. cherrimi operis, plurimumque de cælo trahentis conservatione minime fuerit natura sollicita, quæ invidiam timuit irrationalium, nisi labes forti remedio curasset? Cernite animantium per virentes semitas anxia corpora, & scrutaturas nares præmissas, inde ora legentia, & rationalem fere alimenti modum, compositosque inter ægritudinis momenta discursus. Quis neget tandem in majori scientiam esse, quæ tota est in minoribus? Sed quoniam, Judices, fas erat, ut sicuti in cæteris, in hoc esset quoque discrimen, quod pulchrius, quod justius? Innato instinctu ignara bellua sanabitur, rationalis homo habebit artem sanitatis. O veram Artem, cui neque possit irata Mater objicere, cujus eximium licet mirari consilium, quod securis omnibus ac fidentibus paucis addit sollicitudinem curationis. Verum unde firmior facultati fides, quam de tot operibus, quibus sedula diligentia medentium confectas pœne animas in lucem rursus restituit? Occurrunt in dies infirmæ naturæ dubiæ vices, & quas mortalis compago qualitates coercuit, alterna dissensione prorumpunt, & vita identidem in mortis confinio suspenditur; quo rueres humanum genus, quod nulla reparatio firmaret? Quid sollicitaris Medicos, quid paretis jubentibus superbissimi affectus qui tantam Artem contemnitis, at de vestro consensu probatis? Mater, ut vincat fallaciis, profert majorem partem generis humani, & si ipsam interroges, illam robustiorem nullos Artis hujus cognoscere Antistites, vere pariter? quid non diduxti, separatique fecerunt? quando illos languor, quando suprema junxerunt? Et quandoque sit necesse est aliter, ex geminis quod pariter languerunt, non sic accidit, quomodo fratribus, sed quomodo duobus. Non eodem fato languere geminos, quemadmodum vultis, brevius probem, quam quod nec uterque occisus est, nec uterque sanatus. * Sed fingamus hoc esse verum, quod desperaverunt medici: relinque nobis pater [53] innocentiam calamitatis, [54] salva solatia sint de liberis, quos tibi videris non perdidisse nisi fato. [55] Quis ex parentibus nescit hac se mortalitatis procreare lege? Sed indigni exitus [56] supra orbitatem sunt. Ideo magis flemus illos, quos bella rapuerunt, hausit incendium, naufragia merserunt. Fortius feras inter assidentium manus, inter suorum officia labentes, cum se invicem oscula, cum se satiavere sermones, cum [57] data suprema mandata sunt, & se scit pietas omnia fecisse pro vita. Igitur verum dixerim, illos mori credimus, hos perire. Non invenio quemadmodum excusationem pater de consensu possit accipere medicorum: Hoc est, quod omnem comparationem feritatis excedit. Filium pater propter hominem, quem non putavit posse sanari, occidit? quod tu monstri portentique genus es? habes parricidii patientiam, non habes orbitatis. Ita demum potes ferre filii mortem, si facinus adjeceris? Tu occidis, quia desperavere me-

DECLAMATIO

* Tertium argumentum, quia verum licet fuerit, quod desperaverint, non erat alter occidendus, sed naturali cursui linquendus uterque; nam 1. omnes lege moriendi nati sunt; 2. minus sunt tristes naturales exitus, ideo magis illos lugemus, qui violente perierunt. Patris hinc sævitiam exaggerat, qui patientiam habet parricidii, & non habuit orbitatis; qui facinore peractam Filii mortem fert; qui nihil plus pietate fecit quam Medici nihil curantes.

53 Sive ut nostra calamitas sit innocens, non nostra facta culpa. 54 Salva sint solatia quæ in Filiorum morte nobis contingere possunt quod naturaliter obierint. 55 Vide Sen. de Consol. ad Martiam. 56 Tristitiæ magis supra orbit. important. 57 Dulce parentibus esse mandata suprema Filiorum exequi; sicuti præcipuum amicorum munus non est *prosequi defunctum ignavo questu, sed quæ voluerit meminisse, quæ mandaverit exequi*. Tacit. lib. 2. Annal.

Digitized by Google

DECLAMATIO. medici? Quererer mehercule si reliquisses, si quid de continuatione curæ solicitudo laxasset. Nihil ergo plus facies, quam illi, qui nunc plures fortassis circumeunt ægros, quos [58] detrahit, quos avocat alia curatio. Filios saltem committe vel marti, de fortuna queratur, diis faciat invidiam. Mulieri, quæ ferre non potest, quod videris desperasse, nunquam ex hoc rationem reddas, quod occideris. *Quis hanc, Judices, impudentiam ferat? tentat pater, ut & huic rei credatis, quod desperaverunt omnes, & quod speravit unus. Nostræ quidem querelæ sufficit non convenisse medicis: & cum inventus sit, qui contra sensum desperantium genus aliquod sanitatis afferret, fas erat, Judices, ut adhuc inveniretur alius, qui lætiora, utiliora promitteret. Hoc nunc me queri putatis, quod in re, de qua credere nec omnibus debuisset, accessit uni? Non interest an supersit remedium, quod tentare non debeas: & ubi tantundem periculi speres, quantum desperatio habet, melior exitus est, qui facit miseros innocentes. Quid invidiam prioribus medicis paramus? Nemo magis desperat, quam qui se negat nosse languorem. (58) Quid agis, pater? Ita tecum quisquam sic audet agere de duobus filiis, tanquam de duo-

ANTILOGIA. tes, nec minus tamen bellorum mederi vulneribus, nec disputationem vanitate solerti, sed experimentis succurrere. Quid hoc, Dii immortales, nisi tota ipsa Ars, quam suprema opifex providentia inter agentes partita est, ut quibusdam & ipsa natura nullo studio, nulla duce ratione contingeret? Cujus equidem si in craffioribus illis, ac rudibus tanta vis est, nullus dubii locus, quin in illis magis supereminеat, quibus assidua mentis, subtilique perscrutatione perquiritur. Quid enim medendi artem dicas, nisi divina salutarium rerum observatione, perceptaque exigentia morborum, enascenti labi cognitis remediis obstare? Bene, Judices, quidquid sanasse videtur medicina est, & ducentibus per similes, dissimilesque casus experimentis, conscio sagacis animi discursu artis securitas confirmatur. Ergo si placet observationibus sanandi scientiam concedite, & si addatur ipsis disputationum solertia, negate. Non potest tamen ferre Mater, ut medicus de hominis salute desperet, & ab eo qui loquitur adhuc, spirat, intelligit, ita recedat, sicut relinquitur examine corpus. Si morborum curatio de illis procedit, quæ præbet medicina remediis, & vix unquam contingit, ut ægra vitalia nullo externorum ministerio sanentur, necesse est ut ibi finis vitæ putetur, ubicumque scientiæ potentia substiterit. Agnoscit enim, Judices, suos Ars limites, & sine tantæ auctoritatis pudore fatetur infirmitatem, cum sive destinata dies advenit, & irrevocabilis Fati telum imminet (quid enim patiatur Fatorum necessitas contradictionem?) sive cum novo ægritudinis genere infecto corpore non invenit ignorato malo remedium. Fateor vero, si unquam, maxime Medicis desperantibus credo, de quibus lenia fere semper responsa, & secta promissa, ut speremus adhuc, & subtrahamus dolori tempus, referimus. Quod si nolitis sacros Antistites desperare, tantumdem habendum est de ægris omnibus, senibusque fiduciæ, ut nullum putemus morituram. Detur fortassis, inquit, huic Arti perspicere morbos, profutura medi-

58 Et impedit ne primam curationem necessaria cura perficiant.

* Quantum ergum. quia uni credidit speranti, desperantibus cæteris; 1. ergo fas erat ut & alter inveniretur, qui lætiora promitteret; 2. Tam desperavit iste, quam illi, cum dixerit se ignorare languorem. (58) Supple, *quid agis Pater? Ita tecum quisquam sic audet nosse languorem?*

Digitized by Google

ANTILOGIA. meditari, negat tamen scire posse quantum inter viscera, latentesque pectoris sinus unicuique animæ natura concesserit. Nunc vere, Judices, tantæ scientiæ certitudo triumphat, & hinc veram scientiam putare fas est quod habet suas causas. Fateor equidem, summam esse in ipsis vitalibus dissimilitudinem, cum nos tam varia elementorum compago formaverit; facile tamen quidquid inenarrabile, indeprehensibile videtur, prorumpit, & de se ipsa reddit quælibet ægritudo rationem. Primum enim ipsa se præcordiorum, & qualitatum natura in externis vultibus manifestat, & in sanis ipsis ac validis patet, si vel humidi, vel caloris, cæterorumque copia pererret, ac polleat, de quorum perturbatione ægritudo fere quælibet derivatur. Transeo, quod de morbis scientiam præbet longa series experimentorum, quibus de affectuum observatione in causarum claritatem devehimur. Si continuis dolor gravis excrescat excessibus, neque ullum spatium aggressus intercidat, acutior indicatur morbus, quod vel cito pereat, vel conficiat. Si lentis invalescat accessionibus fervor, & remissa quandoque labes laxetur, longiore torquebitur corpus ægritudine. Quid cætera referam, quibus singulos animarum affectus solers facultas dignoscit? Varium enim necesse est genus esse, cum de calore manat, aut frigore, cum diversa peragunt discreta ipsa elementa ministeria, cum vel fames sequitur, vel satietas, cum varius modus est assumptorum, & dissimili sanguis voluratione percurrit. Quid amplius in Arte quæritis, quam de partium casuum observationibus certitudinem? Addite, quod scientibus nihil humanorum viscerum corporis tegmen occultat, neque externa hæc species apertius innotuit, quam abditorum meatuum, ac repositarum partium tota cognitio. Incisa mortuorum corpora sagax observatio perlegit, atque intestina penitus scrutatæ mentes, quæ figu-

duobus ægris? *Tu ex geminis alterum occidendum dabis? Non ferrem, si separare expositurus auderes, si contentus esses educaturus alterutrum: non ferrem a piratis captum filium alterius vicaria servitute redimentem. Tu de orbitate facies vices? & casum singulorum per utrumque diffundes 59? Parricidium vocarem, si promittente medico quod sanaret unum, posses eligere periturum. Pene crudelius est geminos dividere quam perdere. En scientia cui debeat credi: negat se scire causas languoris, deinde promittit quicquid licere non deberet nec intelligentibus. Occidam, inquit, deinde sanabo. Memineris, pater, in hac conditione prius esse, ut occidas. Non est tanta pietas servare filium, quantum facinus occidere. Tu nunc hoc putas profundæ artis esse secretum? Verba tantum desperationis involvit, & homo cautissimæ vanitatis captat illam novissimam circumire brevitatem. Vides quanta promissum suum, experimentumque caligine medicus involverit? nunquam constabit, an fuerit languore moriturus æger, qui aliter occiditur. Non novi, inquit, languoris genus. Post hanc vocem mehercule non deberes committere ægros, etiam si vellet experiri potionis haustus, ciborum, fomentorum-

DECLAMATIO.

* Quintum argum. numquam fuisse alterum Medico tradendum, ut laceraret, 1. quia neque in mitiori re separandi fuissent Filii; 2. quia cum dixerit Medicus, se alterum occisurum, alterum sanaturum, prius illa vox fuit de occidendo; non est autem tanta pietas servare Filium per alterius necem; præterea nondum constat an fuerit languore moriturus, qui necatus est; 3. quia Medicus dixit se non noscere languoris genus, quare neque permittendum erat ut mederetur Filio, nedum laceraret; 4. non esse hoc remedium quod naturæ placeat, consumere tantum, quantum servatur, quod si hoc semper esset faciendum, actum esset de genere humano.

59 Tali medenti.

Digitized by Google

ECLA-ATIO.

rumque novitates. Nescio, inquit: sed si permiseris alterius aperire vitalia, pectus effringere, remedium fortassis inveniam. Jam excusatus es, medice, matri, speraſti ne tibi crederetur. Differo paulisper, quod de fratribus, quod de geminis, quod pater hoc facit, non consentiente matre: publico potius mortalitatis contendo nomine, non debere genus istud curationis admitti. Actum est velut de genere humano, si nobis pro salute ægri opus est morte hominis alterius: & pene ratio sanitatis intercidit, si consumit medicina tantundem. Ego quenquam dicentem feram, ut inveniam valetudinis causas, date mihi aliud corpus, alia vitalia, occidam, deinde salutaria quæram, profutura meditabor? Ita non facilius est nosse languorem? Quæ hæc est impudentia crudelissimæ utilitatis? Ægrum placuit occidere, [60] ut inveniretur cur non debuisset occidi. * Nullum, sanctissimi Judices, natura morborum genus solis visceribus abscondit, & quicquid causas valetudinis de vitalibus trahit, in corpus emanat. Inde pallor, inde macies, quod ad interiorem dolorem superposita consentiunt. Non invenio, cur hominem vulneribus exquiras, cur remedia quoque vitalibus per corpus immittas, & in latentes meatus per hæc, quibus tegimur, medicina descendat. Cur ergo non eadem figura, quis ordo, quis locus, affectus, vinculum, vitæ solatium de spectaculo mortis fecerunt. Non morbos ignorat, non curationes, qui novit causas, & sedes. Quid ultra? Non mentiti sunt modo qui de simul sanandis desperaverunt; & mater licet medicis objiciat mendacium, quod neque in hoc probaverunt qui evasit, neque in illo quem non languor occidit, tamen judicantibus patet non potuisse simul utrumque sanari. Medici desperaverunt. Quid istud ad Patrem? Vultis ego sperem, cum tota Artis auctoritate destituor, cum neque sperant, quibus nulla ratio est de dolore desperationis? Miseri nimis credimus quæ timemus, & cum caveamus ne contingant, necesse est ut deperdamus fiduciam salutis, si perdidimus spem remediorum. Desperavi, Mater, ideo tamen alterum servavi Filium, quod de duobus pariter desperavi. Neque mihi sit excusandum, quod in curatione Filii non adhibuerim propinquos, non interrogaverim amicos, ad Matris animum non respexerim. Infirmior est horum sententia, qui non tantam habent caritatis sollicitudinem, & quos sola urget admiratio præsentium; de nullo Filio crediderim magis sibi soli Patrem posse permittere, quam qui videtur moriturus. Memento, in præcipiti stat languor, citissime occurrendum est, neque providum est consilium morosa miseratione distinendum. Desperantibus fidem habui de tantæ Artis auctoritate; at eumdem credidi esse languorem, quod erant Gemini. Omnium mentibus hiquere existimo in hæc singula, quæ per terrenam molem, propioraque spatia mire natura disposuit qualitates omnes de corporum sublimiorum influxibus derivari. Sic (ut apud eos constat qui nobiliores curas arcanis cœlestibus intulerunt) omnes nostrorum corporum proprietates de Syderum illorum natura proveniunt, quorum aspectu signante progignimur. Si conceptum fervens Sidus

ANTILOGIA.

60 Cum enim ex ipsius inspectione incertus sit modus curandi alterum, & cum idem fuerit morbus, inventum est non debuisse nec ipsum occidi, scilicet potuisse sanari, sicuti & Frater sanatus est.

* Sextum argum. quia nullum morbum natura occultat, sed habentur signa in corpore, si potuit ille morbus sanari, cur sine vulneribus non potuit intelligi?

Digitized by Google

ANTILOGIA. dus respiciat, igneis ardebit vitalibus. Si placidiori foveatur horoscopo, neutra erit intemperie qualitatum exundans. Si frigidæ, humidæque Stellæ imbuatur effluviis, atri humoris excessu tumescet. Ecquid necesse est, ut ejusdem sint Gemini proprietatibus naturæ compacti, in quos conceptos pariter, ac formatos de influxibus iisdem eadem constitutio descendit. Sed vultis brevius probem simillimos? In Geminis eadem semina sunt, ex quibus unicus nascereturus. Non enim aliunde est, ut bini prodeant Fratres, quam de nimio primarum partium excessu, quoties immodici fœtus materiam provida natura partitur. Credite, Judices, non duo corpora, sed ejusdem similes partes, & ex ejusdem totius anima membra spirantia; & existimate, num possit esse diversus languor qui unius est. Quid quod una pariter ægrotare cœperunt, iisdem artibus tentata curatio in parem nos conculit desperationem, & de viscеribus in externum manantia signa eumdem semper renunciarunt esse languorem? Volo mihi dicat Mater, quid simile magis habeant pari morbo languentes? Quis voto in Medici responso ignorantiam pariter norit, atque affirmationem, & dicat non posse scire an sit idem, quisquis nescit, quod sit genus langueris? Quota naturæ effectuum portio est, quorum prorsus ortus in ignoto sunt, neque infirmæ patet mortalium menti, unde vulgatissimi etiam quique effectus procedant? Cur tamen nescire dicamur quæ cernimus, quorum cingimur frequentia, quod causæ nos fugiant? Nihil, inquit, in rebus humanis voluit esse rerum natura tam simile, quod non aliqua proprietate secerneret. Ego quidem fateor, in illa corporis externa imagine, quæ suas nescit extra hominem causas, sibi quemque componi, sibi quemque firmari. Ille enim fiet molli victu, & tenera educatione delicatior, hic frequentiori labore robustior; & diverso usu ille vultu truculentior, hic lenior. Singula tandem posse in Geminis secerni putarim,

DECLAMATIO. dem ratione languor admittit intellectum sui, qua sanitatem prodit? Abditos, profundosque morbos aut citatior clausi sanguinis cursus, aut crebrior anhelitus laborantis animæ indicat. Crede de his ante omnia sensibus, oculis tuis: & [61] ipsos, de quibus agitur, modo singulos, modo pariter interroga, cui potissimum parti grave tacitæ pestis pondus insederit, unde prorumpat in gemitus conscius dolor. Medicus, qui per hæc non potest invenire languorem, non invenit nec remedium. * Quid si aliquid sanato medicina potest præstare rationis? Sufficit quod aliquando jam facta ex unius hominis inspectione, ad totius intellectum naturæ medicina profecit. Quid [62] allaturus huic ægroto es, quod non tot seculorum, tot languentium experimenta deprehenderint? ** Vis tu potius hac audacia, qua secreta languoris exquiris, remedia tentare? Brevior via sanitatis humanæ, propior nostræ salutis utilitas est. Si viscerum nimius ardor [63] stricta circa se membra duravit, adhibe [64] remedia laxantia. Si fluitat nimiis æger humoribus, præsto sint, per [65] quæ pressis clausisque venis in novas vires corpus arescat. Si parum prodest abstinentia, rursus ciborum qualita-

61 Filios ægros.

* Septimum argum. quia si medicina ratione aliquid præstare potest, illud est quod ex alicujus anatome conspectum &c. quare non est necesse alterum hominem necare ad inveniendum langorem: quod numquam intellectum sit. 62 Medicus.

** Octavum agumentum, quia erant potius Medico tentanda remedia, cum nulla sit ratio vulnerum, mortis.

63 Nimio ardore consumitur humidum, & partes stringuntur. 64 Humidiora, refrigerantia.

65 Remedia ficciora, quæ exsugunt.

Digitized by Google

DECLAMATIO. litate foveatur. Si spiritus receptis premitur alimentis, ad puriores meatus jejunio, fanique tenuetur. Contigit tibi magna experimentorum materia, medice, ægri duo, & languor idem. Non est opus, ut expectes, quando se per unius hominis patientiam explicet profuturorum magna diversitas, potes experiri pariter eadem, consentanea, diversa, pugnantia. Nulla ratio est vulnerum, sanguinis, supremorum. Quemadmodum sanari debeat alius æger, scire non possis, nisi ex altero sanato. * Quid? quod etiam ut idem sit valetudinis genus, necesse est tamen duorum corporum diversitate varietur? Nunquam in alienis visceribus invenias totum, quod de altero quæras, & alius languor est, alius æger. Cur maximum nefas alterius filii salute defendis? Homo, in quo sola quæritur causa languoris, propter medicum occiditur? ** Adjice quod nec deprehendi ex non sanato potest ullius causa languoris: quicquid nos in vitia morborum a naturali sanitate commutat, facit aut nimii [66] sanguinis pondus exæstuans, [67] aut superfluens calor, aut [68] ultra naturalem modum humor exundans, aut [69] spiritus per tacitos meatus non solita rim, quæ ex primis seminibus non sunt, de quibus solida corporum compago defluxit. Sed cum eamdem in Geminis esse constet ab ortu vitalium proprietatem, non video, quomodo manente homine mutari inde queat, quod in necessariam partem natura disposuit; quidquid hominibus nascentibus contigit ad diem usque supremum duraturum contraximus, neq; semel mixta licet elementa convertere. Dubium ne erit, an fuerit de naturæ qualitatibus ægritudo? Numquam aliam probavit infirmitas causam. Quæ autem ratio, non eamdem esse naturam Geminorum quod sit Fortuna dissimilis? Non mehercule sicuti ad miram humani corporis constructionem cœlorum sollicitudo confluxit, ut temperiei proprietates Astrorum afflatus inveherent, ita humana quælibet sublimis vis illa disponit, ut de voluntate Syderum sua illa libertate diversitatis operetur humanitas. Cuilibet sua voluntas est, sua libertas, & quod dominationis cœlitum demissum est non habet in vota hominum auctoritatem. Ille per titulos, per honores, ille per ignobiles, obscurasque sordes totam duxit ætatem. Quid hoc cum corporis, & viscerum causa, de qua contendimus eumdem esse languorem? Non contendam scilicet, idem Geminorum ingenium, necesse est ut variam sibi faciant sortem, quibus non eadem est, neque ex principiis paribus anima. Dissimile est quidquid suprema creatum manu exceperunt, simile quidquid in una materia iisdem excrevit seminibus. Neque vero tunc Syderis aspectu nascentem hominem signari crediderim, cum de maternis visceribus exilit, & diu pressa exonerat egressu vitalia. Non habeo fidem dicentibus, paribus imbui prodeuntes Geminos qualitatibus eadem Stella jubente, quorum natalis momenti ut sit brevissimum spatium, præ cœlorum tamen præcipiti per declive decursu,

ANTILOGIA.

* Nonum argum. quia eadem licet sit ægritudo, necesse est tamen in duobus corporibus esse variam, cum numquam totum id in unius visceribus reperias, quod in corpore alterius.

** Decimum argum. quia nihil inspici potest ex non sanato, unde habeatur alterius curatio, 1. quia cum nostrorum morborum causa sit, vel nimius humor, vel sanguis nimius &c. dum secatur homo, pereunt cum ipsis ipsorum qualitates; 2. quia viscera mortua, & nudata, aperta, non eamdem servant faciem, ac quando pectore clauduntur, cum ex solo affectus impetu mutentur; quod multo magis continget, post vulnerum, & mortis dolorem.

66 Unde synanches. 67 Unde cordis, & pulmonum inflammationes, & violentæ Febres.

68 Unde gravedines capitis, aquæ intercutes &c. 69 Unde debilitas partium, quæ non solita vi spirituum juvantur.

Digitized by Google

ANTILOGIA. curſu longiſſimum eſt. Sed neque puto naturæ hominis largitores illos, ſtructoresque influxus tunc adeſſe, cum totus jam homo eſt, & profert partes aliis cauſis duraturas. Neceſſe profecto eſt, ut æternorum luminum ſpiritus, quos valere certo ſcimus in corpora, diſſociatam illam ſeminum compaginem ordinet, & ſe imperfecto commiſcens corpori rudem adhuc molem in ſuas partes exagitet, in ſua miniſteria diſponat. Videte nunc, an eadem debeant eſſe natura, qui gignuntur ſimul, unaque imbuuntur. Quoniam, Judices, ſatis defendi, jure credi deſperantibus debuiſſe, & merito parem putandum Geminorum languorem, tranſeo ad remedium, quo reliquo excuſato vicimus, quod in illa deſperatione Ars Medici ſingulos præter Matrem conſolatura provexit. Eadem, inquit, Geminorum ægritudo eſt, & de amborum pariter ſalute deſpero; non equidem novi languoris genus, ſed ſi unum inſpiciam, alterum certe ſanabo. Quid hæres, trepida caritas? Sanandus eſt Filius. Expende ſuper amborum ſimilitudinem, conſulta electionis diverſitatem. Quid diceris perimendum Filium Medico tradidiſſe? Dediſti mortuum, dediſti cadaver, cujus receſſus exquireret. Oportet ſcire, Judices, qua voce, quo vultu protulerit Medicus ſacræ Artis promiſſum. Non enim confudit, turbavitve reſponſum, aut ancipiti nexu non ſecura verba protraxit. Quam pæne conſulti Numinis vox extitit, cum lacerandum alterum dixit, & fortaſſe trepidantem pietatem Patris certæ ratione deſperationis erexit. Fingit quidem (ut ſcimus) mens improba animum, ita tamen abditas pectoris latebras inexpugnata facies enunciat, ut internorum affectuum diverſitas in ipſa imagine frontis exiſtat. Ille ſcilicet mentiri nequibat, in quo vultus imitabatur reſponſum, quem divina quædam cingebat majeſtas, & neſcio quis inſolitus fulgor cæleſti irradiatione ſtipabat. Dicerem, Judices, om-

DECLAMATIO. lita laxitate diſcurrens. Quid horum, ſi vitalia ferro, vulneribusque reſecentur, ſalvum poteſt eſſe languentibus, cum compreſſi ſpiritus laborem protinus ille reſerati pectoris meatus emittat, ſanguis iisdem pariter deprehendatur, egrediaturque vulneribus? An fas putatis, ut ſuam ſervent viſcera nudata faciem? ut nihil perdat ex priore natura illud pectoris, vitæque ſecretum, cum admiſit oculos? Plurimum in nobis etiam timore mutatur. Quantum affert ſolicitudo, gaudium, dolor, & aliquis ſubitus affectus? Quoties dum ad curationem præparatur æger, dum componitur ad ſua remedia corpus, medentium manus anima deſtituit? Jam vero ad ſingulos ictus, & longiſſimas vulnerum moras, quantum ex toto homine convertitur clamore, gemitu? Neceſſe eſt, omnes perire, quibus continetur vita, cauſas, quoties vita ipſa conſumitur: & cum homine, qui propter intellectum languoris occiditur, ipſe quoque paulatim languor emoritur. Differ ſaltem, pater, hanc crudelitatem: quicquid ex filio facis, facies ex cadavere. Si poteſt deprehendi languor, cum occidit, facilius, cum occiderit. * Interrogare mehercule hoc loco libet, utrum ne periturum pater, an medicus elegerit? Negavit ſua intereſſe, quem occideret: hoc, ſi & alter periſſet, probaverat utrunque fuiſſe periturum: cum convaluit, probat utrunque victurum. Ad ſæviſſimam curationem potuit ægrum

* Ultimum arg. quia cum Medicus incertus eſset, uter occideretur, conſtat utrumque fuiſſe victurum, & hic ſævitiam Patris exaggerat, ex ipſa cunctatione deliberationis; & cum noluerit Pater eligere, ſed reliquerit Medico electionem, conſtat, non parem fuiſſe languorem, ſed illum majus habuiſſe ſpei, propter quem alter occiſus eſt.

Digitized by Google

DECLAMATIO. grum facilius mehercule explicare, si esset unici pater. Sufficit ergo comparare, decernere, num iterum ille tibi pretiosior, ille melior incipiet esse victuro. Ubi est impatientia patris, qua vix dimittitur cadaver in rogos? qua corpus exanime detinetur amplexu? Dii immortales, quam sæva, quam crudelis est ipsa cunctatio! dum deliberas, dum unumquenque detractas, 70 parricidium in utroque consumis. Duorum utilitate fit, ut ex fratribus possit alteruter occidi. Nunquam, Judices, res tam horribilis, tam inauditæ feritatis admissa est. Filium pater propter eum occidit, quem etiam ipsum poterat occidere, Transfert, Judices, reus in medicum electionis invidiam. Ille, inquit, æstimavit, ille decrevit. Ergo manifestum est, non parem fuisse languorem. Ex duobus ægris plus habuit spei, propter quem debuit alter occidi. * Recede 71 paulisper, mulier infelix, filii tui nobis referenda curatio est. Felices ægri, qui languore moriuntur, qui supremos anhelitus inter suorum amplexus, inter suorum alloquia posuerunt. Ut erat juvenis primo ipso comparationis incerto, mox electione cruciatus, abacta est a perituro prima mater, & modo sedula ministeria servorum repente mutata sunt in mortis officia. Detrahuntur trementibus velamenta membris, & ut graffaturas manus totum corpus admitteret, nudatur miserabilis, ac deflenda macies. Toto deinde tenditur thoro, & ad immobi-

ANTILOGIA. omnium celeberrimum assensum sacræ Artis Antistitem; dicerem non tantum facinus aggredi ausum, cui sanitatis futuræ minime certitudo constaret, sed unde firmius Medici, qui promisit, & permittentis patris patrocinium, quam quod sanatus est Filius? O dignum hominem, cui tota debeat humanitas, cui vel irata Mater concedat! Reddidisti Filium quem non putabamus superstitem, & fecisti ut non sentiamus alterius jacturam. Neque est, quod sibi repugnare Medicam Artem putetis, quod desperantibus omnibus unus speravit. Fuit enim, Judices, fuit de amborum pariter sanitate desperatio, quod sive novum non subvenit genus curationis, sive non fuit audacia docendi. Mentitos sane crederem Medicos, si promisisset alter utrumque sanandum; qui spondet de unius laceratione, salutem æque de utrisque desperat. Nolo tamen ut novi hominis spem collatam rejiciamus, quod negavit se nosse languorem. Experta paululum impotentissima Mater, invenietur in inspectis vitalibus alterius ægritudo, & curatio. Vis ut mitiori serviamus affectui, ut illos ignota tabe in mortem langueſcere nulla sollicitudine, nulla cura sinamus? Confer te ad illam intentati remedii consultationem. Vel aderunt in apertis viscеribus signa languoris; certe igitur sanabitur Filius. Vel penitus scrutantem diligentiam sævæ pestis pertinacia latebit; quid vero contendis illos unquam sanandos, qui augent de ipsa pectoris inspectione desperationem? Tentat Mater ut & hoc mihi noceat, quod Filios nequeam separare. Noverit criminis veritatem, qui Patri non vetat in Filios imperium, & merito infirmiorem sexum minori addicit auctoritati. Transeo paternæ quandoque providentiæ esse atque Justitiæ, Fraternitatis secernere dissidia, cum vel invidia pari studio faventes subrepit, vel optimi mores incæstat luxurioſi præsentia. Cur nequeat Pater a Piratis captum

70 Dum enim dubitat quem Medico concedat, patet in ambos fuisse propensum.

* Movendæ indignationis gratia, exponit seriem lacerationis summa crudelitate patratam; in qua illud majus est, quod ipse Pater intrepidus adstiterit, & Mater abacta fuerit.

71 Verba Oratoris pro Matre loquentis.

Digitized by Google

ANTILOGIA. captum Filium alterius vicaria servitute redimere? Ille fortasse fatiscentibus magis viribus impar erit vinculorum patientiæ, & facili macie infirmus spiritus in ipso catenarum stridore tabescet; ille (dicam libere, Judices) magis amabitur, & in tota Filiorum similitudine faciet tamen nescio quæ ignota diversitas majorem pietatem. Sed minus est quod modo feci, qui morituri fratris vicario corpore alterum de supremo fato redemi. Neque vero ad miseram hanc semper redigetur necessitatem humanitas, ut pro salute ægri opus sit morte hominis, & Medicina consumere debeat tantundem. Quamquam, velis nolis, medicinæ modo convenit invidiam detrahere, neque enim ars Filium, sed natura ipsa confecit. Sed quid plura disputo? Tu caritatis jactationem contendis, quod ægrum vetaveris lacerari? Ego quidem puto veluti magis actum esse de genere humano, si valeat hæc cura pietatis; & mihi semper imputo majus meritum separationis, quod nolui perire gemmos. Sed, inquit, nullum natura morborum genus solis viceribus abscondit, & quidquid causas valetudinis de vitalibus trahit, in corpus emanat. Fateor equidem viscerum labores, sive de citatiori clausi sanguinis cursu, sive animæ crebriori anhelitu indicari, sed cum tot morborum varietas iisdem causis nascatur, non ita sane semper ad interiorem sensum consentientia externa denunciant, ut singulorum qualitas prorsus innoteseat. Quædam leniter ima vitalia percurrentes labes tacito exedunt viscera incessu, externas permanat in partes. Necesse est, Judices, ut sævissima, & prodigiosa sit pestis quæ certe vim mortis habet, neque se prodit impatiens remedii. Quantis nos voluit humana fragilitas, & mortalium elementorum unio subesse malis, ut nihil haberet miserum genus in vita tritum! Parum est si nos solitis quatiat flagellis; quoties novum, ignotumque languorem immittit? Nova inde signa, & lon-

mobilem rigidamque patientiam per omnia lectuli spatia duraturus exponitur. Accipit carnifex ille telum, non quo dextera statim totum vulnus imprimeret, sed quod leviter paulatimque descendens animam in confinio mortis, ac vitæ [72] librato dolore suspenderet. Hæc exhortatio, hoc fuit perituri juvenis alloquium. Fortiter dura, patienter admitte, sanabitur frater. Non est quod exanimeris metu, dolore deficias. Cave, viscera exclamatione ne lasses, anhelitu, gemituque concutias, ne remedium pereat alienum. Passus est miser discurrentem per omnia reserati pectoris improbum vagæ artis errorem. Contentum fuisse medicum toto homine [73] discurrentem primo putatis aspectu? Egesta sæpe vitalia, pertractata, [74] diducta sunt: fecerunt [75] manus plura quam [76] ferrum. Stat juxta medicum pater apertis viscеribus inhians, stillantem animæ sedem cruentis manibus agitantem: ne festinet, hortatur, jubet altius diligentiusque scrutari, interrogat, dubitat, contendit, affirmat, & accipit de filii morte rationem. At mulier infelix [77] clusis advoluta foribus, [78] cruentumque secretum toto corpore effringens, velut super busta, tumulosque clamabat. Audi, miserrime juvenis, si quis adhuc tibi supersit sensus, exaudi: non permisit hoc Mater, crede orbitati meæ, crede lacrymis, nec frater hac vellet

DECLAMATIO.

quorum nullo vis impulsa impetu externas permanat in partes. Necesse est, Judices, ut sævissima, & prodigiosa sit pestis quæ certe vim mortis habet, neque se prodit impatiens remedii. Quantis nos voluit humana fragilitas, & mortalium elementorum unio subesse malis, ut nihil haberet miserum genus in vita tritum! Parum est si nos solitis quatiat flagellis; quoties novum, ignotumque languorem immittit? Nova inde signa, & lon-

71 Ne nimius effet, ideoque mortem inferret. 73 Alii legunt *discentem putaris aspectu*.
74 Unum ab altero separatum. 75 Quæ attrectaverunt. 75 Quod laceravit.
77 Per terram forte præ dolore (ut fit) circumvoluta. 78 Silentium, quod ex illius cruoris horrore oriebatur.

Digitized by Google

DECLAMATIO.

vellet ratione ſanari. Inter hæc [79] reficiebatur miſer hauſtibus, detinebatur alloquiis, comprimebatur reſiduus cruor, eludebantur aperta vitalia. Nemo unquam tam nova pertulit commenta ſævitiæ: tanquam ſanaretur occiſus eſt. Ite nunc, & quærite, an potuerit medico ſanante vivere, qui tandiu vixit, dum occiditur. Vos tunc putatis illius tantum languoris medicum quæſiſſe cauſas? quæſivit quicquid neſciebat, & uſus occaſione rariſſima in omnem voluit proficere novitatem. Dii immortales, quantum infelix juvenis animæ, quantum ſanguinis, quantum habuit ex vita, qui pertulit ordinem longiſſimæ curationis? Vix ægre miſero licuit mori, vix a cruciatibus ſuis anima dimiſſa eſt. Inventum putatis eſſe languorem? [80] Inventum eſt illum potuiſſe ſanari. * Agedum [81] commento tuo ſenex ſuperbus exulta; habes quod liberis, quod parentibus, quod imputare ſeculo poſſis, feciſti medicum parricida meliorem. Libet mehercule intueri par illud: ægrum vidiſſes hominem, qualem non ſalutares medentium manus, non ars inventa pro vita, ſed diri ferarum, rabidique morſus, & avium fames ſatiata deſtituit, hinc alium in novas vires, recenſque robur reddito vigore ſurgentem. Vultis ſcire, Judices, unde venerit tanta diverſitas? Illum pater curavit, hunc mater. Quantum, & longo uſui repugnantia, & nihil in ſcientia hominum quod deprehendat, quod ſuccurrat. Scimus, Judices, longa morborum remediorumque cognitione ſacram Artem, & curationum experimentis excreviſſe, certamque ſalutem de ſimilium aſſidua conſuetudine polliceri. Quomodo (per Deos immortales) mederi poſſit qui novitate ſubripitur, aut quid conſtanti ſcientiæ ſupereſt, quam ſedem ipſam inſoliti affectus pervadere, & ſecreta ſcrutari cum aperta decipiunt? Quare non ſufficit jam facta ex unius hominis laceratione perſpectio, neque valent relata præcepta; novo indiget genere curationis, quod non invenit tot ſæculorum remedium. Quod ſi fas fuit priſcis illis antiſtitibus per plures reges viventium corpora lacerare, ut conſiderarent etiam ſpiritu remanente quæ natura clauſiſſet, cur nefas erit ſemianimem Filium, ut frater ægritudinis comes ſanetur, & (ſi Diis placet) ut ſimilibus habeat humanitas remedium exſcindi? Adjice, proclamat Mater, quod nec deprendi ex non ſanato poteſt ullius cauſa languoris. Dono illud, ſi vitalia ferro, & vulneribus reſecentur, quidquid nobis tranquillæ vinculum ſanitatis perturbat non poſſe ſalvum omnino eſſe, cum novo labatur per effoſſum pectus ſanguis defluxu, & per reſeratam ſemitam nocentis ſpiritus compago laxetur. Sed quid eſt quod conferat ad providæ artis conſultationem ipſe ſanguis inſpectus? Ipſa habent, ipſa vultum in languoris oppreſſa vitalia, & ſi morbi cauſas inquiras, exhibent ſecti meatus ſedem, quam dira peſtis invadit. Nocuit nimii ſanguinis pondus exæſtuans? Tumentes, & inhærenti ſanguinis tarditate combuſtas pervias partes agnoſces.

ANTILOGIA.

79 Fovebatur, ut diutius viveret. 80 Cum ſit inventum, parem Fratris languorem potuiſſe ſanari.

* Peroratio, in qua Mater inſultat 1. Patri ob tantam ſævitiam, in qua Medicum ſuperavit; 2. deſcribit Fratres, alterum laceratum, alterum convaleſcentem, quorum nulla ſit diverſitas, niſi quod illum Pater curaverit, hunc Mater: & quidem in hujus curatione non fuere ipſi curandi morbi, ſed potius dolor & lachrymæ, ex quo infert non fuiſſe languore periturum, qui non potuit ex Fratris morte perire; 3. proclamat nihil ſibi eſſe ſolatii quod ex Geminis redditus alter ſit; cum neque ipſe ſanus gaudeat, ſe Fratris morte ſanatum; 4. convertitur Mater ad Juvenem defunctum, & ſuæ charitatis recenſet opera in colligendo diducta, & lacerata vitalia ipſius, poſtquam Pater ac Medicus liquere cadaver, quoniam ante non ipſi licuit vulnera tegere pectore.

81 Commentum vocat, quod Filium occiderit alterum ſanaturus, quaſi vellet illum occidere.

Digitized by Google

ANTILOGIA. fces. Non diſcurrit ſolita ſpiritus per meatus tacitos laxitate? Videbis quid proprio obſiſtat procurſui; imo pectori alte inhærentem craſſitiem, & fixa tabe præpeditas ſemitas obſtrui. Languet de exundanti naturalem modum humore? Quid eſt ut ipſe ſuo illo ordine deprehendatur? Torpens aderit, victusque ſpiritus, & hebeſcentia vitalia merſa paulatim anima fluitabunt. An minime putemus ſuam nudata licet viſcera ſervare faciem, quorum non vago diſcurſu pererrat languor, ſed fixa conſiſtens penetratione tenetur? Et leve quidem eſſe puto, quod ex priore natura perdit illud pectoris, vitæque ſecretum, cum admiſit oculos, neque fecere diverſitatem timor, dolor, ſollicitudo, gaudium, & quidquid ſubiti animis noſtris contingit. Unde verius probem, quam quod ſemper his artibus Medicina excrevit, & de inſpectione cadaverum tranſtulit numquam mentita viventium remedium? Differ infelix Mulier fallaces querelas, & inania crimina; probat potuiſſe noſci languorem qui deinde convaluit. Perorata, Judices, cauſa ultimæ ſint partes precum, & pervicax contra jus fœmina miſeratione ſaltem in caritatem noſtram propendeat. Juvat proclamantis ipſa occiſi pignoris audire verba; meas peragit idem partes, quem mihi facit irata Mater infenſum. Video mehercule intra illos intactæ felicitatis lucos, & virentes perpetua ſemitas voluptate, geſtientem parentum videre diſſidia, dum hæc vindicat illius mortem qui nollet ſi inquit, miſera pertuli laborem, dum tam magnam foveo triſtitiam? Non fuit mihi rixa cum morbis, nec cum repugnantis valetudinis rigore contentio: totus in lacrymas, mœroremque reſolutus oderat lucem, reſpuebat cibos, faſtidiebat [82] hauſtus, & [83] vitam parricidii pudore fugiebat. In omni proclamatione gemituque, frater, ille diebus, ac noctibus cogitationes, ille torquebat oculos. De quibus tu ægris [84] impotentiſſima medicina mentita es? Non fuit, non fuit ſolo languore periturus, quem non potuit nec mors fratris occidere. Quid igitur, inquit miſerrima fœminarum, ſæviſſime ſenex ex hac recordatione triſtiſſimæ orbitatis ad hos [85] vultus, faciemque converteris? Sine dubio filius eſt, & poſt graviſſimas [86] denuntiationes redditus vitæ. Sed ignoſcat naturæ pietas, non eſt ſolatium matri unus ex geminis. Felicior ille dolor eſt, qui tranſigi ſaltem cum oculis poteſt, renovatur, accenditur, & in his vultibus illum quotidie putat videre pereuntem. Sed & ipſe gaudio redditæ vitæ, lætitiaque non fruitur, nec ſe credere poteſt charitate prælatum, quem medicus elegit. Sentit infelix cujus orbitatis unicus ſit, quibus lacrymis perfundantur oſcula, quam magnis, profundisque ſuſpiriis concutiantur amplexus. Miſera verecundia ſanitatis ingratæ, pretium ſibi videtur fratris occiſi. Convertitur hoc loco, genitrix pietate tua torques, quid requiem cineris immerita rixa perturbas? Quid patri paras invidiam, qui imminens mihi fatum occupavit citiori ſupremo, & vitam prorſus inutilem, diuque cruciandam in fratris ſalutem impendit? Crede mihi, jure desperaverant Medici, utique miſero funeri pariter deſtinabamur; ſed, per Deos immortales, quam Patri magis debuiſſem ut minime moriturus. Quot vicibus ereptus ſum, quantis

DECLAMATIO

82 Pharmaca. 83 Pudebat ſibi vitam per parricidium reſtitui. 84 Dixiſti eundem eſſe languorem, & deſperaſti de ambobus; alter tamen convaluit, & ſi periiſſet, neque periiſſet languore.
85 Filii, ipſum ſcilicet in ſolatium alterius amiſſi objiciens. 86 Quaſi illati ipſi fuerint illi cruciatius, & denunciationum ſupplici.

Digitized by Google

DECLAMAT. loco, Judices, mulier infelix, & velut ad quandam præsentiam amissi juvenis, Sive, inquit, tandem securitate mortis explicitus, in aliquo [87] sedis æternæ pudore requiescis, sive [88] excluſus ac vagus, & inter fabulosa supplicia metuendus adhuc laceratione, per stupentes horrentesque manes umbra discurris, audi miserrimæ matris iniquissimam complorationem. [89] Non quidem licuit mihi in illud cubiculum conditorium tuæ mortis irrumpere, nec super charissima membra prostratæ meis vulnera tua tegere viscеribus: quod solum tamen potui, corpus quod medicus, quod reliquerat pater, hoc sinu misera collegi, ac vacuum pectus frigidis abjectisque viscеribus rursus implevi, sparsos artus amplexibus junxi, membra diducta composui, & de tristi, terribilique facie tandem ægri cadaver [90] imitata sum. Hoc est tamen, quod te tristissima orbitate præcipue ferre non possum: propter fratrem videris occisus, nec tamen unquam constare poterit, an tu sanaveris fratrem.

ANTILOGIA. tis humanæ vitæ subreptus necessitatibus! Nunc vere sentio, quanta sit felicitas in ipsa Juventute moriendi, nullum quod habet humana vita solatium, quo nos detineat, ne in hæc feliciſſima properemus. Miserere Mater miseri Patris, miserere etiam filii, qui sæviori vulnere de parentum discordia secatur. Quid pugnare juvat, quid inimica caritati clamosa contentione rixari, cum neque me reddere possis, neque certe ulcisci de Patre, qui maximum dicas licet scelerum affectu tamen innocentis admisit. Si placet tuo privatim odio fruere, si publice Patrem persequeris, non excusabis te maluisse nos mori. Quin me putas communi necessitate præreptum, & mihi mors quasi non vocata contigerit, ad parem te doloris occasionem componis? Malo des funeri lachrymas, quam pares invidiam lacerationi. Quod si tota anxiæ caritatis sollicitudo nostra ultio est, unde mihi promptiore pietate conspicua, quam ut me obtestante conquiescat? Non patitur felix anima ut videatur iniquius, quodcunque profuit affectui. Crede mihi, maximum nostri spiritus solatium est in ipsa periisse innocentia; magis quid tamen felicitas nostra supereminet, quod merui, ut pro fratris salute (dicam singula prout Matri libet) trucidarer a Patre.

87 Elysios tetigisti. 88 A Cymba per Portitorem. 89 Ad ripas Stygis quas circum *centum errant annos*, qui inhumati sunt, aut qui non detulerunt Caronti Obolum. 90 Cum neque verum, integrumque cadaver, posset ex tanta laceratione, & partium diductione constitui.

Digitized by Google

IN NONAM
M. FABII QUINTILIANI
DECLAMATIONEM
ANTILOGIA.

M. FABII
QUINTILIANI
DECLAMATIO
NONA.

GLADIATOR.

ARGUMENTUM.

* *Abdicare, & recuſare liceat. Pauperis, & Divitis inimicorum Filii Juvenes amici erant. Filius Divitis, cum in Piratas incidiſſet, ſcripſit Patri de redemptione. Illo morante profectus Pauperis filius cum amicum apud Piratas non inveniſſet, quia* (a) *Laniſtæ vænierat, pervenit in civitatem, in qua* (b) *munus parabatur ſub tempus ipſum, quo erat pugnaturus Divitis filius. Pactus eſt* (c) *cum munerario pauper adoleſcens, ut vicariis operis redimeret amicum; petiitque, ut ſi egeret pauper Pater, alimenta ei præſtaret. Ipſe in pugna occiſus eſt. Divitis Filius reverſus egentem invenit pauperem: palam cœpit alere. Abdicatur.*

PRO PATRE CONTRA FILIUM.

ANTILOGIA. EXpectaveram quidem, † Judices, ut (quoniam difficillime magna vitia excidunt) ſceleratam nobis repugnandi conſuetudinem refer-

PRO FILIO CONTRA PATREM.

DECLAMATIO. NEminem unquam, Judices, intra tam breve ætatis ſuæ ſpatium plura terra, marique perpeſſum, quam quæ proxima

* Lex. (a) Qui ſub ſe habet Gladiatores, & exercet. (b) Spectaculum Gladiatorium; vocabantur autem munera, quia exhibebantur populo a Prætoribus, vel Imperatoribus veluti in munus. (c) Qui ſpectaculorum munus exhibebat. V. Lipſium Sat. 1. c. 7.

† Deſumptum eſt hoc exordium ab ipſius cauſæ circumſtantiis, 1. igitur Filius ait, quod adeo ſit miſer, licet tamen numquam hunc conceperit metum, ut miſericordia ſua Patri diſpliceret, timuiſſe ſe potius ne notaretur, quod amici morte paſſus ſit ſe liberari; 2. in hoc ipſo quod alimenta paupe-

Digitized by Google

DECLAMATIO.

xima peregrinatione vel [1] tuli, vel [2] timui, vel [3] vidi, facilis, ut opinor, fides est, cum ex omnibus quos novimus mortalibus [4] unus nominari me miserior possit, quem infelicem ego feci. Tamen in hac quoque omnia excogitantis in me fortunæ violentia, confiteor numquam hunc me concepisse animo metum, ne post redemptum per alienas manus Filium displiceret Patri meo misericordia. Illas verèbar magis jam non tacitas vulgi opiniones, quibus crudelitatis atque sævitiæ reus peragor apud plerosque sanctos, & graves homines. Nondum excusare potui, quod redemptus sum: objicitur mihi orbatus senex, & ille qui mihi modo salvo Filio etiam contra divitem steterat, amissis in uno juvene omnibus bonis inimicæ domus [5] supplex. Licet enim totas advocemus in odia fortunæ vires, & egentem unum senem universæ [6] gratiæ mole calcemus, confitendum est tamen, plus amici nocuimus, quam inimici. Quin ipsa prorogatæ quotidiana stipe infelicis animæ videtur quodammodo maligna clementia. Quod enim beneficium est, efficere ut vivat orbus? Unum tamen vel gravius crimen infelix hæc abdicationis meæ fortuna defendit, quod vix ad sustinendum spiritum sufficientes cibos, prorsus tantum mortis impedimenta, avara manu dederim. Puto jam ignoscetis omnes, si plus præstare non potui invito Patre. Quamquam, Judices, oboritur animo meo nonnunquam & illa

ANTILOGIA.

referret rursus nihil aut immutatus, aut admonitus adversus filius meus; & modo non miror firmius habere impietatis ingenium, qui inter barbaros vultus, & feritatis immania spectacula de piraticorum jussu invidia in paternos etiam impatientiam contraxit. Profiteor tamen pravi Juvenis factum tanto cætera supergressum, quibus se improbæ diversitatis studium exercuit, quanto dissimilius est modo meritum paterni respectus, quatenus scilicet tunc in flagitiorum præcipiti vere esse constat filii naturam, quæ punientis patris non agnoscit auctoritatem. Quid se ignavæ ambitu miserationis, incertique officii, in quo criminis tantumdem est, impotentissimus, & ut summa dicam de filio, inimicus mihi defendat? Nunquam humilior sit reverentia pietatis, numquam parentum districtius imperium, quam quod est iratorum. Et mehercule sentio, quid filium audacem fecerit, quid me despectum. Poteram cum se primum inimici pauperis addixit affectibus, & prohibitos tacente etiam patre Lares enixiore est anxietate complexus, de tam male cultis penatibus festinata abdicatione protrudere. Poteram (testor scelerum ultricia Numina) alligare, torquere, cædere, & in Filium qui flagitiorum terminum non agnosceret, totam in supplicia potestatem Patris egerere. Ita tamen, Judices, punire malui, ut ex hoc quoque præter hanc longam protractæ contumeliæ tolerantiam mihi paternæ rationis conscientia constaret, utque videretur non

irati

ri præstiterit illi tamen utpote orbo, & parum recipienti, ipso amici affectu magis nocuisse; 3. suspicatur non ideo se abdicari a Patre, quod dederit alimenta, cum tam levis ipsorum impensa sit præ Facultatibus ipsius; sed fortasse quia non petiit facultatem ab eodem, & hoc excusat, quia nondum tempus opportunum, & in quo Pater mitis esset, habuit; præterea, quia hac erogata pecunia non male, sed bene usus est; ultimo exord. claudit hoc judicio, quod si ipse vincat, patebit ambitiositas Patris volentis suæ domus publicare misericordiam; si Pater, timet ne nimis detestabile odium inter ipsum & Patrem de ipso appareat enasci &c.

1 Tulit mala captivitatis, & antea maris damna. 2 Vel in tempestatibus, vel in captivitate securam mortem, vel in pugna, si contigisset. 3 Horridas procellas, tremendum carcerem &c.

4 Vel Filius pauperis, vel ipse Pater. 5 Petens alimenta. 6 Qua præstiti alimenta, quæ cœpi tradere.

Digitized by Google

ANTILOGIA. irati animi caſtigatio quæ ſolam contenta eſt præferre cauſam neceſſitatis. Sed quid juvat immeritam pravos in mores laſſare patientiam, & non ſibi largius aliquid ſeveritatis contra nocentes permittere? Sentio ſane ſola pœnarum formidine malos homines de ſcelerum conatibus revocari, quibus maxima eſt temeritatis illecebra ſpes æquitatis, atque inde diſcam non ſatis eſſe patri pro magno filii crimine parum ſupplicii. Quid igitur? ſceleratum hoc luctamen in exemplar abire ſinemus, poteritque peccaſſe Filius, ut Pater inde habeat male tentati ſupplicii pudorem? Quemquam vereor, ne parentes, ipſique fortaſſe liberi, quod jam factum eſt, nobis imputent, quod Filio licuerit ante ſubſellia contradicere Patri punienti, ſitque mihi reddenda ratio, quod ago Patris auctoritate, cui magis eſſet ultionis infirmitas defendenda. Volo tamen, Judices, veluti malæ tractationis actionem habere, veluti de ſingulis rationibus meæ, ſanguinisque ſepoſitus; ut ſciatis quantum ſit ille miſerationis merito prorſus impar, qui non Filius caſtigaretur. Pudet enim, Judices, pudet quod aperte non licet in Filio hanc diverſitatem nobis arguere, cujus ſederet ultor comes, amicus, quibus præſtamus ſolam fortunæ ſimilitudinem, dum parentibus obſequium neceſſitatis.

Et hujus quidem Filii mei cum inimica Domo conſuetudinis improbæ eo indignior menſura eſt, quo invidioſior cauſa, quæ inter pauperis, divitisque animos privata divortia conſeruit. Ne la ſuſpicio, quod Patrem non alimenta uni ſeni parce vivere aſſueto, nec liberaliter data, nec diu danda, in offenſam mei compulerint. Quantulum eſt enim facultatibus divitis, quod ſub Patre ſane tenaci Filio familiæ ſupereſt? Ac ſi foret majus forte momentum, quis tamen parens tam durus eſt, ut propter aliquam impenſam carere Filio velit, quod ipſe celatus ſit, quod non ſuæ miſericordiæ pauperem commiſerim, non rogaverim, præſertim qui quicquid unquam petii a Patre, exoravi? Sed neque hæc ultimo fulmine caſtigari meruit differendis precibus [7] verecunda cunctatio. Qui dum tempus opportunum, faciles [8] aditus, [9] hilariorem animum capto, interim volui ſupereſſe, cui [10] ignoſceret. Neque inficior tamen fuiſſe me lentiorem quam oportuit, tametſi hoc præcipue habere videor [11] Patri ſimile. Sed ſi ulla emendatio pœnitentia eſt, hic in publico vobis adhibitis rogabo. [12] Non ego æs alienum luxuria contraxi, nec profuſus in vitia fortuna noſtra male uſus ſum. Redemptionis meæ pretium [13] debeo. Si impetro, intelligam verum eſſe, quod quidam opinantur, ambitioſum Patrem publicare voluiſſe domus ſuæ [14] miſericordiam, ne [15] viderentur pauperes tantum vitam inimicis ſuis dediſſe. Si perſeverat, ut porrectos egenti cibos [16] mea fame rependat, & expulſum omnibus [17] bonis Filium ſimilem faciat inimico, vereor, ne iniquis æſtimatoribus inexpiabilis illius, & ſæpe reprehenſi odii

DECLAMATIO.

7 Quæ in cauſa non habet, niſi verecundiam. 8 Ad colloquium cum Patre. 9 Ideo non tam facile, ira inflammanda, & æquus eſſem ad audiendas pro inimici utilitatibus preces. 10 Dedi materiam ut ignoſceret mihi pro dilatione. 11 Notat fortaſſe Patris ſævitiam, qui & ipſe lentus in ipſius curanda redemptione, immo lentiſſimus fuit. 12 Non ego nepotina luxuria poſt tantas meas abſumptas facultates, multam quoque contraxi pecuniam, duplici ignominia, & de exercita luxuria, & de contracto Ære alieno. 13 Pauperi egenti, cujus Filius vicariis manibus me redemit. 14 Fortaſſe abdicando me, ut mihi inde parceret. 15 Ne videatur ipſe referre acceptam redemptionem meam beneficio pauperis. 16 Quæ certe ex abdicatione mea mihi naſcetur. 17 Fortunam domeſticam, hæreditatem.

Digitized by Google

DECLAMATIO. [18] odii culpa videatur penes Patrem, qui tam facile irascitur. Verum enim sic placet, fortunæ magis moribus dissidere, quam [19] suis: nam & paupertatis est proprium, quando [20] alia deficiunt, exercere [21] libertatem: & dum contemptus fama vitatur, potentiores vel [22] ambitiose offendere, & nacta [23] bonam conscientiam [24] magna fortuna, indignius imparem adversarium patitur. * Ergo conseruit, ut solet, casus duratura longius a parvis initiis odia, dum contumeliam humilitas [25] facilius intelligit, dignitas [26] gravius. Neque ulla fuit æmulatio (quæ enim esse inter impares potest?) sed fato quodam similis ex diversis causis contentio. * Hic irascendo pertinax erat, [28] ille incendendo contumax. Quamquam nisi ultimam exprimere [29] confessionem victi utique placuisset, multa jampridem signa dederant veniæ, finemque pugnæ [30] petentis. Nam quo pertinuisse credimus, quod pauper adolescens relictis omnibus, solum me quem coleret, quem amaret, elegerat? Sine dubio a primis mearis annis junxerat nos ille potentissimus amor puerilis, dum aut nulla erant inter parentes odia, aut a nobis non intelligebantur. Post [31] deductas tamen

ANTILOGIA. Ne me putetis conditionis nostræ plerunque comite arrogantia minori insultasse fortunæ; neque sive naturæ livore, sive immodica ambitiositate, ideo nostras in odia advocasse vires, quod veluti contenderem supra meritum nostræ dignitatis imperium. Testor conscios Deos, quid me non inimicum dicam, sed alienum fecit, quam quod superbus homo, & suam supra humilitatem impotentissimus, neque contumeliis abstinuit, neque lacessitæ patientiæ nostræ modo conquievit. Existimate possitne esse inimicus Diviti pauper, qui non sibi arroget ultra suam sortem ad similitudinem affectus superbiam. Sed utinam inimicitia, quæ infensos licet nonnihil tamen perturbat, incæstatque animos, illos inter stetisset, quos fortunæ, familiarumque diversitas notos minus efficeret, ut unicum defendendum nobis crimen esset, cui totum scelus imputaretur. Quo tandem modo excusabimus hostilitatem in Filio, aut quando subversæ naturæ paria faciemus, quod non fuit salva reverentia sanctioris affectus, & ingenitas virtutes quoque perdidimus? Licet vero tota sceleris invidia nequissimum filium calcemus, & tam nostra vacet a culpa conscientia, quantum quisque potest pietatem Patris existimare, ita tamen poldutæ

18 Inter Divitem & Pauperem, ex quo intelligetur injustum esse inimicitiam, & proinde abdicationem. 19 A natura indiis. 20 Puta facultates, & alia commoda vitæ. 21 Quia licet mendici, nulli tamen subesse velint. 22 Quasi propter ambitionem, ut in hac sua libertate videatur superbus. 23 Pauperis. 24 Divitis.

* In narratione adolescens exponit 1. inimicitiam inter Patrem suum, & Pauperem; 2. signum aliquod futuræ reconciliationis; 3. amicitiam suam cum filio Pauperis, cui numquam Dives Pater contradixit; 4. iter suum per maria jubente Patre; 5. captivitatem; 6. litteras Patri missas de redemptione; pro qua Pater destinaverat discedere domo, sed retinuerunt amici; 7. iter amici pauperis per maria Patrem antecedentis, ut liberaret amicum; 8. translationem suam venalem ad Lanistam, & destinatam sibi pugnam gladiatoriam; 9. adventum amici, qui tandem voluit se se offerre vicariis manibus pro amico; 10. ejusdem pugnam, & gloriosam mortem, ante quam rogaverat amicum, ut egenti Patri succurreret; 11. suum in Patriam reditum.

24 Paupertas. 25 Facilius pauper noscit contumelias, eo quod per impotentiam & superbiam sæpius cogatur ferre, ex quarum frequenti tolerantia cito dignoscit, si inferantur, vel facilius, eoquod cum & pauperes suos teneat sumus, & ideo Divitum omnes erga se processus observet, facilius injurias ex hac attentione dignoscat. 26 Gravior est nobilibus sensus injuriarum, vel ipsa dignitatis ratione, vel ex ambitione & superbia. 27 Dives. 28 Pauper. 29 Nisi quod ex hoc postremo, quod postulavit alimenta Pauper, quod fuit se confiteri victum, ex quo inimicitiæ finis esse deberet. 30 Puto legendum, patentis. 31 Post separatas nostras, ex inimicitia, domos.

Digitized by Google

ANTILOGIA. lutæ caritatis atrocitate commoveor, ut mihi veluti incutiat ipſa contagio Religionem. Et fortaſſe quidem non dubito, quales tacitæ illæ fuerint vulgi opiniones cum licuit impune juveni respuere noſtræ dignitatis affectum, & ſive communium carenti contumeliarum ſenſu, ſive nefaria nobis adverſandi natura ad infenſæ Domus ſe conferre conſortium, & inimici Filium, quem potiſſimum amaret, eligere. Neſcio diductasne ante Domos mutua hæc inter Juvenes ſodalitas cæperit; hoc ſcio tunc ſive cæpiſſe, ſive penitus confirmatam cum debuerat exſolvi. Non reprehendi, fateor, non prohibui, ſatis Patris ipſum jubet ſilentium, & tacitam voluntatem bene affectus animus interpretatur, ſive experiri libuit in Filio, noſtrine auctoritas valeret exempli. Obtulit ſors ipſa occaſionem immutandæ (ut putabam) Juvenis contumaciæ, dum imparibus ſenectutis annis peregrinationum laſſitudini Filium domeſticis negotiis addictum ventis, pelagoque exercere conſtitui, ut fortaſſe interim avidiſſimo in pauperem adoleſcentem ſtudio innocentiam compararem. Satis jam ſingulis liquet, quid Filio meo per incerta Maris contigerit, qui furentis pelagi tempeſtatibus ſeviores homines expertus eſt, piratis vinctus, laniſtæ venditus, certamini deſtinatus. Ego vero, ſi miſero, contemptoque Patri ulla ſibi putare fas eſt adeſſe ultricia Numina, non ſine providentia omnia hæc facta arbitrer, ut ediſceret Filius meus verum tandem paternæ domus excolere affectu, qui nonniſi inimicos extra habuerit. Vos advoco immanis calamitatis nuncias literas, & (fateor) irato etiam Patri miſerandas quantum ingemui

DECLAMATIO men domos perſeveravit, imo impenſius [32] laboravit. Et ſi quid mihi in eo ſatis perſpectum eſt, nihil horum fecit invito Patre. Quantum intelligere potui, pauper ſine dubio pudore cedendi, ne [33] damnaſſe cauſam ſuam videretur, ſimul quod nulla ipſi dabatur gratiæ via, ſtare viſus in ſuſcepto, circuitu tamen quosdam molliores tentavit aditus, & dum firma tandem pax impetraretur, Filium nobis obſidem dedit. Ac ne meus quidem offendi viſus eſt Pater, certe nunquam reprehendit, nunquam prohibuit, nec clam feci, nec contumacem adverſus Patris imperia unquam fuiſſe me vel ipſe rerum declarat ordo. Nam quamvis infeſtum latronibus mare juſſus intravi. Neque diſſimulaverim magnas fuiſſe cauſas Patri, cur hoc mihi imperaret; quod ipſe facere non potuerat: ego etſi neſciebam, non interrogavi, [34] ſatis plena ratio fuit Patrem velle. Felix navigantium conditio, qui procellas modo, & ſævos tempeſtatis incurſus, & [35] albentes fluctibus ſcopulos, aliaque pericula tantum maris pertulerunt: ego miſer naufragis invideo, captus barbaris manibus, nec tam nexu catenarum vinctus, quam pondere, imundatum carcerem tuli, & vincula macie [36] laxavi. Quis non ignoſceret omnibus, qui poſt hoc exemplum navigare timuiſſent? Ergo qua una ſpe miſera trahebatur anima, literas de redemptione ſcripſi patri (teſtor deos) ſoli. Quid enim ſentire viderer de parentis affectu, ſi hoc incolumi redemptionem ab alio petiviſſem? Nam quod unum mihi [37] ſecundum patrem fortuna videbatur paraſſe

32 Ut firmius indignaretur, ne ex Patrum diſſidio Filiorum quoque ſeparentur animi. 33 Qui cedit videtur damnare cauſam ſuam, vel enim juſte cedit, & ſic oſtendit ſe malâ inimicis exeruiſſe, vel injuſte, & contra meritum, ſed difficillime intelligetur. 34 Promptiſſima obedientia, & ſingulis Filiis noſtris optanda. Hæc & ſimilia miro artificio prolata, ut Patrem ſibi conciliaret.

35 Spuma ex fluctuum percuſſione, & reflexione. 36 Recedenti, & reſtricto brachiorum circuitu.

37 Amicum meum.

Digitized by Google

DECLAMATIO. rasse præsidium, hoc sperare in illa sorte non poteram. Quid attinebat amico scribere, quem sciebam non habere, unde redimeret? Nunquam ne mihi dabitur liberum tempus conquerendi apud patrem de amicis suis, qui proficisci volentem retinere tentarunt, qui piæ festinationi attulerunt moras? Profectus esset tamen vel invitis omnibus (quis enim non hoc præstaret filio pater?) nisi quod interim amicus anteceſſit. Illum non pericula maris, non infesti latronibus sinus, non vicinum meæ fortunæ documentum prohibuit. Minus hæc miror de amico: illud est, quod pensari nullis beneficiis possit, proficiscentem non retinuit pater: imo si quid in subsidia vitæ sepositum erat parca frugalitas, id omne in impensas itineris contraxit, & contulit. Infeliciſſime senex, sic egere cœpisti. Dicam nunc ego, per quos juvenis præstantissimus navigaverit fluctus, quos accesserit scopulos, quamtos lustraverit sinus? Faciliora ista putant, qui nunquam navigaverunt. In omnia præceps, sine respectu sui, quem jam tum apparebat vitæ non parcere, abiit, exploravit, & tamen ille quoque, qui tantopere festinabat, sero pervenit. Audite, audite, Judices, novam captivi querelam, jam miser apud piratas non eram. Alebar [38] devotum corpus gravior omni fame [39] saginæ, & inter debita [40] noxæ mancipia contemptissimus tyro gladiator, ut [41] novissime perderem [42] calamitatis meæ [43] innocentiam, discebam quotidie scelus. Hæc tamen omnia sustinui, tuli: adeo difficile est etiam sua [44] causa mori. Et jam dies aderat, ANTILOGIA. mui dubiæ orbitatis eventui, quanta anxietate enixa pietas cœperat jam pretia congerere, & suam laudabat fortunam. Nimiam jam ipse quoque sentiebam indulgentiam; at verebar adhuc, ne totus sortis nostræ strepitus impar esset unius redemptioni. Sed quid profuit, Judices? Dum confirmatum caritate senium per dubia maris eademque Filio incerta pergere parat, nunciatur amicum filii mei pauperem Patris ipsam occupasse sollicitudinem, & ad captivum præparata ad sortem quamlibet vota detulisse. Hæsi, fateor, in illo incertæ cogitationis ambiguo, prævaluit tamen experiri, an sic quoque se pateretur Filius meus liberari. Scilicet ad primas devoti Juvenis voces libertatem gratulatus illa in amicum transtulit ad pugnam aptata arma, & prænuncia mortis insignia. O numquam avidius vitæ votum! Dum inimicæ domus beneficio usus est, invidiam paternæ comparavit. Dubitabitur, an cogitaverit Pater de redemptione, & putabunt qui nobis invident maluisse divitis superbiam tanto pauperis damno juvari. Reversus est, qui amici vicarias captivitatem, pugnam, mortem inspexit, cujus renunciat fuisse preces, non sinas mendicare parentem meum. Putavi quidem alienis moribus redeuntem minime dissociatam in Patris, familiæque reverentiam contulisse pietatem, neque alienis dediturum se affectibus, qui post tandiu diductos paternos amplexus in penatium gaudium restitueretur. Et quidem fas erat ut inimicæ domus periisset benevolentia, cum deesset cui fuerat addicta. Non arbitrabar posse ulterius contra paternæ voluntatis

38 Destinatum sacrificio veluti ex voto, vel more victimæ, quæ interficitur ex voto.
39 Abundans alimentum ad comparandam saginam, ideoque majorem corporis molem, ac vires.
40 Offensionibus, vulneribus. 41 Suprema vitæ hora. 42 Captivitatis, vel mortis. 43 Nam si morerer, obibam veluti nocens, & reus; vel quod plerumque rei simili morte pereant, quod noverint antiquitatis studiosi, sive quod merito interficerer ex culpa mea, qua alios offendissem.
44 Etiam si habeatur causa, quæ maxima captivo Gladiatori erat, ex miserrima illa vita.

Digitized by Google

ANTILOGIA. tis reſpectum peccari cum criminum maximum in redemptione contigiſſet. Invenit tamen quo ſe exerceret inexorabilis malitia; finxerit neſcio inimicum, an ſenſerit egentem, cæpit criminoſa liberalitate alimenta præbere. Quid ultra differo? Erogabatur tota auctoritate familiæ cenſus, & Pater neſciebat. Pudeat vos jura, ſubſelliaque, quod miſerrimi Patris deſpectam auctoritatem his clauſiſtis anguſtiis, ut filio reddat rationes abdicationis, quæ concitatæ juſtitiæ ſera, ac minor punitio eſt. Dicite, per Deos immortales, quid ultra facere debuit qui mereatur ſupplicium, de quo quæri non poſſit? Homini cui tanta rerum mira diverſitas contigit, ut pauper inimicus eſſet, & Filius; qui adeo fuit in ipſa fortuna, & cauſæ merito mitis nihil liberius concedendum eſt, quam ut poſſit abdicare Filium contradicentem. Quid enim, ſanctiſſimi Judices, in iniquas illas conſurgit querelas Filius, quod qui mihi modo ex funeſta illa peregrinatione inſperatus adſit vix ſalutaribus liminibus expellatur? Video ſane manſuetudinis noſtræ abuti Juvenem occaſione, qui de rei veluti novitate perculſus ſummam judicat crudelitatem, quod criminoſum penatibus ſemper pro leviſſima animadverſione protruſimus. Recede parumper indurata hactenus, & de nimio affectu contumeliarum neſcia caritas, liceat tandem aliquid paternæ ſeveritati. Egone diutius domeſticos intra lares immorari illum ſinam, qui debitam natali tecto reverentiam in conſue- rat, jamque ad ſpectaculum [45] ſupplicii noſtri populus convenerat: jam oſtentata per arenam periturorum corpora mortis ſuæ pompam duxerant: ſedebat ſanguine noſtro favorabilis [46] dominus, cum me, cujus, ut interjecto mari, non fortunam quisquam noſſe, non natales, non patrem poterat, una tamen res faceret apud quosdam miſerabilem, quod videbar inique comparatus. Certa enim arenæ deſtinabar victima, nemo [47] munerario vilius ſteterat. Fremebant ubique omnia apparatu mortis: hic ferrum acuebat, ille accendebat ignibus laminas: hinc [48] virgæ, inde flagella afferebantur, omnes piratas putares. Sonabant clangore ferali tubæ, [49] illatisque [50] libitinæ toris ducebatur funus ante mortem. Ubique [51] vulnera, [51] gemitus, [51] cruor, totum in oculis periculum. Si quid eſt in me abdicatione dignum, Judices, unum crimen agnoſco, quod in hæc amicum meum [52] miſi. Eſt quidem felicibus difficilis miſeriarum vera æſtimatio, figurare tamen poteſtis, qui tunc animus mihi, quæ cogitatio fuerit. Namque & natura redit in extremis triſtis præteritæ voluptatis recordatio, & mihi cum generis conſcientia, cum fortunæ conſcius aliquando fulgor, cum liberales artes, cum omnia quondam honeſtiora [54] munerario meo, domus, familia, amici, cæteraque nunquam videnda in ultima mortis expectatione ſuccurrerent tenenti ſervilia arma, & ignominioſa mor-

DECLAMATIO.

45 Ac ſi mors, quæ mihi deſtinaretur foret ſupplicium. 46 Ipſe Laniſta, vel ludorum exhibitor. Prætor. 47 Steteram utilior omni munerario, hoc eſt Gladiatore, qui veluti in munus populi deſcendit; vel ſteteram vilior omnibus munerario, hoc eſt illi, qui munera illa ſpectaculorum edebat; in quo ſenſu, ſi hæc ſententia placet, poterit admitti lectio, quæ in quibusdam habetur, *nemo vilius munerario ſteterat*. 48 An ut incitarentur ſegniores? an quibus quoque Gladiatores vexarent? 49 Vel hyperbolice dictum, vel de facto paratis ſandapilis ad cæſos efferendos.

50 De templo Deæ Libitinæ, ſub quo nomine colebatur Venus, in quibus una cum cæteris ad funera ſpectantibus aſſervabantur. 51 Unde cum nondum eſſet dimicatum? fortaſſe ſignificat, tunc quoque apparuiſſe vulnera &c. antequam contingerent, cum jam eſſet in oculis periculum.

52 Permittens ut talia me redimens vicaria opera ſubiret. 53 Felices numquam pro rei veritate conceptum miſeriarum efformant, ſicuti neque ſani ægritudinum, unde Terent. in Andria, *Facile omnes cum valemus recta conſilia ægrotis damus*. 54 Statu meo, vide notam 47.

Digitized by Google

DICLAMATIO. morte perituro, tum (si ulla miseris est fides) quid horum omnium ignari agerent propinqui, nihil pejus de fortuna mea suspicantes, quam quod scripseram: illud tamen gravissimum, quod patrem, qui tandiu non veniret, captum putabam. Ergo tota cogitatione intentus in mortem, expectabam cruentum illum confectorem. Quis enim dubitet, quid futurum fuerit, si ego pugnassem? Ille quoque occisus est, qui inter nos, ut apparet, [55] fortior fuit. His cogitationibus attonito, & in mortem jam pene demerso, inopinata subito amici mei species effulsit. Obstupui, totumque corpus percurrit [56] frigidus pavor, neque aliter quam si vana objiceretur oculis [57] imago, mente captus steti. Ubi primum lux rediit, laxatumque est iter voci: Quid tu, inquam, quo casu perveniisti huc miser? Nunquid & te vendidere piratæ? At ille complexus cervices meas, effusis in pectus meum lacrymis solutus, & intercepto prope jam spiritu, sero, jam trepidante me, primam vocem, & diu solam edidit, Satis vixi. Ut vero causas itineris reddidit, & venisse se ad redimendum indicavit: & unde, inquam, tibi pecunia? nisi rediistis ingratiam, & te pater meus misit? Audite gentes, audite populi, non solita judicium nostrum corona circumstet, sed si patitur natura rerum, totus ad cognitionem talis exempli orbis circumfluat. Tacete priora sæcula, in quibus tamen a primordio generis humani, pauciissima amicitiæ paria admirabiliora fecerat longa temporibus nostris fides intercepta: quicquid historiæ tradiderunt, carmina finxerunt, fabulæ adjecerunt, sub hac comparasuetudinis inimicæ ambitum transtulit? Quid me Patrem esse decet? Invenit alterum, per quem mihi pararet invidiam, & vix fas est natales ortus, & communicatam animam Filio imputare. Testor conscia nostrorum pectorum Numina, quam sollicita vota reddidit alte inherens animo lætitia, & sanctiores Diis immortalibus hostias sua ipsa solatia numquam verior pietas percussit. Expectabam (dicam equidem) ut desiderio incensus affectus vix posset expleri, ut infaustæ profectionis periculo veluti objurgatus numquam nostræ Domus exueretur affectu, neque posset mendax inimici hominis assentatio ipsam Filii nobis auferre præsentiam. Quid amplius? Dederam præteritis veniam, & veluti per tot peregrinationis discrimina Diis punientibus vindicato merito conditionis nostræ gratulatus, novis moribus novam paraveram indulgentiam. Relege, inimice Fili, tuum illum impiissimum repetitæ contumeliæ consilium. Ecquid impotens, superbe objicis, qui jam compositum paternæ æstum indignationis ad impetus rursum, ad flagella revocasti? O quam pœnitet inconsultæ patientiæ! Credite, Judices, recens juvenis crimen confidentia fuit. Quid igitur restat quam ut exemplar de tanta lenitate fortasse exceptum excusemus, si juvenis supplicio præstemus, ne tanta nobis deinceps contumacia valeat adversari? Verum quantulum est, quod coacta justitia Patris de pravo Filio per solam abdicationem contendit? Comparate, si placet, illa sanctissimorum hominum facta, quorum severitatis nostros in usus tam longa temporum, titulorumque serie recordatio percrebuit. Quid Filiis licuit, non dicam inimice factum, sed neque in-

ANTILOGIA.

para-

55 Libenter enim ex voluntate pugnæ discrimen subiit, me invito ipsum subeunte.

56 Recedentibus ad perturbati cordis præsidium spiritibus vitalibus, qui calidi sunt, frigidiores restant externæ partes calore illo destitutæ. 57 φάσμα.

Digitized by Google

ARTILOGIA. invito Patre rectum, cujus non ſtatim pœnas ſacrato capite exolverent? Titi Manlii Filium jam de hoſtibus triumphantem cum conferto contra Patris imperium certamine inſigne victoriæ ſpecimen retuliſſet, memoriæ tradidere majores nulla gratulatione ſeveriſſimi Ducis exceptum quod ſanguinis de pugna ſupererat ſub juſſo ſecuris ictu fudiſſe. Quo tandem modo levem hanc Filii qui inimice fecit defendemus caſtigationem, cum cæſos eos meminerimus, qui in minori crimine ſpeciem quoque habuere innocentiæ? Vis dicam breviter, quam juſta ſit abdicatio? Redimi ante novum factum non merebaris. Quid dicat Filius non ignoro, & quo ſe præcipue conatu defendat, totam operis invidiam in meritum transferens redemptoris. Sed hoc, Judices, a cauſa noſtra procul abeſt, neque enim quærimus utrum amicus alimenta debeat redemptoris ſui Patri, verum (ut reliqua omittam) liceat ne paſcere inimicum pauperem Filio meo. Fateor ſcilicet æquius amici munus eſſe quidquid morituri ſuprema non edidit meminiſſe, & juncta obteſtationibus mandata exequi; ſed cum nos geminæ addixerit natura pietati, ut & parentes coleremus, & amicos, illorum in nobis voluit ſupereminere rationem, quos propiori vinculo meritorum viſceribus noſtris vinxiſſet. Ita ſane celebranda eximiaque juvenis noſter virtute fulſiſſet, ſi non invito Patre obtemperaſſet amico, at poſtquam cœpit potioris pietatis reverentiam negligere, minoris etiam præſtitæ deperdidit innocentiam. Quid pium enim Filium meum putetis? Nullum eſſe illi poteſt fidei meritum, qui Patri inimicus eſt; & quamquam proclamet ſe debitum inimico meo redemptionis exſolparatione taceant. Quis crederet (ſi dubitari poſſet) inter duos amicos, quorum alterum immunem malorum omnium fortuna fecerat, alterum piratis ac laniſtæ tradiderat, meliorem conditionem fuiſſe captivi? Si dives eſſem, inquit, pecuniam pro te attuliſſem: quod unum pauperibus præſidium eſt, manus habeo, has piratis daturus fui, has pro te in pugnam vicarias dabo. Ignoſce, pater, quod nimia [58] contentione affectus [59] pene tibi orbitatis vulnus impreſſerim. Teſtor deos, non per me ſtetiſſe, quod vivo. Neque enim ita me efferarat [60] ludus, aut in tantum duraverat animum cædis longa meditatio, ut eum amicum vellem occidi, qui pro me mori poterat. [61] Vindicabam mihi fortunam meam, & adhuc neceſſitatis gladiator depugnare etiam volebam, neque ullis precibus poteram evinci: quanquam ſe non ſuperfuturum alioqui minabatur, idque unum affirmabat intereſſe, utrum vicarium mallem habere mortis, an comitem. Non vici. Quid igitur actum ſit quæritis? Duxit me ad munerarium, Judices. Quas ego illius preces, quam pertinaces lacrymas, quam miſerabilem obteſtationem vidi! Nemo unquam ſic rogavit miſſionem. Transferantur in illum detracta corpori meo arma, & [62] male aptatis inſignibus feſtinatum par [63] producitur. Quid me admonetis ſupremarum amici mei precum, quibus hæc alimenta, [64] caro empta, inopi patris ſenectæ petita? adjutorium hoc ad cauſam putatis? Me pudet, quod rogatus ſum. Per hanc, inquit, mihi lucem ultimam, per notiſſimam amoris noſtri fidem, non ſinas mendicare parentem meum. DECLAMATIO.

Su-

58 Mea gratitudinis cum tanta pietate. 59 Pene præſtiti in captivitate non patiens me taliter liberari, quare tu certe fuiſſes orbus, me proculdubio in pugna occiſo. 60 Palæſtra. 61 In libertatem aſſereada Fortuna mea occaſionem habebam, & tamen &c. 62 Ut illi, qui geſtare non merebatur. 63 Amicus meus, & ego, feſtinatum autem fuerat in me ſpoliando, & in illo veſtiendo, cum tempus jam pugnæ adeſſet. 64 Ego puto ſuperflua duo hæc verba.

Digitized by Google

DECLAMATIO. Sustineas, adjuves, præstes affectum: si mereor, tu sis illi vicarius meus. Nec plura dicendi tempus fuit: jamque suprema per [65] galeam dederam oscula, digressisque in diversum ministris permissus Mars erat. O quam solicitus spectavi, quam attonita mente, quam [66] simili corporis motu! Quoties ad infestum mucronem, quasi ipse peterer, me summisi! Quoties ad conatus erectus sum! O misera cogitatio, o crudelis natura metus, [67] merito tu, amice, pugnare maluisti. Facinus indignum, illum animum, illum ardorem non contigisse castris, non bellicis certaminibus, ubi vera virtus, nulla pugnandi lege præmium scribitur. Qua vi prælium invaserat, iratus etiamnum tanquam adversario meo, ad omnes impetus excipiebatur callide veterani gladiatoris astu, omnes conatus contra se erant. Nec difficilem tamen sub illo præsertim [68] autoramento habuisset missionem, sed noluit gladiator vivere. Igitur jam nudum corpus vulneribus offerens, ut totam prope mercedem semel solveret, stans periit. Cui licuit in patria, in domo, inter propinquos, securo consenescere ævo, cui tranquillam sine reprehensione agere vitam, jacet confectus vulneribus, & primo juventæ flore fraudatus periit miser fato meo: At ego, qui debebat illi fortunæ, quem mors sibi destinaverat, emissus ludo nocentior, quam venditus, etiam viatico illius infelicis revertor. Placeamus licet nobis [70] fortuna nostra, pater, pauperi solvendo non sumus. * Siqua est fides, Judices, pudet me contra indicare [71] mea beneficia, nec videor vobis solvere, non crediderim criminosam hanc caritatem de sancto illo virtutis ortu manare. Non habet sane jactatæ hujus caritatis sensum, & tantum de amicitia consilium, qui ipsi inimicus amico scelerata, turpique ignavia ita se redimi passus est. Non capit miserationem animus, qui immanissima crudelitate efferatus suam prætulit tam emeriti vitæ juvenis liberationem. Quid putemus pauperis hunc calamitate moveri solum Filii beneficium allegantis, qui sua vincula, & certam mortem in ipsum æquo animo transtulit benefactorem; aut ulli parem esse pietati, qui tunc maluit amicum suum mori? Videte mite pectus, & mollem affectum, qui ad omnem miseriarum conspectum tremit, quam fortiter non alienas modo calamitates ferat, & mortes, sed ipse immittat, ipse festinet. Crudelis, impatiensque, quam ominosus es! Maxima scelerum uno actu fecisti, ut neque possis majus in Patrem, neque in amicum facinus admittere. Quid hoc igitur vere grati animi mendacium putemus, quam veterem nobis adversandi consuetudinem, & contumax votorum scelus, ut habeat Pater intra domum inimicos? Ita scilicet parum credidit immanissimæ contumeliæ datum, dum ad hostis ambitum coactam contulit reverentiam, nisi de familia aliquid sive dedecore, sive damno præter suam pravitatem erogasset. Quid amplius quæritis a Patre, Judices, ut districta valeat abdicatio, si neque invenit in Filio sola æquitas meritum? Ego vero ulterius redo causas, & dum omnium mentibus inaudita hæc series impietatis appareat, querelas ejus expendite, qui toties me- ANTILOGIA. rue-

65 Non nuda fronte. 66 Gladiatori redemptori meo. 67 Ego enim tam timidus numquam pugnæ suffeciissem. 68 Quod impar adversariis esset. 69 Illo fine, illo Fato, quod meum esse debebat.
70 Qui sumus in Divitiis constituti.
* Hic confecta narratione exaggerat 1. quantum debeat Pauperi, & quam parum hactenus solverit; 2. Patri explicat, quomodo quod erogavit in Pauperis alimenta non male impendit; quod si tanta est ipsius indignatio ex tam bono dispendio, quænam esset si malo aliquo usu dissipasset?
71 Quæ in Pauperem contulerit.

Digitized by Google

ANTILOGIA. ruerit abdicari. Cur enim cum inimici nos essemus, amicum Filium pauperis habuisti? Itane, Judices, de nostrorum affectuum communione decedere fas erit Filiis, & qui nostri sanguinis, animæque beneficio fruuntur, muneris saltem memoriæ negabunt ut in nos vel inviti sola veneratione propendeant? Non equidem superba violentia contendimus, ut totum fortunæ nostræ strepitum vestri quoque insultus comitentur, non ut animum immitis odii perturbatione, & ultionis sollicitudine agitetis. Salvum munus est pietatis, si non eluctemini, si veluti de sententiæ vestræ diversitate non comparetis improbato facto Patris invidiam. Unum hoc poscimus, ut plus nos diligatis quam inimicos. Neque enim vestri juris est de justitia causæ disputatio. Sanctum sit quod Pater elegit, & fidem veritatis in majoris exempli obsequium submittite. Quamquam quis modo dubitet, aut cur hujus inimicitiæ suspecta sit innocentia, dum totius familiæ res agitur, dum non privata Patris invidia, sed domus dignitas vindicatur? Judicate utrum nunc possit esse Filius meus amicus pauperi, dum necesse est enixius esse inimicum. Peccavi, inquit, ignoscere Patris est, & satis, abundeque pœnarum, ex insanis fluctibus, ex latronum manibus, ex ludo, ex destinato certamine contigit. Hæc sane illorum criminum supplicia sint, quibus se olim sævitia pervicax ante allegatam inimici famem exercuit, neque pondus addat bis [72] rationem posse reddere, quod mihi tam parum objiciatur. Redemptoris mei patri in pretium meum orbo, [73] egenti, quid præstiti? Quod pirata capto, quod Lanista gladiatori, exiguam stipem, & cibos semper petendos. Quantulum enim dari poterat, quod non sentiret dominus tam [74] curiosus? De hac re consedistis, hoc concitavit istam judicii scenam, panis datus mendico, & [75] dilata hac impotentiæ nostræ opinione, videbamur amicos [76] ferro occidere, inimicos fame. Computemus totam istam meæ luxuriæ impensam, audite summam, & [77] miramini, si hos sumptus, ne divitiæ quidem sustinent. Tanti constat patri captivitas mea, cum tam care redemptus sim. Quo tandem patereris animo, si delicatus adolescens, præsertim splendidis opibus, vel ex ætate mores, vel ex fortuna traxissem, & [78] tempestiva convivia, & [79] pervigiles ludos advocata sodalium turba, solutus atque affluens agerem, tantumque impenderem, quantum non posset te ignorante consumi, quæ tamen ipsa boni patres libenter annis remiserunt, cum abdicatione dignum putes, & [80] ultimo patriæ potestatis fulmine coercendum, quod mendico seni porrexerim, ut parcissime dicam, quod [81] illi filius misit? Non redempta meremur, non egestum conviviis fœnus, non lenonum parasitorumque chara adulatio incrimen venit: [82] cibaria senis nempe

DECLAMATIO.

72 Cur non sim ego abdicandus; non enim quomodo diluere tam nullius objectionem momenti, quam mihi facit Pater, quod Pauperi beneficia contulerim, quæ indicare me pudet. 73 Duplici ex causa, quia discedens Filius me liberaturus, si quid in præsidia vitæ sepositum erat parca frugalitas, id omne in impensas itineris contraxit, & contulit; 2. quia ipse ex senectute impotens, qui sibi alimenta compararet operibus, non habebat neque Filium a quo posset nutriri. 74 Tam oculatus, tanta cura attendens ad rem domesticam. 75 Et si diutius vulgetur opinio hæc, quod non potuit præbere alimenta Pauperi, &c. 76 Fere enim ipse ego amicum meum redemptorem occidi, passus enim sum ut meum munus subiret, ex quo obiit. 77 Ironice. 78 Tempestiva convivia, malo sensu sumuntur: ita Seneca de Ira, lib. 2. cap. 28. *Tempestiva convivia Pater deterior Filio castigat.* Cicero quoque pro Arch. Poeta. 79 Jocos, per noctes, sicut Juvenal. Sat. 8. *Si luditur alea pernox.*

80 Cum tamen *pro peccato magno parum supplicii satis est Patri.* Ter. in And. Act. 5. Sc. 3.

81 Me enim rogavit ut pascerem, quod est præbere, quasi quod Filius miserit.

82 Ex ætate, ac malis parciora.

Digitized by Google

DECLAMATIO.

pe unius ætate, ac malis confecti. Hoc divitias tuas concutit, hoc fundatam paternis avitisque opibus domum exhaurit? Si tam avarus es, computa, [83] adhuc de alieno vixi. * At hæc fortaſse, quæ circumſtat judicium corona, & omnis ignara cauſæ turba, magnum neſcio quod & portento ſimile crimen expectat. Abdicas me, pater, tam cito? Modo tibi ex illa funeſta peregrinatione inſperatus revertor, unde ut venirem, vix optare potuiſti. Nulla adhuc pro reditu meo ſoluta ſunt vota, non percuſsæ diis immortalibus hoſtiæ, redemptori certe gratiam non retulimus. At ego expectabam, ut deſiderio incenſus affectus vix poſset expleri, ut poſt infauſtam profectionem velut objurgatus tanto periculo, nunquam me poſthac, ſaltem peregre, dimitteres. Vix ſalutatis laribus expellor, & apud plerosque dubitari poteſt, an [84] admiſsus ſim. An hoc agis, ne quid tibi præſtitiſse videatur, qui me redemit? Sævus enim credo & impius, & (quod maximum omnium vitiorum ſignum eſt) [85] ingratus beneficia patris non æſtimo. Fortaſse cui vitam debeam, [86] neſcio: nulla eſt apud animum meum memoria meritorum. Miſerum me, quod non poſsum tantum ſolvere, quantum accepi. ** Quanquam cauſas abdicationis pater altius repetit, & ultra peregrinationem meam inquirit, idque ratione duplici. Primum, ut reum, quem premere atrocitas criminum non poteſt, turba confundat: deinde ut gravius videatur judicium patris, cum is addat impunitatis præſentibus, quod vix diluit meritum præteritorum. Sed cum privata hæc noſtra, & communis naturæ caritas, tanti ſive dedecoris, ſive exempli diſcrimen ſubierit, hactenus pro hac genus ultionis fuiſſe arbitror, nondum certe ſatisfactum eſt Patri. Neque me ideo putetis amicitiæ cultum improbare: quid enim de virtutibus Filium meum abducam, qui violatæ pietatis redarguo? Contendo tamen ut de ipſa voluntate Patris Filii libertas ſit, & de ipſis reddat quoque recte factis rationem. Annon, Judices, prohibere merito poſſem cenſus in munera, in eximia opera, monumentaque profundentem, maximarumque virtutum obſtare conatibus, quod non ſola mens hominis ad ipſas eſt? Non video quid interſit inter hanc abſurdi affectus occaſionem, dum Filius ſe addixit amicitiæ, ad quam non ſolius habentis conditio defertur. Adde quod ſe jam fatetur inimicum Patri, cui repugnans omnino eſt amoris, odiique propenſio. Neque enim, Judices, ſatis Filio meo fuit infeſtum minus juvenem, quem coleret elegiſse, ſed profecto ſemper ita ad ſenem ſe contulit, ut fere videretur novi Patris diverſitatem prætuliſſe. Proclamo, teſtor, totis ſe ibi explicuit operibus impiiſſima pietas, & nobis perinde forent captanda de paupere merita reconciliationis turpiſſimo neſcio cujus affectus ambitu ſe ſe ſcelerata induſtria laſsavit. Quis parentis diſcrimen, quis natalium donum noviſset? Credidiſset fane intra inimicos. Dicite, per Deos immortales, quid ſævius, quid infenſius allegaremus, ſi ſe ipſe inimicum profiteretur? Quare,

ANTILOGIA.

83 Dum a te longe fui, apud Piratas & Laniſtam nihil domeſticum inſumpſi.

* Primum pro ſe argumentum ex miſeratione deſumptum, quod vix reverſus a captivitate, dum tempus eſſet lætitiæ, a vix ſalutatis laribus expellatur &c.

84 Poſt reditum. 85 In redemptoris mei Patrem, quod gratias referre nequeo, quaſi obliviſcar beneficiorum, ideo & paternorum in me perit memoria. 86 Patri ne meo, an amici.

** Prima objectio Patris, cur habuerit ipſe amicum Filium Pauperis, cum inimici eſſent Patres. Reſp. 1. quod licet peccaverit, Patris eſt tamen ignoſcere; 2. ſe jam luiſſe pœnas tot ærumnis; 3. ſummum eſſe bonum Amicitiam, unde ſumme eſſe expetendam, & numquam poſſe exprobrari; 4. ipſum Pater huic amicitiæ debet, ſic enim vivum habet Filium, qui alioquin periiſſet.

Digitized by Google

ANTILOGIA. re, Judices, adhuc vereor, ne æquitatis nostræ in tanto Filii crimine sit excusanda conscientia, ne de hoste veluti ulciscī videar iratus. At, inquit, numquam negavit, numquam objecit, numquam excanduit. Credebam mehercule non necesse esse Filio meo novum Patris imperium ut naturæ legibus obediret, neque ejus jacienda quoque semina instinctus, quem nobiscum genitum individua animæ necessitate referimus. Ante Judices quemquam feretis dicentem, ideo scelerum semitæ diutius, altiusque inhæsi, quod nullus admonuit, nullus prohibuit? Vultis reddam tacitæ patientiæ nostræ rationem? Experiri subiit quo esset animo Filius, qua reverentia; an ullum tandem facturus esset criminum modum, sanctumque Patris putaret exemplum. Quid enim opus est lacessita semper Pater auctoritate proclamet, minetur, percutiat? Expectas scilicet ut singulis vacet artibus, ut singula judicet, & lene pietatis officium in furoris invidiæque ministeria assidue componat? Fateor utique plecti minus meruit tuus ille incertus adhuc amicitiæ animus, dum se exercet occultior affectus, & fidem habemus citioris pœnitentiæ. Nunc profecto intelligimus inimicæ artis consilium, dum intermissum parumper scelus nullius exitus promisso reparatur in majus; dum firmior, postquam periit quem facinoris moram credebamus, propendet animus. Quid repugnas inimice, quid quereris? Jam referas castigationem, quam objicit non ante illatam. An nihil ad Filii crimen conferre putetis, quod ita se redimi passus est? Tune vitæ munere perfrueris quod debes inimico Patris; tamque imbecille pectus est in adver- DECLAMATIO is damnet, qui soleat ignoscere. Cur, inquit, cum ego inimicum haberem pauperem, tu amicum filium ejus habuisti? Volo, Judices, omissa omni contentione scilicet sic agere, peccavi, veniam peto, & errare hominis est, & ignoscere patris. Duxit me similis ætas, evicerunt officia, cepit fides, amantem odisse non potui. Nihilominus satis, abundeque pœnarum est, & si pietatem tuam bene novi, plus quam velles, datum est. Quantumlibet peccaverim, quid amplius iratissimus dominus exigeret? [87] Ludo tibi satisfeci. Nullum ne cladibus meis finem dari placet? Parum est quod insanos pertuli fluctus, & sævis tempestatibus commissus, atbitrio ventorum [88] pependi? Parum est quod in nefarias latronum manus prædā perveni, & (quæ ultima malorum etiam servorum conditio est) sine [89] exceptione venalis? Inde me si voluisset, emere potuit inimicus. Parum est quod me diu piratæ in carcere retentum, quia redemptorem illis divitem promiseram patrem, in ludum vendiderunt tanquam decepti? Quod quotidianæ pugnæ meditatione tandiu mori didici? Quod compositus, armatus, [90] inductus perieram, si [91] melior amicus fuissem, nisi me nova velut in portu adoptata tempestas, paternis laribus extorrem, & necessarii quoque victus inopem, circum ad alienas mitteret domos? Pudet enumerare calamitatum mearum gradus, piratam, lanistam, [92] patrem. Atqui pars ista criminis, Judices, mei non defendi meruit, sed laudari. Neque enim reperio, quid in rebus humanis excogitarit natura præstantius

87 Palæstræ laboribus, & damnis, in qua a Lanista sæviſſime exercebar; vel (si difficilem magis longiusque petitam velis interpretationem) tantas calamitates passus sum, ut quæ inter ipsas præ aliis haberi possint pro ludo valeant tamen pœnas mei delicti exsolvere. 88 Inter vitam, & naufragium anceps; ac medius. 89 Conditionis, & fortunæ meæ. 90 In spectaculorum locum, in arenam.
91 Quam vere fuerim, me tanto amici mei damno redimi permittens.
92 Ut majoris calamitatis causam Patrem ultima parte gradationis ponit.

Digitized by Google

DECLAMATIO. tius amicitia, quid concordia contra fortunata majus auxilium. Nam primum præter [93] cætera animalia induit noſtris pectoribus quandam ſocietatem, quæ mutuo gaudere congreſſu, contrahere populos, condere urbes edocuit: & cum mentibus noſtris varios impoſuerit motus, nullum profecto melioremque benevolentia tribuit affectum. Quid enim foret humano generi felicius, ſi omnes eſſe poſſent amici? Non bella, ſeditiones, latrocinia, [95] lites, cæteraque mala, quæ hominibus ex ſeipſis nata ſunt, [96] fortunæ acceſſiſſent. Id quia primum deo viſum eſt, at certe honeſtis convenire mentibus, fidem colere, amoris gratiam referre, omnibus temporibus, omnibus gentibus præcipuum, & quodammodo ſacrum fuit. Neque enim niſi [97] optimis mentibus contingit, ut aut ſic amare ſciant, aut ſic amari mereantur. Hoc ego crimen expaveſcam? Scires quantopere gloriarer, pater, ſi cum amico ego rediſſem. [98] Niſi forte ſimilitudine flagitiorum ductus, turpi me conjunxeram juveni, quæ vita ſine dubio nomen amicitiæ non accipit, tametſi ad [99] paria ducente natura vitia convenerunt. Objice mihi amicum, & habes maledicendi materiam. [1] Gladiator fuit, quare amicus illius fuiſti? Ita opinor, pœnitet. Effert te longius dolor, & nimia concitatus ira, quo progrediare non reſpicis. Non ſentis, pater, hoc te mihi objicere, quod vivam? Quisquam de illa amicitia queri poteſt [2] præter pauperem? Ac verſis, ut inconſulte apud te valeat quidquid tuo ſubtrahat dolori materiam? Ergo ut mihi in futurum inſedeat pudor, conſentis quod tantum hoſtis imputet beneficium, & ſemper de tui recordatione ipſe exigat, ego deberi ſciam inſenſis? Itane ſemper tecum res eſt cum inimicis, & dum in miſerrimæ Fortunæ vicem pereunte arrogantia temeritatis ſuadet meminiſſe pietatis calamitas, de Familiæ adhuc, Patriſque conſilio recedis? Non ferrem mehercule ſi pretium ipſe perſolveret, ſi non vicarias manus offerret, & vitæ parceret, ut ultro redimereris. Quod tu monſtri genus es? Ad Patrem de redemptione ſcripſiſti, & ejus illico indulges muneri, qui ſolus noſter non poterat eſſe vicarius? Advoco conſcia Numina, quam minime ſedebat otioſa pietas, quam ſollicita quodcumque liberationis pretium paraverat; ſed poſtquam ſenſi properaſſe inimicum, captivi Filii conſultationis parumper hæſeram expectator. Miſerum me, quam nimis contigit, quod neque de jam experto Filii ſtudio verebar! Miſerum me credent facilius homines nobis probantibus Juvenem oblatum, ut infirmior inimicus Pater ſuperbiæ noſtræ impar foret inſultibus; aut fortaſſe dubitabitur, an neque cogitaverim de Filii captivitate. Quam nobis invidiam, quod paraſti dedecus? Aut credar tibi magis inimicus ac pauperi, aut maluiſſe me perfrui beneficio inimici. Credo poſthæc, neceſſe erit, ut deſinam eſſe infenſus. Sed hæc, Judices, excuſari aliquo modo potuerunt in Filio, & jam ANTILOGIA.

93 Nam *principio hilaſſit communis conditor illis tantum animis*. 94 *Nobis animum quoque, maturus ut nos affectus petere auxilium, & præſtare juberet*. Juven. Sat. 15.

95 Adjice privata homicidia, & alia ſcelera, ex quibus fit, ut vere dicatur *ſerpentum major concordia*. Juven. Sat. 15. 96 Fortunæ noſtræ inconſtantiæ, quod ſolum tamen pateremur malum.

97 *Quibus arte benigna, & meliore luto finxit præcordia Titan*. Sat. 13. 98 Ironice.

99 *Ad ſimilem Deus adducit ſimilemque paremque*.

1 Nequam ſcilicet, & facinoroſus; ironice autem dicit, cur enim factus eſt Gladiator?

2 Qui per ipſam pertulit Filium.

ANTILOGIA. & jam noſtra æquitas de invidis lætitia novæ ſortis effectibus reducta excuſaverat, niſi ſe Filius iterum ad pravioris malitiæ experimenta contuliſſet. Exoneravit me tamen paululum invidia, & debitum inimicitiæ levavit, quoniam minus inimico Pauperi licet nobis objicere. Neque enim, Judices, ita Seni præbuit alimenta, ut homo homini, & amico Patris amicus dediſſet, ſed tanta profecto ſollicitudine, ut non tantam fere exigat reverentia Parentis. Quid jam queritur Pauper de Filii ſui morte pro mei redemptione, cum & meum habeat anxiorem vicarium, & mihi quoque Filium abſtulerit? Summam tibi jacturam feciſſe videris, quod per me non habes? Majus eſt quod patior, quod refero qui Filium habeo, ut ſemper perdam. An hoc feram, Judices, ut cenſu noſtro inimicum corpus paſcatur, ut in infeſtum hominem alimenta is conferat, qui fortaſſe non ferret ad Patrem? Quis patiatur, rogo, tam liberam adoleſcentis auctoritatem, ut non dicam jam inimico homini, verum & amico tanta temeritate, arrogantiaque ſubveniat? Annon ſatis eſt, quod per luxuriam, luxumque effrænis ætas profundit, & quo perditiſſimæ libidines tota cenſuum egeſtione ſatiantur, niſi novas addat cauſas ſagax malitia, quibus & familiæ noceant, & parentibus contradicant?

Quid

** Cur cum inimici nos eſſemus, vos agnoſco. 6 Peccavimus enim, fateor, vos inimici fuiſtis. Hæc, Judices,

DECLAMATIO. * At ego inimicum habebam illius patrem. Decuerat quidem ſimultates, quas maxime omnium mortales eſſe voluere ſapientes, in his 3 deſinere, in quibus naſcerentur. Nam ſic quoque immodicas ſerit diſcordiarum fortuna cauſas, etiamſi non hæreditaria ſubeamus odia, ac diutius inimicitiæ maneant, quam inimici. Tamen ſi quid adverſus te ipſe commiſit adoleſcens, ſit hoſtis & meus. Si innoxius, & omni vacans culpa, charitatem mereri cupit, ſi nullius me amici filius validius amat, qui tandem vis, pater, reſpuam, & iratas objiciam manus? Tu quoque non odiſſes pauperem, ſi te amaret. Inſerit ſe, & beneficiis certat. Noras adoleſcentem omnia ultro præſtantem, & ſic me amabat, quamvis tu eſſes inimicus patri. Adjice, ſi tanta in adoleſcente indoles fuit, quantam nulla unquam cognovere ſecula: ſi fides antiquiſſima, & 4 cum deorum cœtu permixtis inaudita temporibus: ſi me ſemper habuit chariorem ſpiritu ſuo, etiam ne deſpicienda mihi rariſſimi boni occaſio fuit? At ego perpetuam quandam mihi gloriam reor, quod ille 5 cœleſtis animus me potiſſimum, quem amaret, elegerit, quodque ego ſim probatus tanto judice. Me quoque igitur ferret fama per gentes, & amici laudibus illuſtrior vivam. Credet aliquis idem me pro illo fuiſſe facturum. amici fuiſtis? Aliud hoc loco crimen peccavimus, quod cum amici eſſemus, diutius exequerer, niſi abſolvata eſſent

ipſo

* Inſtat ex eodem argum. Pater, quod inimicum illius Patrem habebat. Reſp. pium eſſe, ut inimicitiæ inter eos tantum permaneant, inter quos ortæ ſunt, neque eſſe hæreditarias; 2. ſe ſumme a Filio Pauperis amatum, quare non potuiſſe non amare, quod ipſe quoque Pater cum Pauper feciſſet ſi ab eodem eſſet amatus &c. ſumme Amici fidem extollit.

3 *Civile* enim *eſt odii tollere æternitatem*. Plut. in Solone. 4 Temporibus illis aureis, quibus terram Numina incolebant. 5 Qui modo in cœlis, veluti inter Numina reputatur, vel qui fidem habuit animi, qualem cœleſtem incolam decet.

** Inſtat iterum Pater, cum inimici Patres eſſent, cur ipſi Filii fuerunt amici? Reſp. 1. retorquendo argum. male feciſſe ipſos Patres in inimicitia perſeverantes, cum amici eſſent Filii; 2. Numquam huic amicitiæ Patrem contradixiſſe, quare patet ipſum ipſi aſſenſum fuiſſe; 3. quia ſi ullam habuiſſet cauſam indignationis, poterat ipſam non admiſiſſe dum rediit, ſed non fecit; ergo &c.

6 Equivoce.

Digitized by Google

DECLAMATIO. ipso judice patre. Longum jam istlut criminis tempus est, nunquam objecit, nunquam excandait: Et quid hoc? inter nos, pater, conveniat, ne si longiores repetis offensas, apud malignos videaris me iratus non redemisse. Sed si quid ante commisissem odio tuo dignum, potuisti me redemptum non recipere. Manifestum est ergo te patiente, id est, te volente amicum mihi fuisse juvenem. Et sane non solus in hac fuisti sententia, idem filio permisit & pauper. Atqui si [7] pars hæc causæ, quæ confessione longi silentii absoluta hodie in accessionem [8] criminis alterius deducitur, potest apud vos impetrare veniam, facilior certe sequentium ratio est. Ille enim sane fuerit inimici filius, hic jam est amici pater. * Nec ignoro, Judices, quam [9] male ista defensio de humano genere mereatur, si adeo nihil est per se misericordia, ut nisi ulterior aliqua necessitas pudori vim fecerit, pro summo crimine damnanda sit minus necessaria humanitas. Ergo si alienum & ignotum, tamen (quæ publica omnium mortalium, quippe sub uno parente naturæ, cognatio est) hominem cibo forte juvissem, pœna dignum videtur servasse perituram animam, & ignovisse rebus humanis, & respectu communis omnium sortis, velut adorato numini, stipem posuisse fortunæ? Si hoc crimen est, laudetur ergo crudelitas, nihil habeatur piratis, lanistisque prudentius. Ferantur sane profutura humano generi duo exempla, intra tam breve tempus, propter misericordiam, [11] alter abdicatus, alter [12] occisus est. Quod crimen si fatendum sit, non animum mihi ipse finxi, aut mea potestate regitur affectus? an arbitrio formantis mores omnium naturæ

ANTILOGIA Quid ultra fit de levi hac abdicatione disputatio? Vos parentes interrogo, quid faciendum est Filio, qui Patris fovet inimicum, & fortasse homicidæ, carnifici alimenta, vires, temeritatem ministrat? Timerem profecto Filii querelas, si per me pasceretur extraneus, & sibi nollet auctoritas nostra permittere, quod videri posset hæredi detractum. Atque hoc præcipue sentio puniendum in Filio, quod me inscio inimicum paverit, immo in familia aliquid specie fecerit auctoritatis. Hæccine, impotentissime Juvenis, exorandi Patrem ratio est, non illi supplicem pietatem sistere, quem scis alioquin vetaturum, verum secreta licentia improbis votis indulgere? Si bonam habes causam, cur referre puduit, cur maluisti secretum? Si tibi de malitia constat, quid modo contendis? Quid ultra sinimus ita deperdi reverentiam, ut Filio liceat sibi tantum permittere contra Patrem, ut non sit diversitas imperii? Res agitur exempli, & in futurum quidquid inde sequatur transmittimus; multum debebunt perditi Juvenes Filio meo, per quem sibi impune asserat libido auctoritatem. Sane non totam Filius servulorum conditionem subeat, & Patriæ domus dignitate diversitatis utatur, nihil ipsi tamen minus libere liceat, quam non per-

7 Quod Filium Pauperis amicum habuerit, quoniam tu mihi nihil objecisti, absoluta est.

8 Quod alimenta dederim Patri amici mei.

* Secundum argum. quia non est nefas, cuicumque dare alimenta, 1. quis ergo si quis ignotum quempiam pascit reus est, quæ si ita sunt, laudanda est feritas Piratarum &c. 2. quia cum varii animi inditi hominibus sint, in misericordiam procliti natura donatus ipse est, quare hoc quod modo fecit illi est imputandum, qui talem præstitit animum; 3. quia magna gloria est impendisse aliquid in reparando veluti homine; 4. quia cum omnium rerum vicissitudo sit, ideo succurrendum est egentibus, quoniam eadem etiam Divitibus contingere potest necessitas.

9 Quam mala fit hæc defensio, quod non magna laudatur necessitas, cum ex solo pudore non alio ex motivo sibi invicem opitulari deberent homines. 11 Ut ego. 12 Ut pauper.

Digitized by Google

ANTILOGIA. permittente Patre quocumque merito facultatis erogare. Quid nunc memorem priscæ severitatis specimina, cum vel leviter de ingenio, votoque parentum discessisse crimen capitis censebatur? Aulus Fulvius, Filium temerario impetu in Catilinæ Castra ruentem medio itinere abstractum supplicio mortis affecisse defertur. Scilicet æquo in crimine major illa pœna fuit; ego Filium, qui ad inimicum se confert solius plecto abdicationis supplicio. Dicam Cassii Filium, qui Tribunus revocata lege Agraria, plebis studio potiebatur, deposito Magistratu affectati regni crimine domi damnatum? Ille quidem Patri consulit; quo tua pejor causa, qui nobis noces? Quod si hoc, Judices, Filii mei flagitium non est, laudetur ergo qui tota effrænis pravitatis licentia scelerum vestiget materiam; qui impotentissimæ luxuriæ dispendiis alimenta etiam divitis Patris absumat; qui Paternæ legis abnegata pietate inimicos diligat, foveat, communiat. Sed invenit Filius perditi ingenii Patronum, veluti non talem sibi ipse finxerit animum, verum sive cœlestis providentia, sive assignata illa nascentibus necessitas syderum, hunc infuderit affectum caritatis. Iniquius est, Judices, maximum crimen pejori commento defendere, Fatisque objicere impietatis autoramentum. Quo non ruis vitiorum improba desperatio? Quid tam intemeratum, sanctumque sit, quod non faciat humana malitia suspectum? Cedo igitur, & male Diis fidens incursus, hoc magis cogitare debet, ræ compositus, cum crimine meo natus sum? Nam, sive cœlestis providentia, sive irrationabilis casus, sive assignata siderum cursu nascentibus nobis necessitas, multa varietate pectora nostra distinxit, nec minus numerosas animorum, quam corporum dedit formas. Sunt quorum mentes etiam nocentium supplicia confundant, qui ad omnium sanguinem pallescant, ignotorum quoque miseriis illacryment. Sunt contra qui ne suorum quidem misereantur. Mihi mite pectus, & mollis affectus ad omnem calamitatum conspectum tremit. Noli me æstimare mea fortuna, pater, non habeo gladiatoris animum. Utinam quidem mihi causa permitteret sic gloriari, juvenis conceptus splendidis parentibus, cum solum tam speciosæ fortunæ crederem fructum posse prodesse, & contra varios mortalium casus quasi portum benignitatis aperire, concupivi quandam humanitatis [13] civicam gloriam, periturum hominem, sive ille naufragio ejectus, sive spoliatus incendio, sive exutus latrocinio erat, naturæ, patriæque restitui. Paria tecum facio R. P. [14] quæ propter me unum civem perdideras. Hæc me magis decet impensa, quam vestis, quam argentum, [15] quam ubi latus emitur. Ubi enim pecunia melius poni potest, quam ubi fœnus bonitatis extenditur? Magna conscientia est, felicitatem meruisse. Ignotus sane sit & alienus: quid fuerit ante, non quæro, post hæc erit amicus. Et hercule quo quisque plus potest, quoque latius patet ad fortunæ atque respicere, quantum in nos fortunæ regnum sit, quam [16] instabili sede humana consistant. Non me aurata.

DECLAMATIO

13 Coronam veluti Civicam servati Civis meis alimentis præmium. 14 Tibi quæ perdideras unum Civem, scilicet Filium Pauperis pro mea redemptione mortuum, paria facio, servando Pauperem utique moriturum. 15 In quibusdam ita legitur: *quam ubi laus emitur. Ubi pecunia* &c. quoniam vero hic τὸ enim deest, ego ita censeo legendum, juxta verborum hujus Codicis ordinem. *Hæc me magis impensa decet quam vestis, quam argentum. Ubi laus emitur, ubi pecunia melius poni potest, quam ubi fœnus bonitatis extenditur?* 16 Ideo Sen. epist. 4. *Noli*, inquit, *huic tranquillitati confidere, momento mare evertitur*, &c. & de Consid. ad Mart. 16 *Plena, & infecta variis casibus vita est*. Et Terent. in Andria Act. 2. Sc. 2. *Omnium rerum heus vicissitudo est*.

Digitized by Google

DECLAMATIO. ta laquearia, nec radiantes marmore columnæ, nec graves croſtæ fecerint immemorem fragilitatis. Multa ſæpe & locupletibus accidunt, [17] ſæpe in imum ſumma decidunt. Ego vidi pauperem auxilia diviti ferentem. Sed ſane ſuperbius [18] æſtimet miſerias longa felicitas, & alienum caſum facile deſpiciat ſecurus ſui. Ego quoties auxilia calamitatis petere aliquem video, non poſſum non moveri fortuna mea. Succurrit mihi continuo tempus illud, quo ipſe clementiam optabam. Ignoſce pater, ſi penitus animo meo hic inſedit affectus: amare miſericordiam [19] miſer coepi. * Sed inimicus, inquit, meus eſt. Nam quis nos tantopere laudaret pater, ſi hoc amico præſtaremus? Hæc eſt celebranda virtus, hæc animi ſuſpicienda moderatio, [20] vincere iram, & inter ſimultates quoque meminiſſe hominis. Ut Fabio Maximo immortalem attulit laudem ereptus ex hoſtium manibus [21] inimicus, ut [22] Tiberium Gracchum admirata civitas eſt, Scipione in carcerem duci prohibito, te quoque ſimilis animi magnitudo memoriæ dabit. Tuis enim opibus vivit inimicus. Quicquid eſt iſtud, quod ſenex inops ex noſtra domo accipit, hoc pulchrum atque magnificum eſt. Nam ego ſi quid in patrem ſervatoris confero, non ſum laudandus. Neque expectaveris hoc loco pater, ut illa dicam: Semper odiorum honeſtus occaſus eſt: & dum ſimultates nihil aliud habent, quam nocendi cupiditatem, ſpecioſa in melius animi mutatio

ANTILOGIA. fidens ſacrificulam rideo mortalitatem, hoſtiis, thure, votisque abſtineo, eorumque in me perit reverentia, qui Filium de pietate removent, inimicum Penatibus faciunt, inimicis addicunt. An tu Fatum diceres, ſi virtutibus emineres, ſi tuam illam intra ſanctioris officii opera laſſaviſſes? Tali recta ſcilicet imputas, & ſingula refers voluntati, ne Numinum quidem afflatibus debere contendis. Quid jam ſcelerum Fata, virtutum te facis auctorem? Verum, Judices, opinioni juvenis concedamus, videte tamen quam abutatur affectu, quo ſe dicit formantis arbitrio compoſitum? Quid enim, qua te prædicas caritate compactum, non reverentiam Penatibus ſervas, non in Patris juſtiſſimum deſcendis affectum, non de inimicorum conſortio recedis? Quid tuum hoc mite pectus, quis mollis affectus, quibus nullus eſt ſenſus vere pietatis? Sed vult Filius ideo præberi alimenta, namque quo quis plus poteſt hoc magis cogitare debet, quantum in nos Fortunæ ſit regnum; deinde ideo quod Pauper inimicus eſt, ut vincamus iram, & inter ſimultates quoque hominis recordemur. Verum hoc, Judices, ſi non iraſceris, tu præſtitiſti, tibi

17 Namque *Hujus eminentis vitæ exitus cadere eſt*. Sen. epiſt. 8. 18 Aliqui legunt *exiſtimet*. 19 Quoniam ſui miſer.

* Urget iterum Pater, quod ſibi erat Pauper inimicus. Reſp. 1. maximam eſſe virtutem iræ moderationem, quod exemplo F. Maximi, & Tib. Gracchi confirmat; 2. quia vir adeo egens, adeo miſer non eſt dignus qui ſit ipſi inimicus; 3. ſatis hoc eſſe ultionis, quod ab ipſis inimicis ipſe petat alimenta; 4. quia licet inter ipſos inimicitiarum ſævior contigiſſet, tamen ſatis ipſa hæc deberet eſſe ſatisfactio; ex hac enim negatione facultatis præbendi ipſi alimenta mendicus factus concitaret in ipſum Divitem invidiam.

20 Nam *quid eſt glorioſius, quam iram amicitia mutare?* &c. Sen. de Ira lib. 2. c. 34. Vide totum ejusdem de Ira tractatum. 21 Minutius magiſter Equitum, qui cum contra juſſum Fabii Dictatoris cum Pœnis certamen inierat, perierat, niſi Dictator ipſe alioquin ex Minutii ambitione inimicus adveniſſet. 22 Qui tamen (referente in ejusdem vita Plutarcho) iræ admodum obnoxius erat, itaut in perorando etiam ex cauſa materia excandeſceret, quare adſtabat Libertus, qui dulciſſimo citharæ ſonitu concitatos humores lenibat.

Digitized by Google

ANTILOGIA. si rem propius expendimus, quantumquisque singulorum dierum operibus sibi comparat uni impendit, & alterius quæstus non sufficit duobus egentibus. Quid igitur? Ulterior ne mihi ultio quærenda est, neque satis inimicum meum tantum pati pudorem; aut non impellar, ut odiis vires laxentur, si tam abjectus est inimicus? Sed ab his, Judices, supersedeo; non hæc disputo, quæ in suum Filius affert patrocinium. Dicam Filio, pœnitet, amicus fio; abdicandus est tamen, qui insscio Patre pavit inimicum. Convertor, Judices, hoc loco ad Filium, & delicatius quam Patrem decet obedientiam veluti Filio meo persuadeo. Expende, impotentissime Juvenis, qualis sit Patris punientis affectus, qui pietatis ultionem tanta distulit lenitate, & inimicum licet nobis te præbeas, existima tamen, nihil illam feciſſe libidine perturbationis, cui pro magno crimine sufficit parum supplicii. Quid jam si severa illa objeciſſem verba, Pater jubeo? Non habui tamen, fateor, debitum animum severitatis, atque te ita puniri, volui, ut nosceres, quam tibi mala sit causa si puniat, qui solet ignoscere. Quid potissimum? Ne sit nostræ voluntatis suspecta implicitas? Nullus tibi que, quemadmodum ad redemptionem amici festinat, etiam cujus pater lentus est! [30] Terentium, quem inter cæteros captivos secundo Punico bello Scipio Africanus vinculis exolverat, memoriæ tradidere majores, insigne receptæ libertatis [31] pileo testantem in triumpho ducis esse conspectum. Et ille quidem majoris momenti accessione [32] publicam senserat felicitatem, privatim tamen debere se putavit victoriæ beneficium. Quid me facere convenit, qui per maria latrociniis infesta solus petitus sum, qui lucem, libertatem, denique quicquid patri debeo, non ignarus, ut primo natalis horæ tempore, sed videns, sentiensque acceperim, nec solum donatus his bonis, sed summis periculis liberatus sum? Nonne me ex amici fide natum, & tenacioribus beneficiorum vinculis fatear esse constrictum? Miserrime, amice fideliſſime, ingratum me moriendo feciſti. Et quantulum est, quod adhuc loquor de mea infelicitate, de piratis? Levis est ita fortuna, hæc etiam nunc recepit moram, solent expectare latrones redemptorem. [33] In ludo fui, qua pœna nullam ulteriorem scelera noverunt, cujus ad comparationem ergastulum deve est. Hoc si scisses, pater, affirmo, promitto, cujus pietatis es, [34] nemo te anteceſſisset. Illa, certum habeo, expectas ut dicam, morabar inter sacrilegos, incendiarios, & quæ gladiatoribus [35] una laus est, homicidas. inclusos turpiori custodia, & sordido cellarum situ. Jamque in eam veneram fortunam, ut me [36] victum recipere non posses, [37] victorem nolles. Aderat hora supplicii mei, qua nusquam morandum: jam præbendus erat jugulus, & fundenda vita cum sanguine. Neque enim dubitare de eventu licet, exemplar [38] fati mei vidi. Si me

DECLAMATIO

30 T. Culeonem Senatorem. *Celeberrimo triumpho urbem est invectus, quem secutus est Terentius Culeo Senator Pileato capite, quia beneficio ejus ex servitute fuerat exemptus.* Plut. in Scipione.

31 Signum erat libertatis pileus, unde domini manumittentes Servos pileum ipsorum capiti imponebant. 32 Quæ cæteris scilicet a captivis contigerat; cum non jam Scipio ipsius tantum gratia, sed singulorum Civium vincula Pœnorum disrupiſſet; ille tamen Terent. privatim summam se debere gratiam profeſſus est, licet publico liberatori. 33 In Gladiatoris palæstra. 34 Ipse confeſtim ad me redimendum properaſſes. 53 Quasi homicidia Gladiatoribus minus scelerum ipsis familiarium sit. 36 Mortuus enim essem. 37 Quia infamiæ nimis & scelerum de illa contagione traxiſſem. 38 In amico meo, qui erat etiam me fortior.

Digitized by Google

DECLAMATIO. me ab his imminentibus malis pecunia redemisset, beneficium tamen potius dicerem magis æstimandum esse, quam pretium. Sed apud malignos interpretes [39] posset videri vel spem secutus aliquam venturi temporis, vel præsentis voluptatem. Hoc admirabile, & uni tantum pietati referendum est: dedit beneficium, quod nunquam recipere t, & cum amicum, quem redimebat, habiturus non esset, nihil aliud emit, quam honestam mortis conscientiam. Transtulit ergo in se fortunam meam, subiitque non solum fortiter, sed etiam libenter id, quod mihi miserum putabat. Res dictu incredibilis, gladiator dimissus, redemptor occisus est. Recepit pectore adverso ferrum, ut quasi quam emittebat animam, in meum pectus transfunderet, & hoc uno tristis occiditur, quod amplius amicum visurus non erat. Eant nunc antiquarum conditores fabularum poetæ, & se ad exhortandam amicitiæ fidem magna quædam composuisse carminibus putent, si dixerint, [40] aliquos per maria, terrasque asperiorem fortunam amicorum tantum secutos, aut [41] principem Græciæ virum in ultionem interfecti [42] amici [43] inauspicata bella gessisse. Nam inter [44] fratres quoque illa maxime admirabilis, tamen [45] alterna mors est. Una fingitur [46] conjux, quæ jam perituri vitam [47] mariti vicaria morte sua redemit, adjicitur que miraculo fabulæ, fecisse hoc eam quod non præstitisset [48] pater. En indubitabile seculi decus, & fictis majus, ut moreretur pro me amicus, suum reliquit patrem, meum [49] vicit. Et sane quid profuisset festinatio patris, etiam si ad redimendum me prior forte venisset? [50] Hoc me pretio nemo alius redemisset. Neque vero plurimum fuit præstitisse mortem, namque interim specioso titulo bene vita pensatur: illud vero existimo gravius, nomen gladiatoris accipere, subire dominum laniatam. Minus te, amice, laudarem, si vicisses. An ille animus rediret in cellulam, ferret faginam, magistrum, personam denique sceleris? Mea depugnasti causa, tua peristi. Hæc tamen omnia ultimæ fortunæ nomina, ut mihi detraheret, induit sibi. Venit in

ANTILOGIA. tibi magis constabit Pater, quam qui liberos jussus causis addicit, & ne aliquo modo infestior videatur, omnem transfert in allata criminum merita invidiam. An tristem Patrem, & in ipso causæ suæ jure leniorem exsolvas de affectibus veniæ? Res exempli agitur, non unius mei causa est. Providendum futuris sæculis est, cumque nobis ita constituenda sint opera, ut inserviant memoriæ, tunc maxime enitendum reor, cum quid ad Parentes spectat, & Filios. Quid ad caritatis confirmationem utilius, quam ut nihil vobis impune liceat contra invisum semper Parentum nomen? Satis quemque valet impellere contumax, audaxque malitia, nisi veluti accedat de temporis auctoritate securitas. Quod si tamen minime impunitum erit reo scelus suum, credo de tanto scelere vitiorum forte contentam naturam, quod semel fuerit admissum. Facile Filios inveneris, qui imperanti Patri reluctentur, numquam qui punienti. Sed jam finis sit, neque

are-

39 Amicus meus in pretio me redemisset. 40 Pyladem & Orestem; Thesæum, & Pirithoum; ex his alter alterum ad infernas usque sedes comitatus est rapturum Proserpinam; illi indivisi semper omnibus in operibus fuere comites, adeo ut alter pro altero etiam mori voluerit. Cic. de Amic.
41 Achillem. 42 Patrocli ab Hectore interfecti. 43 Contra conceptum votum non amplius pugnandi post sibi ereptam ab Agamemnone Hippodamiam. 44 Castorem, & Pollucem alternata vice cœlo gaudentes. 45 Non tota ut fuit amici mei. 46 Alcestin. 47 Admeti Thessaliæ Regis.
48 . . . 49 Festinatione. 50 Vicaria opera, & mora.

Digitized by Google

ANTILOGIA. que enim ulterius paternæ dignitatis reverentia indignas hasce rixas patitur; & Pater cui nihil æque gravius, quam Filii dolor, de tam infesto exsolvendus est irarum, & veluti odiorum ministerio. Ego vero, Judices, facile crediderim pœnam Filium meum subiturum, cui tanta est virtutum conscientia, qui in amicitiæ, misericordiæ, pietatis officiis non habet parem. Gaudeat tantum in posteros exemplar transmitti de non impunito scelere, qui caritatis quoque suæ documentum ad futuri ævi memoriam proferre conatur. Fidem vestram, sanctissimi Viri, tanti sit, ut Filius meus puniatur, ne pariter peccet. Imputabo fortasse Juveni quamdam abdicationem, cum etiam non jubente Patre deseret inimicos? Videte, quid profecerit impunito adversandi nobis semper ingenio: Repugnat Filius, etiam dum punio.

DECLAMATIO. arenam homo, nec sceleratus, nec infelix. Ecquando, Judices, hæc audisti? [51] Bonitate sua gladiator factus est. * Utinam, Judices, hæc, quæ illi speciosa sunt, tam honesta essent & mihi. Quoties ad infelicissimum respexi senem, cujus orbitate vivo? cum confectum cladibus, & tantum pœnæ suæ residuum considero, verum fatendum est, pudet me pretii mei. Video senem meliore sui parte præsepultum, omnis etiam spei superstitem, orbum, destitutum. Illud tamen solatium est, quod nisi talem amicum habuissem, hæc [52] de te dicerentur. Huic [53] patri invidiosa quædam, [54] opinor, & quæ beneficio mortis pensetur, criminosa liberalitas contigerit egenti. Alioqui duo egentes, & circa omnium vel ignotorum domos stipem rogabimus pariter. Si quis grandis natu parens est, miserebitur senis: si quis juvenis filius, miserebitur adolescentis. Fortasse proderit mendicaturo mihi, quod ipse aliquando egentem pauperem alui. Accipe satisfactionem, in quacunque parte rerum naturæ es, amice charissime: non excidere mihi tua mandata, fortuna defecit, opes auferuntur. Quod unum mihi relictum est, en polliceor patri tuo vicarias manus. [55] Quid vis porro faciam? Agrestia opera delicatior aggrediar? hoc a fortuna non didici: & quotidiani quæstus operis duobus egentibus non sufficit. Miserum me, si exsolvere fidem voluero, fortasse mihi in ludum [56] revertendum est.

[51] Non nequitia ut cæteri.

* Peroratio orationis, in qua Filius 1. ait, ipsum profecto pudere, dum attendit quantum contulerit Pauperi adeo benemerito; 2. ait Patri, quod si invidiosa gratitudo hæc sua, parva licet, videtur, ipsi abdicationi aquiescet, & alimenta cum Paupere de omnium misericordia securus mendicabit; 3. conversus ad defunctum amicum promittit Patri ipsius vicarias manus, neque se a quocumque opere cessaturum, dum tanto merito paria aliquo modo faciat.

[52] Pater. [53] Pauperi. [54] Ita puto hujus loci sententia est, & ego quidem opinor fore, ut possim præstare liberalitatem hanc meam Patri huic egenti, sit licet invidiosa & criminosa Patri meo; alioquin &c. [55] Aut in Elysiis, ut plerique cum Poetis, aut in Lunæ concavo, ut volebat Plato, separatas Animas detineri, aut in corpora alia transmissas ex Pythagoræ Metempsicosi.

[56] Ut fin minus, & ego moriar, veluti in piaculum.

M. FA-

Digitized by Google



M. FABII QUINTILIANI DECLAMATIO DECIMA.

IN DECIMAM M. FABII QUINTILIANI DECLAMATIONEM ANTILOGIA.

SEPULCHRUM INCANTATUM.

ARGUMENTUM.

Malæ tractationis sit actio. Quæ amissum Filium nocte videbat in somniis, nunciavit Marito. Ille adhibito Mago incantavit Sepulchrum. Mater desiit videre Filium. Accusat Maritum malæ tractationis.

PRO UXORE CONTRA MARITUM.

DECLAMATIO.

QUamvis, Judices, *inter eos, qui liberorum mortibus destituti, cuncta vota, & præparatas spes in senectutem ante se egerunt, id fere acerbissimum certamen conflictationis oriatur, ut unusquisque luctibus, ac lacrymis suis credat accedere quandam dignitatem, si miserrimus esse videatur: hæc tamen fœ-

PRO MARITO CONTRA UXOREM.

ANTILOGIA.

DEbebatur equidem, Judices, ipsius fœminæ consolationi ut taceremus omnes, si dementiam citius curare, quam repellere contumaciam, & injustissimæ actionis subire discrimen vellemus; & superfluum fere causæ nostræ patrocinium quodlibet arbitror, quod jam videmini umbris credere, quæ post fata dicuntur

* Desumitur exordium ab exaggeratione præsentis calamitatis, tantæ scilicet per quam duplicem Mater passa est orbitatem in Filio, & illa quidem fortius ferebat, cum Filium solo die perdidisset, nunc vero dupliciter cogitur Filium flere amissum; 2. Ait vere Filium ad Matrem venire solitum, at nunc miseram tanta sorte destitutam; & prosequitur Matris dolorem exaggerare; 3. crudelitatem Patris exagitat, ex qua infert ideo ipsi Filium non apparuisse, sed Matri tantum, quæ dulcior, ac mollior semper fuit pietas.

Digitized by Google

ANTILOGIA. tur ad unicum parentum reverti. Magnum, credíte, insanientis solatium uxoris est, quod tantæ levitatis, apertæque stultitiæ perorantem causam audistis, & dum miseratio vestra inanissimis adstat mendaciis, tunc sibi magis persuadet quod avida finxit imaginatio. Ne miremini tamen, quod æquo, paratoque animo maritus adsit, veluti partium meriti non securus, neque prorsus habeat innocentiæ conscientiam, qui judiciorum dubios casus vitare nequeat. Nihil jam restat, quo se furentis uxoris conciliet invidiæ, quam ut parem habere videatur cum ipsa causam. Inimicum vocat, parricidam, & omnia consumit odii nomina immeriti criminis incusans, veluti filium toleserit, dissecuerit. At tu fœmina, si vere noctibus apparuit Filius, quid eripuisti viro solatium; si mentita es, quid vel hanc inuris infamiam Patri, quod non meruerit videre Filium; vel puris sanctisque spiritibus diversissimos affectus in eosdem parentes effingis? Quid vero dicitur maritus clusisse Filium, qui post mortem veniebat ad Matrem? Jam non invidiam paremus morti, quæ Filium non fictum, non fucatum habitu, non ustum flammis, non extinctum cineribus, sed pulcherrima specie revocat ad solatia suorum. Rogo humanitas sæva veluti atque immatura fata sollíciti doloris arte infectaris immerito, dum hoc ideo facis, quod illos abstulerint, qui in vitæ melioris ævum pertranseant. Quid impositos ardentibus rogis arctissimo detinetis amplexu supremum numquam daturæ osculum si liceret, quid assiduo ululatu perstrepitis, & desperationis gemitu pererratis, quod abierit Filius non reversurus? Moneo te, orbitas, non effluvius fleas, non fœmina neque noto, neque publico genere miserabilis, non impudenter inter cæteras matres, quæ aut unicos, aut juvenes pios filios perdiderunt, eminere, & occupare quendam mœrentium principatum differentia novæ calamitatis affecta, quæ sola omnium supra fidem infelix in uno filio jam alteram patitur orbitatem. Priorem quidem illam ut communem cæteris, & fato accidentem, fortius utcumque tolerabat. Nam & de filio nihil aliud perdiderat misera, nisi [1] dies, [2] nec jam timebat, ne ille, quo fruebatur, mori posset. Planctibus, lacrymisque, pene improbe dixerim, parcius utebatur, [3] nec sibi permittebat dolor lugere venientem. Nunc destituta solatio, [4] persuasione fraudata, dum non putabat perisse, quem poterat videre, [5] eripuit ingrata filio alterum titulum. Miser ille, nisi teneretur, jam ad patrem veniisset. Tantum misera petit, ne minus perdidisse videatur, quam ipsa desiderat. Non inani persuasione, nec cogitationibus ficta [6] lugentis umbra veniebat, nec agitabat incertos levis imago somnos, ac ne confusi quidem tristi cinere vultus, & infernum favilla caput noctibus suis obibat, sed filius erat, qualis aliquando & juvenis, & pulcher habitu: nec aspici tantum viderique contentus, verum si quid desiderio creditis miseræ, quæ sola vidit, amplexus, & oscula dabat, & tota nocte vivebat. Multum perdidit mater, si contingebat hoc [7] illi; non minus, si videbatur. Nunc tenebras inanes, & longas oculis flentibus noctes, juxta somnum mariti pervigil, & tantum non deserta metitur. Non desiderio fictus, aut fucatus habitu, nec ut somniorum vanitate conspicitur, despe-

DECLAMATIO

1 Nam noctibus semper aderat. 2 Nec timebat posse mori, ut prius, Filium suum, ita ut & alterum noctis solatium auferret, cum jam illa esset Animæ immortalis apparitio. 3 Nec patiebatur dolorem, ut illius fleret amissionem, qui jam nocte veniebat. 4 Qua sibi persuadebat illum, quo putiebatur non posse mori. 5 Ita fortasse sensus, eripuit titulum majoris pietatis, si voluisset ipse etiam Patri apparere. 6 Matris, quæ ex dolore & desiderio sibi videretur optatum videre Filium. 7 Patri.

Digitized by Google

DECLAMATIO. tur, sed experta non totum mori hominem, illud, quod nec flammis uritur, nec cineribus extinguitur, nec urnis sepulchrisque sacris premitur, expectat. Nunc ista carcere obseratam animam, & repugnantem magico juvenem [8] cogitat ferro. Infelicissima omnium mater plus [9] aliquid esse, quam umbram, filium putat, postquam potuit includi: nec sua tantummodo pœna, proprioque supplicio deserta consumitur resciſſa orbitate: vel magis cruciatur, quod non licet filio venire cupienti. Nunc barbaro carmine [10] gravem terram totis noctibus pulsat, & impositum sibi sepulchrum, quod non possit evolvere, quæ solebat ipsos discutere inferos, umbra miratur. Miser, quem non tantum verba clauserunt (nam forsitan per illa transisset) sed vincula ferrea, solidique nexus ad mortem reduxerunt. Quomodo tenetur infelix, qui ne propter hoc quidem venit, ut queratur? Misereor fœminæ, [11] cujus invidiæ totum facinus ascribitur. Maritus sic filium incluſit, tamquam se inquietari mater ista quereretur. Igitur, Judices, nemo miretur, si ad tam crudelem, ad tam immitem patrem umbra non venit. Sciebat ubi lacrymas, ubi posset invenire singultus, a quo magis desideraretur. Namque isti ferreum pectus, & dura præcordia, nec sunt de orbitate sensus. Quid enim inhumanius patre, quid inveniri truculentius potest? Invidit matri, ne filio frueretur: nec hoc ideo fecit, quia videre ipse malebat, ne viventem quidem adhuc, & incolumem tam blanda, tamque debita pietate prosequebatur, ut defuncto servaturus affectum, etiam sepulti pater videretur. Tanto magis effusa mater, & suis desperata efferas, sed ut diebus absentes putes, & noctibus expectes pulcherrima facie, & non aspici tantum, viderique contentos, sed amplexus, & oscula dantes, & tota nocte viventes. Credo jam magos mulieres adhibebunt, qui sepulchra pari ratione recludant, qua meus cluſisse putatur, & quos terminus naturæ rapuerit, restituere artis auctoritate conabuntur. Hoc unum deerat augendis, alendisque fœminarum insaniis, ut non desperent, Filios etiam post funera reversuros. ANTILOGIA.

Singula jam tu, Mulier, quæ inepta noctium imaginatio perfinxit, & composita in causæ desperationem aviditas retulit, iterum parumper expone. Miseram quam juvabat magis Filius, si noctibus non inquietabat, sed sane præstat quod tandem reverti desierit. Jam, inquit, funeris solemnis apparatus defecerat, & cessantibus fatigatis propinquorum officiis sola mater in noctis tenebras, & quietis tempus, singultus, & lachrymas nullo sopore vincenda protrahebat. Agnosco mulier quid sit. Non contingebat tibi videre Filium nisi etiam nocte fleviſſes, etiam nocte cogitasses. Assiduo ne planctui, longoque mœrori retulit umbra gratiam matri? Ego vero tuis puto te votis indulsisse. Subito, proclamat, qualis blandissimus erat, talis se matri conspiciendam tradidit Filius, non pallens, non torridus, non consumptus, nihil de rogo, singula de divinitate, de immortalitate referens; sed dum stupeo, dum dubito, noctem perdidi. Adfuit iterum nocte altera, singulis iterum reversus est, donec renunciavi marito, neque eminus tantum videbam, sed audacius accedentem osculis, collocutionibus detinebam. Non crederem,

ac Judi-

8 Cogitatione sibi repræsentat. 9 Etiam corpus quod possit ligari. 10 Cum antea esset levis ex opinione antiquorum, qui terram levem defunctis precabantur. 11 Quod vel Patri nihil renunciavit primum, vel non dedit operam, ut & Patri appareret Filius.

Digitized by Google

ANTILOGIA. Judices, etiam si anima post fata viveret. Quid umbra voluit a matre, quid tentavit? Si Filius squallidam, tristemque mentem solaturus advenit, necesse erat, ut solaretur: Sed jam singulis noctibus non adfuisset, quibus fœminæ desideriis excrescebat aviditas. Si inquietare maluit, quid mater queritur? Mago obseratum? Nosco nunc, Judices, quare semper Juvenis reversus sit. Mater singulis noctibus expectabat. Cætera tu, marite, exhibe uxori tuæ parricida, præstigiator, invidus, inimicus. Ut primum, ait, de insano visu mulier retulit, novi infirmas fœminarum mentes, levesque cogitationes sibi facillime effingere, & veluti persuadere præsentia quæ nimis optant. Incusate, si mereor, sollicitudinis nostræ consilium; nihil æque volui, quam ut misera mater de novi gaudii impatientia revocaretur, dolorem potius, lachrymasque resumeret. Quid enim pejus humanis mentibus contigit, quam assidua imaginatio ejus, quo nihil sit carius? Existimate vos, Judices, quantum familiæ fœmina studeat, quæ singula incusat momenta, cui solius noctis aviditas est. Longa necesse est expectatio impendatur Filio insperate venienti. Rogo, Judices, quid præstantius, quid conjugalius fieri potuit, quam efficere ne aliquando fœmina se ipsam accuset? Magum scilicet non ideo advocavi, ut tota arte præclusa umbra intra ac paternis[12] vicibus occurrens. Hæc pallidior ad metus, ad vota promior, non diebus secura, non noctibus. Et ille miser intelligebat, utri promptior ex parentibus, & facilior esset affectus. Itaque ab hujus oculis, ab hujus fœminæ cervice pendebat. Et quia longum est officia præterita debitæ pietatis agitare, illo ipso languore, quo filius caducum illud, & fragile corpus amisit, quam perdite mulier, & usque in exemplum, modo super ora pallentis infelices lacerabat oculos, nunc siccata frustra ubera querebatur, nunc superstitem cædebat uterum! Notabat hæc ille deficiens,[13] mandabatque morti suæ,[14] cui periret. Ubi sunt qui cito jubent stare lacrymas, quibus non placet longum agere mœrorem? Retulit umbra[15] gratiam matri. Scio, & intelligo, cum inter gementes cadaver jacet medium, & cum omnes videtur remisisse curas, tunc sentit, & intelligit, & inter[16] suos judicat. Moneo te, orbitas, moneo effusius fleas, effusius efferas, nunquam periisse credas. Filii sui umbra cui non apparet, irascitur. *Jam[17] gelidi[18] piger corporis sanguis omnes in mortem strinxerat venas, & nutantium[19] fulgor extremus vanescebat oculorum, & jam desperantibus medicis crediderat pater, adhuc tamen sperare mater videbatur, & quamcunque corporis partem oculis misera tepefecerat, illi vitæ calorem rediisse clamabat. DECLAMATIO.

12 Occurrens Filio advenienti non solum vicibus suis, sed etiam vicibus Patris, quibus, quod ille non merebatur, ipsa gaudebat. 13 Veluti morti suæ diceret, vide quam injuste mihi advenias, quæ me rapis. 14 Matri tam piæ, tam pro casu meo desperatæ. 15 Lachrymarum quæ non citò fleverunt, & mœroris longi. 16 Quis suorum majori palleat affectu doloris.

* Narrat 1. cum primum morte defecit Filius, spei veluti signa Matrem adhuc prætulisse, quæ vix finebat cadaver efferri, & nondum dicebat esse confectum, & merito; non enim credebat se diutius Filium visuram; 2. inducitur Mater referens Filii sui apparitionem singulis noctibus post obitum; 3. se rogasse Filium ut & Patri appareret quod ille promisit, & ideo Mater renunciavit; 4. advocatum a Patre magum, cui ut detineret intra sepulchrum mortuum, mandavit; 5. magicam describit devotionem; 6. quid sibi evenerit post Magi opus, scilicet amissionem Filii, qui numquam ulterius apparuit; 7. loquitur denuo Orator, & dolorem Matris, postquam singula resciit, exaggerat; 8. movet miserationem in Matrem, cui tam infelici sorte subreptus est Filius, quod ille scilicet qui superavisset omnia infernorum impedimenta, ut rediret ad Matrem veneficii opera prohiberi potuerit; 9. ait si Mago dum irascitur, debere etiam blandiri, quod si Filium abstulit, etiam potest reddere.

17 Ex vitalium spirituum, naturalisque coloris deficientia. 18 Coagulatus. 19 Pallescentibus palpebris, quod futuræ mortis signum est. Vide Cornel. Celsum, lib. 2. toto cap. 7.

Digitized by Google

ECLA-
MATIO.

bat. [20] Oderat ignes, oderat rogos, [21] reponi corpus, & [22] servari membra cupiebat. Et nunc infelicem magis matrem pœnitet, quod sepultus est, qui poterat reverti. Scitis ipsi quo exequiarum dies labore extracta sit, quandiu filium tenuerit [23] adlambentibus flammis. Unde enim speraret, ut postea videre contingeret, ut extra orbitatem haberet oculos? Jam magum misera quærebat, ut umbra evocaretur. Reliqua, mater infelix, tu ad Judices referre debebas, & nisi orbitate, nisi lacrymis vox mutaretur in gemitus, noctes tuas quanto melius tuo ore lugeres? Ego utcunque potero perferam. Satiare misera, satiare saltem memoria diei illius, quo exequias unici duximus. Jam planctus, inquit, lacrymasque consumpseram, & tenebras veluti perpetuas venire gaudebam, jam fatigata propinquorum [24] officia defecerant, jam plangorem familiæ altus sopor vicerat. Rogo ne quis tam contumelioſus sit in matrem, ut per quietem contigisse filium dicat. Unde miseræ tunc, unde somnus? Nihil de te, marite, nihil queror. Satis magnas dedisses pœnas, si totis noctibus mecum flere voluisses. Vidisses utique, non quemadmodum tenues rerum imagines solent cogitationibus accipere corpus, cum vanæ absenti animo cogitationes finguntur, sed ipsum filium, qualis blandissimus erat: & si [25] dimittatur, videbo. Subito ante me deductis constitit tenebris, non ille pallens, nec acerbo languore consumptus, nec qualis super rogos videbatur, & flammas, sed [26] viridis, & sane pulcher habitu. Nescio ubi totam reliquerat mortem, non igni terridæ comæ, nec favilla funebri nigra intra sepulchrum noxio carmine circumdatum teneretur; sed profecto ut verborum vim aliquam inveniret, qua insaniſſima persuasio evanesceret, qua non maternus territaretur somnus, qua (ut libere dicam nostræ pietatis affectum) marito, ac familiæ dilecta uxor restitueretur. Non igitur putetis, ideo desiisse matrem videre Filium, quod magus umbram cluserit, quæ nulla est, sed vel artis auctoritas, vel ipse dolor timentis in causa fuit. Quæritis, cur non advenerit Filius? Ipsum mater putavit intra tumulum detineri. Ante itaque quam afferam, Judices, nostræ partis patrocinia, omnium mentibus constet, quam immerito queratur uxor, quod Filium non ut debeo desidero. Jam enim mihi objici sentio, quod infirmioris sexus ignaviam non patior, & de singulis casibus ex mortalium omnium necessitate componens affectus, supervacuos gemitus, lachrymasque sepono. Neque etenim ille tantum dolor veritatis jactat meritum, qui se pollicetur immortalem diebus ac noctibus emanens ex oculis, intra quem non sinunt hominem quiescere singultus, verba, lacerationes. Cito pertransit qui tam largo exit profluvio, quo cito anima exoneratur, qui non inhæret visceribus. Intelligite quis vere doleat, quis vere torqueatur; & censete dolorem qui alte nutritus animo insedit penitus, & animam fortius everberat, & tunc firmiori pietate præstat cum sibi exitum prorsus negans ad diutinos pectoris moratur angores, cum apud vos veri sensus non invenit locum. Fallitur quisquis putat, illum rectius dolere, qui magis exerit signa membrorum. Quid me vultis fœminea

ANTI-
LOGIA.

20 Alii legunt *oderat, oderat ignes*. 24 Consolationis. 25 Alii *admittatur*, sed quam melior vetus lectio, quæ fortior est ut dicat, si exsolvatis vos qui clausistis, & dimittatis de illo carcere, intra quem incantationibus observastis.

26 Quare? nisi intelligat firmam, & vegetam, & florentem valetudinem, quam solemus viridem appellare.

Digitized by Google

ANTILOGIA. nea desperatione rogis assidere, amplexuum nexibus detinere cadaver, & assidua lamentatione etiam post funerum solemnes gemitus feralibus ministeriis incæstari? Satis sit, quod doleo, quod sentio haud esse nimis dolendum. Anne enim irrevocabile fati decretum planctuum vi revocemus, aut irreparabilis lethi necessitatem commutemus, ut ablata restituant? Quid casuum vicibus cogitationes nostras rapi sinimus, & quæcumque intercidunt veluti nova, insperata, aut diversa nobis accipimus? Quid dolori nostro tot lamentationibus indulgendum numquam finem facturi lachrymarum, quoniam movendi ipsas finem natura non facit? Tu quereris quod in mortem Filius, tantum scilicet in malum abreptus est? At ego gaudeo, quod de tot dubiæ sortis certis eventibus abstractus, humanam parumper correxit necessitatem gravius semper dolendi, quod plura sunt quæ non timet, quam quæ perdidit. Non sane nobis ætatis spatium promissum est, neque lege perennitatis Filium accepimus; verum statim quoniam certissime scivimus moriturum, numquam nos debuit imparatos, oblitosque mors deprehendisse. Non igitur fefellit nos, quæ dedit rerum natura, quod annos numquam spopondit. Jam vero, quæ tua querela est, quis dolor, quod in planctuum tuorum vota non propendeo? Fas est mihi merito conqueri quod Filium plusquam debes desideras. Quid quod, inquit, eripuisti matri solatium? Quam vanum, Judices, quam supervacuum! Parcimus nunc verbis, dicemus jam, Fœmina, an sint animarum vitæ post funera, an iis quos noveno fluminis gyro coercitos dicitis, tam prona ad lucem, ad matrem via pateat. Quid illud gra facies, nec [27] vix bene cinere composito umbræ [28] recentis igneus squalor. Proclamaret mater infelix, etiam si [29] talem videre desisset. Primo tantum stetit, & se permisit agnosci. Ego tunc plurimum stupui, non ausa oscula dare, non jungere amplexus: infelix primam perdidi noctem, dum timeo, ne fugeret. Hanc tu, marite, persuasionem putas, & vanum animi mei lugentis errorem? Quicquid est in filio, plus apud matrem sit, cum desinit. Vis denique scire, quid uxori tuæ detraxeris? ex defuncto filio non habet aliud, quod speret. Jam nox altera aderat, & primis statim tenebris præsto filius erat, non ille ut pridie procul, & tantum videndus, sed audacius, & propius, & ad matris manus tanquam corpus accedens. Nec jam, nisi cum luce certa, [30] fugatisque sideribus, invitus ille vanescebat ex oculis, multum resistens, sæpe respiciens, & qui se promitteret etiam proxima nocte venturum. Jam [31] mœrori locus non erat, mulier Filium nocte videbat, die sperabat. Quid attinet singula referre? Nullis, inquit, destituta sum tenebris, donec [32] scelerata tacui. Satiabar oculis, satiabar amplexibus, & colloquebar, & audiebam. Misera plus perdidi, si nemo credit. Jam cœperam tuam quoque, marite crudelis, agere causam, rogabamque juvenem, ut paternis oculis quoque lætus occurreret, & tibi, ingrate, dimidia nocte cedebam. Jam miser & ille pollicebatur: hæc me fiducia perdidit, ut confiterer. Rogo, quid tam muliebre, quid tam maternum fieri potest? Gaude, inquit, marite, gaude: filium fortasse nocte proxima videbis, illum, quem crudelibus flammis exsusti, ex quo [33] cineres, & ossa supersunt,

27 Cum fere adhuc arderet rogus, & ciuis esset inflammatus. 28 Ab igne. 29 Contrarium huic quem describit. 30 Alii legunt *fugacibusque*, sed altera potior. 31 Ex Filii morte præterita. 32 Pathetice scelleratam se vocat, dum nihil marito renunciavit, vel non rogavit Filium ut & ad Patrem veniret. 33 Exusto in ustrina rogo fiebat ossilegium, legebantur scilicet ossa quæ incendio

Digitized by Google

DECLAMATIO. sunt, juvenem videbis, & forte etiam die speres. Ego certe totis noctibus mater sum, video, fruor, jam & narro. Exitum paterni affectus quæritis? Filium videre timuit. Sic magum protinus nescia matre, cujus horrido murmure, imperiosisque verbis dii superi, manesque torquentur, excogitator iste mortis alterius advocat, non ut exorati manes diducerentur, nec ut evocata nocturnis ululatibus undecunque umbra properaret, sed tanquam parum sepulchra premerent, & tumulorum leve nimis pondus esset, filius, inquit, meus non satis periit, adhuc fulgore siderum fruitur, & nocte [34] nostra. Nam cum dies occidit, imponit morti suæ finem, domum repetit, & maternos territat somnos. Inveni aliqua, inveni vincla verborum, sed arte tota, sed labore toto. Magna tua gloria est, si retines filium, qui redit etiam a morte ad matrem. Noxium sepulchro circundatur carmen. Tunc horrentibus verbis urna præcluditur, tunc primum miser filius mors, & umbra fit. Ite nunc, & putate mors, & umbra fit. Ite nunc, & putate vana fuisse matris solatia. Filium ista si cogitationibus, & inani persuasione vidisset, [35] adhuc videret. At quæ supplicia sustinuit infelix illa statim nocte? Jam totam domum, ac familiam quies prima sopiverat, & tacentibus tenebris venerat tempus dulcissimum matri: jacebat hæc insomnis, inquieta, cum diceret. Jam statim apparebit, jam statim veniet, nunquam tamen tardius venit. Miseram me, fili, proxima nocte jam veneras. Ecce jam [36] medios sidera tenent cursus, indignor, irascor, ita demum mihi satisfacies, si apud patrem fuisti. Miseram me, jam [37] maligna mun-

ANTILOGIA. lud fuit, nisi inquieti, sollicitique animi cogitatio, cum nos anxia vota decipiunt, & præsentis specie quidquid optamus apparet? Non rediit Filius, sed tu vidisti. Scimus, Judices, mentibus nostris nihil esse validius, quæ quidquid volunt concipiunt, & quandoque, licet ita voluntas non sedeat, quoniam tamen iisdem tumet homo cogitationibus, ipsas hasce fixæ semper imaginationi componi, atque objectari. Quoties audivimus intra noctis, somnique tenebras hominibus ambulatum, gurgites montesque transmissos, data verba, redditas manus? Comparate præsens factum, videte quam minus hisce ausibus sit, quod mater dicat se nocte vidisse Filium, quem enixissime optabat. Cur enim, Judices, non etiam diebus apparuit? Illud scilicet tempus elegit, quo vix posset præsentiæ munus dignosci, dum fœmina quotidianis lassata sive quæstibus sive operibus indulget quieti, & everberatum corpus sopore plus indiget quam sollicitum affectus votum adventu Filii? Mater credula, mater infelix, quid vis tibi amplius dicam? Nunc vere sentio orbitatem deceptam, quæ somnio nimis credidit. Quid vero ad te, mulier, pertinebat rogo, etiam si vere Filius venisset, unde Pater non posset auferre? Jam intelligis quantum tibi curæ, & mentis abstulerit ficta hæc cogitatio, dum tota in inanem Filium intenta, quem osculeris, quem amplectaris, perdidisti veræ matris officium. Cunctis diebus nesciæ vanitati indulgens singula momenta consummis, ut anxiori voto nocte venturum expectes, & præparatum magis sollicitudine, impatientia compositum largiaris affectum. Non mehercule crediderim, sibi ani-

supererant, & cineres, & tumulo reconditæ intra domum plerumque referebantur, & deorum Penatium nomine colebantur. 34 Nocte hominum, vel nocte mea, in qua mihi uxorem aufert.

35 Nihil enim violentiæ incantatio habuisset in Matris conceptus, atque cogitationes. 36 Sole jam meridiani nostri inferiorem partem in opposito hemisphærio occupante, ex quo illis meridies, nobis media nox fit. 37 Gaudiis nostris, & voluptatibus.

Digitized by Google

ANTILOGIA. animam Juvenis tantum injunxisse negotii, ut nocte qualibet ad relictos jam lares reverteretur; tibi ut tanta expectatione perdereris. Scio quid hactenus secutum sit, quid familiæ de matris affectu polliceri licuisset, si diutius umbra venisset. Quid tu, indulgentissime marite? Jam fas est inania vota, & iniquos aggredi questus paternæ voluntatis imperio. Puta me mulier, inquit, jubere præsenti me reverteretur; quid contradicis? Quis patrem prohibeat de consortio matris viventes Filios arcere? Numquam sane potest si Pater habet causas, non debet etsi non habet. An quis Patrem in miseram hanc rediget paritatis conditionem, ut & mulier habeat auctoritatis tantundem? Quis patitur, rogo, in Geminos imperii potestatem partiri, ut neuter jubere queat, nulli obtemperare? Non dubito sane, quin in Filios primæ partes sint Patris, secundæ Matris. Nemo mihi dicat parem de Parentum visceribus, parem de Anima partem derivari, & potiorem esse Matris affectum, qui mollior est, & ad quamlibet sortem dolentior. Plus est quod conferimus, qui sumus ante conscientia Patres, qui effrænis ætatis impetus fortiori vinculo severitatis compescimus, qui in Filiorum etiam secundis provida sollicitudine dolemus. Veniebat ergo Filius nocte, & se conspici patiebatur. Eodem me semper uti jure posse putes; Filium tuum ideo ad te reverti nolui post Fata, quod neque dum viveret tibi molestum passus essem. Neque mihi compares, impatientissima mulier, invidiam, hoc tuæ quieti præstitimus. Nolo mihi, Judi- mundus luce clarescit. Quando venies? jam redire debebas. At postquam alteram, tertiamque noctem deserta vanis questibus duxit, tum tristiora [38] lugubria, tum squalidæ magis placuere vestes, tum repetitis sanguinavere planctibus jam [39] convalescentes lacerti. Nihil est infelicius matre, quæ perdidit aliquid in filio, postquam extulit. Cum vero comperit noctes suas juvenis necessitatibus magicis excantato periisse feretro, quantum illa præfixum, clausumque tumulum nudis cecidit uberibus? quo fletu sepulchra perfudit, quo gemitu audientem forsitan, & exire cupientem frustra vocavit animam? O natura crudelis, plus magum posse, quam matrem! Ubi sunt qui acerbas mortium necessitates, & ferrea jura fatorum, & invictas, nec ullo [40] mœrore mutabiles inanium leges querebantur umbrarum? Filium tuum, mulier infelix, non impositæ inferis clusere turres, nec spissa perpetuæ noctis caligo compescuit, non fabulosa vatibus palus, multumque celebrati [41] curvato igne [42] torrentes: hæc permeabat, hæc omnia nocte transibat, levioremque mortem suam fecerat, quam si peregrinaretur, & abesset. Et nunc minus mali pateretur, si non sentiret. Ille, qui non venit in quendam carcerem, translatus a tumulo patitur veneficia vitæ. Magnæ sunt ergo umbrarum catenæ, & quanquam volatilem, vagamque imaginem, morti stringunt atque alligant, tanquam [43] reum corpus animam. Ferro vero ac lapidibus arctare, ut solent bellicæ robur accipere portæ, ipsam umbram jam catenis alligare, jam claustris, non dico cru-

DECLAMATIO

38 Quæcumque fiunt propter funera intra domum lugubria, habitus, gemitus, mœrorem, silentium, desolationem veluti in Familia &c. 39 Propter recentem sortem ex doloris, tristitiæque infirmitate. 40 Cum nullus dolor parentum posse mutare Leges crederetur, quibus vetatur reditus animabus, & illachrymabilis vocetur Pluto, & Stygia palus vocetur inemeabilis. 41 Sinuoso, mæandrisque obvoluto. 42 Phlegeton, & Cocytus. 43 Veluti reum corpus, quod alligatum ex sui cum anima connexione, cogit & animam intra nexus fistere; vel sicuti rerum corpus detinet veluti intra carceres animam.

Digitized by Google

DECLAMATIO. crudele est, portentosum, nefarium, utique si hæc faciat, qui sensurum filium credat. Et nunc illos miserrima mater in corpus putat & in membra descendisse mucrones. O mage sæve, crudelis, o in lacrymas artifex nostras, vellem non dedisses tam magnum experimentum. Irascimur tibi, & blandiri necesse est. Dum cludis umbram, intelligimus solum te esse, qui possis evocare. * Videtur itaque mulier infelix a dignitatis dolore secedere, quod tam uxorias in forum querelas, & tanquam delicata matronæ desideria pertulerit. Non enim vestes, nec aurum, nec ambitiosos quærit ornatus, contenta est orbitas sordibus suis. Ac ne 44 pellicis quidem dolore compellitur, nec tacita 45 gaudia mariti, impatientia & muliebri vanitate complorat. Sed nec relictum torum desertumque genialem velut contempta vilitas uxoris ulciscitur: alia longe, alia de noctibus cura est. Ne timueris, quæcunque est dignitas, est 46 magis doloris: nihil queritur misera, nisi par orbitati, nisi matre dignum, quod publicos consumat oculos, quod ignotas quoque exigat lacrymas. Quantam enim a marito acceperit injuriam, scire vultis? 47 Sola mater filium perdidit, nec 48 potest invidiam facere morti. ** Ante ita-

ANTILOGIA. Judices, semper ignoscatis, ad Matrem parumper miserationem convertite. Fidem vestram, infirmo parcite sexui, & debilem servate animum, qui se ad constantiam tanti visus componit. Existimate, an malam intulerit tractationem, qui tantum fœminæ negotium abstulit. Nihil est infelicius fœmina, quæ attonitis terroribus agitetur, circa quam imagines vanæ, somnioque similes umbræ discurrant. Non dicam, mens horret aspectum, & tenuis impar est constantia pectoris; jam ex ipso visus gaudio inquieta semper, & attonita est. Somnum expetit, & soporem placidum, sollicitas semper agit, noctesque ducit suspensas. Non potest non territari mulier a Filio, qui revertatur semper insperatus, & qualibet umbra fortius agitare debet, quæ notum jam repræsentet. Neque credo, Judices, dum Mater non formidolosam esse ait umbram Filii, nihil illa lætius facie, nihil illo blandius vultu. Cogitationibus misera, & aviditate turbatur, vel constantiam mentitur, vel sibi indulget, ut terrore ipso recreetur. Necesse est, ex hoc saltem ut timeat, quod cadaveris, rogi, tristisque cineris recordatur, & nescio an possit fœmina nocturnis fortiter imaginibus credere, in am-

* Incipit confirmatio, quæ equidem aliquando longa potius est affectuum commotio ipsius facti exaggeratione, quam vera, fortisque per argumenta confirmatio, & malæ tractationis enthymematica probatio; utique tamen ingeniosa, vehemens est, boni Judicis, instructique omnino indeptura laudem, si parcius in affectibus commorata rem districtius, & serius egisset. Non inficias ibo tamen, in hisce orationibus, quæ ad pompam ingenii fiunt, impune aliquatenus esse de severiori artis disciplina recedere. Utcumque sit scriptor, quicumque fuerit (neque enim Quintilianum puteverim, de qua re fusius in Præfatione) veluti ex impetu projecit, repletamque tam vivacibus sententiis mentem non omnimoda ordinis, causæ consideratione veluti exoneravit. Primo igitur, quid sit de quo queratur uxor aperit, non enim de ornatibus, aut dolore pellicis, aut relicto toto geniali conqueri asserit, sed de altera hac orbitate &c.

44 In qua expensius amanda incalescens maritus in uxoris affectu refrigerit. 45 Vel illa cum pellice, vel alia quapiam, quibus secreto fruatur. 46 Vulgatus liber habet *magni*, exemplar meum antiquissimum *magis*; cui lectioni volupe est adhærere ut sit sensus: quæcumque est dignitas hujus curæ, est illa magis, quam per dolorem præsefert. 47 Non etiam Pater, qui in causa fuit ut perderetur communis Filius; sic enim & Declam. VIII. *non perdidit Filium quisquis occidit*.

48 Non enim potest objicere morti, quod sibi Filium abstulerit, si Pater abstulit.

** Hic occupat veluti objectionem, quod hæ querelæ audaces sint, aut impudentes, aut vanæ. Respo autem, tales esse non posse illas miserorum, 1. quia verum est, nec aliquid fingi potest, quod in calamitate defertur cum gemitu; 2. quia gravis testis querelæ orbitas est.

Digitized by Google

ANTILOGIA. amplexus, in oscula ruere, si interdiu quisque dubitaret. Vis scire Mater, an saltem inquieta sis, an numquam secura? Totis diebus in noctis votum effusa omnibus raperis, solo gaudens impatientiæ, anxietatis, dolorisque consortio; noctibus inter expectationem proximi visus, & venientis, quem dicis, officia detineris. Sed tibi jam, uxor, tota indulgentia blandior, & nihil hactenus metuendam Filium umbram fuisse confirmo. Putasne, semper pulchra facie, atque adulantibus oculis, ut nihil possint lachrymæ, videre libentius reversurum? Satis si igitur, quod hactenus pulcherrimo aspectu vidisti, & nobis parce qui fecimus, ne aliquando funerea imagine, & infernis ignibus, umbrisque rediret. Si placet, me voca crudelem: Fateor, elusissem talem Filium etiam si ad me venisset. Sed hactenus, Judices, inimicæ indulsimus opinioni; quid si minime Filio apparere licuerit, quod post funera spiritus non supersit? Ipsam jam fœminam argumento sui doloris aggredior. Quid inanissimo questu perstrepitis, quid pectus genasque tunditis, & in vestri doloris ultionem in vos ipsas sævitis? Quid Fata invida, sæva, crudelia vocatis, quod non tamdiu vobis, vitæque illos permiserint, quos exoptatis, quos expectatis? An opus est totum fœmineæ indignationis ingenium egerere, & meditatis mortem lacessere conviciis, si ad lætiorem de funere vitam revertitur, qui imprecationibus vindicatur, & tanto doloris plangitur ululatu? Non vi-

DECLAMATIO. itaque quam sciatis, Judices, quis dolor, quisve mœror, quæ tanta impatientia eruperit, ut mulier aliquando [49] dulcium oblita tenebrarum, clarum nitorem publicæ lucis, & diem etiam domi [50] invisum, in foro, interque leges notabilis, & [51] sepulchris abstracta pateretur, certum profecto habetis, neque audaciam, neque impudentiam, nec vanitatem unquam querelas habuisse miserorum. Quam verum est quicquid exclamat calamitas, nec ab infelicibus ficti temere exeunt gemitus! Mulier, quæ sanguinantes ad Judices porrigit lacertos, quæ scisso, laniatoque vultu, quæ lividis profertur uberibus, magno dolore cogitur, ut hoc potius agat, quam cineres osculetur, quam complectatur urnam. Gravis testis querelæ suæ orbitas est. * Et antequam ad genus illatæ iniquæ injuriæ venio, cur, marite, quæ ex te filium perdidit, quicquam potest queri? Crudelis orbitatem feris adhuc alio [52] dolore, tanquam parum desideria conficiant, quæ de unico gerit: non pateris animum vacare lacrymis suis tu, [53] qui sinum debes, qui colloquia & amplexus. Quam misera est quæ queritur, & de [54] solatio suo non [55] conjugis desideriis large indulget, nihil aspere, nihil contra voluntatem! Habet privilegium suum mater infelix, molles manus, & mitia fomenta magnis vulneribus admoveas. Quæ se adhuc secari plaga permittit, in summo est. Viri forsitan quo modo fortior sexus sit, & contra dolorem quam imbecillis animus magis pugnat. Itaque

49 Quæ recusabat officia noctis, ut dulci frueretur præsentia Filii. 50 Postquam Pater ipsi abstulit Filium incantato sepulchro. 51 Filii sepulchria, quæ præfixa, clausaque nudis cedebat uberibus, & fletu perfundebat; supra in narrat.

* Probat sibi licere modo conqueri, 1. ex hoc tam sævo facto mariti; 2. quia valde misera est, quæ flere nequit; 3. quia veluti Mater privilegium: primo, quia magnus sit dolor; secundo, quia debilior est, & virorum constantiæ impar fœminarum affectus. Rogat ergo maritum, ut sibi flere liceat, &c.

52 Præstans, ut rursum patiar orbitatem. 53 Tu qui debes sinum, colloquia, amplexus Filii tui mihi, non pateris me conqueri, si geminam unici vidi mortem. 54 Quod sentit illachrymando. 55 Quantum Conjux desideraret.

Digitized by Google

DECLAMATIO. que totum iſtud lugere fœmineum eſt: & [56] ſimul ac orbitas imbelle pectus invadit, animus ille, qui [57] luctus ſuos ſequitur, incipit [58] indulgentiam ſentire lacrymarum. Fidem tuam, marite, conjugi flere liceat, ſatiari gemitu, orbitati permitte quandiu velit flere. Odi patrem, qui cum filium & ipſe perdiderit, putat nimis lugere matrem. *Quid ergo queritur, inquis? Hoc primum, [59] filium non quomodo debes ſceleratè deſideras. Magno animo orbus es, loqueris fuiſſe mortalem, & interpretaris [60] nihil ſupereſſe poſt flammas. Flet juxta latus, & plangit uxor, tu ſiccos oculos habes. Illa totis noctibus funebres exercet ululatus, tu graves ſomnos ac placidam quietem. Pater crudelis, pater immemor, quid vis tibi amplius objiciamus? Ex quo perdidiſti filium, nunquam ſic deſideraſti ut videres. **Quid quod eripuiſti matri ſolatium, puta vanum, & ſupervacuum? Nolo, Judices, nolo corripias: ſcires, quantum eſſet hoc, ſi tantundem doleres. Res indignior non eſt, quam quod tibi de eo poſtulas credi, quod non vidiſti. Indulge ſane vanæ rei, ignoſce: libenter ſe orbitas decipit. Magnas calamitates vana ratio ſuſtentat, quod indulgent mala perſuaſionibus ſuis. Quicquid ad miſeros pertinet, video quis queri poſſit de Filii morte, qui etiam poſt obitum ſingulis noctibus, amplexus, verba, conſortium ad Parentes deferre poſſit. Si vobis credimus, quantum mors homini confert, quæ de terrenæ hujus, ignavæque carceris ſordibus, triſtitiaque ſejugens, ad puriora ipſum, lætioraque revocat immortalis vitæ ſolatia? Præbent ſcilicet Elyſiorum beatificæ domus emigrantibus hinc per Stygia vada, infernosque ignes, & latratu terribilia oſtia ſpiritibus quodcumque placuit ſolamen viventibus, ſed immaculatius, ſed hilarius. Ad Heroum ſedes, ſublimisque felicitatis domicilia pertranſeunt, quibus de jactura ſodalium, Parentum, horum quæ mortalitatis alliciunt, foventque vota, levia, & cito peritura bona conquerimur. Quis lachrymarum probet invidiam, neque malit de novæ felicitatis, & potioris vitæ cogitatione, certitudine, modum hominis deſiderio ſtatuere? Hæccine, Mater, ſunt quæ plorabas, propter quæ Filium deceſſiſſe conquerebaris? Aut igitur non remanet poſt mortem ſpiritus, aut doloris impietas eſt, dum ad beatiorem vitam Filii tranſitum doles. Quid jam, Judices, vanis hiſce terroribus, aut inaniſſima ſpe agitetur ſemper inquieta, numquam non triſtis humani-

ANTILOGIA.

56 In his codicibus ita legitur: *& ſimul ac orbitas imbelle pectus invadit, animus ille*, &c. ego exemplaris mei interpunctionem præ illa non improbo; & fiet ſenſus: forte pectus leviter ac lente dolet, at imbelle toto ſimul doloris impetu circumpremitur. 57 Codices modo citati habent *luctus ſuos*, unica litera diverſiſſimas ſententias efficit; quisque aſſentiatur cui libuerit, niſi quod lectione mea facilius intelligitur ſequens conciſum; altera vero melius videtur ſuperiores ſententias ſequi.

58 Hoc eſt quisque illis indulget lachrymis; qui ſequitur ſuos luctu; vel pro vulgari lectione, qui ex imbecillitate ſexus neceſſario ſequitur luctus ſuos.

* Primum argum. pro cauſa ſua, quia Maritus nimia pœne ſævitia patitur orbitatem ſiccis oculis, dum Mater plorat &c.

59 Vulgati codices habent, *Filium non quomodo debes ſceleratè deſideras*, ſenſus idem; ſed lectionis noſtræ ſarcasmus quemque impellet, ut præferat. 60 Puto in ſententia Epicureorum probantium Animam quoque eſſe mortalem; vide Lucret. enixius propugnantem; vide quoque Lucanum lib. 1. Pharſ. Sen. in Troade Act. 2. Cho. Sed de Animæ æternitate, quæ non tantum ſapientum, ſed inperorum ſententia eſt, præter Catholicæ Fidei Dogmata, Plut in Rom. & alios.

** Secundum argum. quia eripuit uxori ſolatium videndi Filium etiam poſt ipſius mortem; ſed quoniam objicere Maritus poterat vanum fuiſſe illud & ſupervacuum, reſpondet 1. quod ſi Maritus tantundem doleret, ſciret an ſit verum; 2. quod non poteſt de ipſo judicare, cum non viderit; 3. licet ſit vanum, indulgeat tamen perſuaſioni uxoris, quæ ut miſera facilius decipitur; 4. quod ſi tanta eſt præſens jactura Filii, debuit eſſe magnum ſolatium tunc vidiſſe; 5. exprimit, & exaggerat ſuum illud ſolatium, qualiter Filium videret &c. deinde quomodo Magi devotionibus clauſus fuerit.

Digitized by Google

ANTILOGIA. manitas, ut inferorum sedes adesse putemus, & noveno fluminis gyro vinctas adamantinas arces, & horrendum portitorem, & Judices, & carnifices, & flagella, & felices lucos, & soporatam aquam oblivionis? Luserunt ista Poetæ, neque inania hæc verba, rumoresque vacuos nostræ fidei dixere; nescio quis paulatim fecit de inanibus terribilia, & fabulis Religionis conciliavit auctoritatem. Sapiens ideo quisquis de sollicitis curis homines revocavit, & sepositæ naturæ arcana scrutatus minime nos horrescere docuit, quæ sola libido finxisset, credulitas confirmasset. Quid enim mors est nisi sive malorum, sive bonorum finis? quid supremus dies, nisi qui tam corporum, quam animorum compaginem ad sua primordia restituit? Quis sibi persuadeat supersesse adhuc a morte spiritus, quos videat penitus infirmatos, & illum agere deinde viventem, qui de consortio viventium effertur? Quæro an admitti possit, ut cum vivere homo debeat moriatur ut reviviscat; & lætior, beatiorque futurus tristitia funerum incæstetur. Quare (si me interrogas) nihil ipsa mors est, nihilque restat post mortem; neque alio pergere mortua putandum est, quam ubi jacent non nata. Libet hercule ipsam animi naturam altiori cogitatione perpendere. Omnibus constare non dubito primigenia elementorum semina, a summo illo naturarum Opifice in omnium exordium constituta, & dissimili serie, figuraque compacta speciosam adeo, ac frequentem rerum diversitatem in Orbis ornamenta referre. tinet, crudelius eripitur, [61] quo minus est. Clamat itaque, clamat mater infelix, si mihi aliquam imaginem filii mei, vel parvuli, vel jam adulti, vel novissimam juvenis auferres, injicerem tamen misera tanquam corpori manum, illam similitudinem flens tenerem, illos oculos, illam gratissimam faciem, & [62] rictus oris expressos, & [63] adumbratos artificis manu vultus. Sed illum perdidi, unde imago, unde similitudo, unde solatium. Fili, plus hodie amisi, quam cum elatus es. Post mortem te tecta vidi. Si mehercule notas in corpore unici vestes subtrahere tentares, dicerem, succurre solatio meo. Hæc omnia apud me filii mei membra sunt, ego osculabor, amplectar, flebo supra. Non est ratio forsasse. Ideo quicquid rationem vicit, affectus est. [64] Nihil est sceleratius prudenti orbitate. Levia, inquit, levia loquor. Ego filium meum videbam. Quænam istum fortuna, quæ indulserat conditio naturæ? Non excludebat orbitas oculos tuos. Eras jam consecuta mater, ut juvenem die absentem putares. Maximam perdidit mors acerbitatem, si possis videre quem amiseris. Videre ergo tibi contingebat, o mulier, vultum, habitum, corpus, incessum. Non crederem, nisi te perdidisse sentires. Tempora ergo cum morte diviseras, & superstite filio fruebaris omnibus tenebris. [65] Quantum perdideris, hinc æstima, hoc tibi si non contigisset, non eras tam improba, ut optares. Aliquis (o pietas) sepultus & conditus, cæteri corporis cinis, & favilla, tamen corpus sumebat in nocte, & ad solita viventis membra revo- DECLAMATIO.

61 Quod enim est parvum, minus nos lædit, aut ad nos pertinet, miseris vero multum est.

62 Dispositionem, simmetriam partium in facie, quasi ex ritu, & sacra cæremonia constitutarum.

63 Non veros, ut mox. 64 Ego sic interpretor: qui in orbitate prudentia utitur in non admittendo, nisi quantum sat est, dolore, is est sceleratus, quia orbitatis merito non satisfacit, in qua totus homo perturbationi tradendus, *non enim forsasse est ratio, sed affectus*. Observa quomodo ab Oratore servetur decorum, qui dolenti Fœminæ fœmineas, & debiliores accommodat sententias non sic loquentem virum exhibiturus. 65 Quod amisit Fœmina tantum fuit, ut licet Filii desiderio, & dolore amissionis adeo accensa, tamen neque potuerit gaudium tantum exoptare.

Digitized by Google

DECLAMATIO. revocatus præbebat se matris oculis, qualem non crederes necesurum. Nec queri de luce poteramus, quantum licebat, aderat. Videbas ergo mulier, ac præsentia fruebaris. Videbam, inquit, & fruebar. Et ad quem pertinebat, rogo, etiam si decipiebar? Sed quid ego utor testimonio tuo? Mago credo, & tunc vidisse te filium, & nunc non videre. At tu misera nihil crudelius ex marito timebas, quam ne tibi non crederet. Nemo, inquit, oculis meis fidem detrahat. Fili, indulgentissime adolescens, vidi te, nec semel vidi. Certum est, fixum est, eripi non potest. Quatenus impius pater & hoc tibi auferre conatur, ut te venisse non credam? Nec illud garrula, nec vana voce vulgavi: venire te nulli indicavi, nisi qui deberet optare, ut hoc posses. Patri tantum tuo, patri (ignosce deceptæ) confessa sum, dum interrogo, an te & ille vidisset. Itaque das mulier infelix graves, [66] nimiumque pœnas: effecit magus, ne filium videres, & solum apud te reliquit, ut meminisses, quod [67] videbas. Totum tamen illud solatium tuum refers misera, si potes, & primum confitere simpliciter, an soporis pondus illud, & nesciæ quietis vanitas fuerit. Apud me quidem satis misera, satis eras mater infelix, etiam si tale somnium perdidisses. Miserere, inquit, melius de affectibus meis sentias. Non ego fatigata planctibus sensi venisse noctem, videre filium pervigiles meruistis oculi, sed primum dum metuo, umbra processit subito: dii boni, quod ego gaudium, quam vidi felicitatem! Constitit ante me filius meus, discussit tenebras, ita dimittatur aliquando. Prosilui protinus, & accessi, vultus, comas, ora perspexi, meus erat. Quam lætum se, quam hilarem offerebat, quo-

ANTILOGIA. re. Scilicet terreus vigor firmitatem solidæ basi largitur, purus, velocque ignis, quod nobilius, quod actuosius mixtis inest compertit, & hosce sejunctos aqueus humor conjungens compactionem corporum auspicatur. Istis animum quoque necesse est componi principiis, quibus movemur, & vivimus. Nolo tamen animam de crassis adeo, communibus elementis tanti impetum vigoris desumere, sed profecto purioris spiritus delectu valere, & nobilioris flammæ virtutibus imbui, qua sidera volant, & sacri rotantur axes. Quid in iis ergo perennitatem affirmaris, quorum non immortalia semina, sed caduca, sed fragilia sunt? Quidquamne eorum quos elementorum formarit materies affertis, quod defectum, mortemque non senserit, & ad suum longam post seriem licet principium non sit reversum? Omnia cecidere, indiesque cadunt, neque est quod a communis fati necessitate jactitet immunitatem. Quid non consumit, conficitque vetustas, quid non abripit citissimè dilabens tempus, & terrenorum operum ridens superbiam, quæ ineluctabilem veluti molem exerunt, & perennitatis persuasione tolluntur? Ipsa se luctantia elementa sejungunt, acrique pugna convulsæ partes firmitatem corporis, atque ætatem absolvunt. Cœlos ipsos dies ultima proruet, & sacrorum ignium semitas sua hora disperdet, & deficientia penitus cum Sole sublimia lumina humiliorum sordium legibus obtemperabunt. Pergite nunc fortis diversitatem animæ promittere, neque ipsam ejusdem esse putare mortalitatis, quæ iisdem constat, quibus illa quæ perire non negatis. Quid si animam citius, faciliusque necesse sit interire, quam corpora? Velocius scilicet nobiliora sol-

66 Nimiasque. 67 Alii *videras*.

Digitized by Google

ANTILOGIA. solvuntur, & partes quas delicatior unio sociavit leve quidquid adversum, levis sejungit insultus. Quid ars valet elaboratius efficere, quod non vis quælibet diruat, & toto simul decidat partium lapsu, si quo externo tangitur impetu? Necesse est ut in ruinam pronior sit anima, quam puro ex igne, sacroque cœlorum halitu artifex supremus effecit, neque crasso, pinguique vinculo, sed quod materiei profecto par esset, & nihil importaret violenti. Quid dubitatis? Totam statim animam deficere cernimus; at corpus longa mors expedit, longa tabes dissolvit quod crassius, quod vilius est. Adde quod semper corporis sequitur anima ipsa diversitates, & nihil nisi de ambobus mutatur. Hæc simul cum corpore gignitur, simul crescit, & ævo fessa prona membra, & declinantem senectam secuta fatiscit. Non video quomodo gaudeat æternitate materies, quæ suæ modum ætatis de tam caduco desumat: An probabitis immortalem animum, si neque corpus, quorum nullum discrimen interest, nisi quod illa delicatis compacta principiis facilius dissolvitur? Videamus rogo, an altera animæ causarum insit, quibus corpori necessitas mortalitatis infertur. Quantis nos torquet; exagitatque pestibus humana fragilitas, quarum causa longiori cum cruciatibus, ac doloribus colluctatione, quam tranquilla, atque hilari vitæ quiete detinemur! Neque satis erant quas infirmitas humana ferebat, novas ingenium addidit, & curaturum sollicitis artibus ipso morbo sæviora importavit genera laceration[um]. Hic æstuanti spiritu exardet, illum carca, lentaque tabes quomodo persuadebat mihi, ne crederem morti? Scelerate nescis pater, quam similem viventi filium eluseris. Circumibant totum corpus oculi, non inveniebam, quid ignis egisset. Subinde dicebam, hunc ego extuli, hunc ego rogo imposui, ex hoc ego cineres, & ossa[68] collegi? Si talis est, quid habeo quod lugeam? Perisse filium meum hoc uno intelligebam, quod illum non poteram & patri ostendere. Confitebor: primæ tamen nec ego credidi nocti, & tanquam victis irascebar oculis, & erubescebam misera, si quies fuisset. Ecce iterum juvenis, ecce jam quotidie venit: Quid habeo, [69]quod interpreter? Verum est utique, quod semper est. Novissime non tanquam umbra veniebat, sed assidebat, sed amplexus dabat. Ego sentiebam, & recipiebam. Quotiescunque domus fuerat grato sopore prostrata, aderat ille, quales humanis se offerunt oculis propitii dii, quale lætissimum numen est, cum se patitur viduri. Sicut omnis religio templorum, omnis religio [70]lucorum, cum tacuere mortalia, & profani procul erravere sedibus totis, solitudine frui, & de suis dicitur exire simulacris: ita juvenis meus noctibus totis agebat filium, & paterna domo, ac penatibus suis fruebatur placidus, ac mitis, & matri propitius, ut numen, & deus dilabi sideribus, & venire de liquido, purove aere videbatur. Quid imprecer scelerati[ssi]mo patri? umbram[71] probare voluit. Miseremini, Judices, ut hoc facinus, quibus debetis, accipiatis animis. Majus parricidio, majus quam si filii sepulchrum funditus eruisset, & sacratos mor-

DECLAMATIO

te

tabes

68 Vide supra not. 33. 69 Vulg. Cod. habent *improcer*, nihil sane ad rem; nostram genuinam puto lectionem, ut fiat sensus, quid opus est interpretatione, fueritne vera an falsa hæc apparitio? *Verum est utique quod semper est*. 70 Luci fere omnes sacri passim apud Poetas, Luc. lib. 3. Sen. in Thyeste, lib. 2. &c. 71 Probavit Filium meum fuisse umbram incantationibus ipsum vincens, dum antea mihi quodammodo blandiebar, quod veluti Numen aliquod ad me veniret.

Digitized by Google

DECLAMATIO. te lapides, etiam cineres, & ossa religiose quiescentia fracta sparsisset urna. Advocatur homo, cujus ars est ire contra naturam. Qui simulac ore squalido barbarum murmur intonuit, [72] fallereque coegit superos, audire inferos, tremere terras, ut experimentis loquentium fama est, constitit juxta tumulum miserrimi juvenis mors certior, [73] Nunc opertæ, inquit, arcana mea tenebræ adjuvate me digna, nunc omne [74] pervium numen, & religio, quam isti irrogo, propius adeste, succurrite. Magis mihi laborandum est, quam cum sidera mundo revelluntur, cum jubentur hyberni fluviorum stare decursus, cum potentiore carminis veneno victi rumpuntur in mea instrumenta serpentes. Custodiendus est juvenis, assignandus est inferis, & densioribus transfuga claudendus est tenebris. Quanto facilius opus erat, si revocaretur? Mox in ipsam dicitur incubuisse pronus urnam, & inter ossa, & inter cineres verba clausisse. Hoc tamen subinde respiciens confitebatur, repugnabat umbra. Itaque carminibus non satis credo, præfigamus omne tumuli latus, & multo vinciamus saxa ferro. Jam [75] bene habet, expiravit aliquando, non videri, non progredi potest. An mentiar, scies proxima nocte. Omnes mehercule parentes, utique qui liberos perdiderunt, ire in istos oculos, in ista ora debebant. Tu sic filium tuum, eluisti, tanquam nocentes ad inferos revocari soleant animæ, quæ inter languentium familiam; & tristes penatium morbos vagæ, errantesque magica vanitate captantur? Laqueone vitam damnatus eliserat? Noxium per sua viscera exegerat ferrum? An ex conscientia venena præsumpserat, nec recipiebat se, nisi carmine

ANTILOGIA. bes exedit, vel humoris copia superfluens diutinæ alligat ægritudini; hic membrorum mutilatione deficiens inutile pondus vivit, ille laceratur, uritur, pejus quid malo patitur quod curatur. Sane dixeris, ideo natum hominem, ut semper pateretur, ut numquam viveret nisi invitus. Quid inveniamus quæritis in anima simile? Existimate, per Deos immortales, an malis corporum comparari queant tristitia, dolores, luctus, metus, desperationes. Quid dementiam dicam, quid insaniam? Quid efferventia, quibus nihil est gravius, desideria? An immortales sibi spondeat annos, quæ malis hisce consumitur, hebetatur, si ferre nequit corpus perbrevem impetum suorum? Quantula vero horum vis est, si cum illis comparentur? Vultis scire quid in anima agant desperatio, insania, dementia, quid in corpore morbi? Nunquam totus homo perit, nisi cum animus æger est. Neminem vero negare crediderim malis suis summe animum infirmari, qui enim tantis aggressibus everberata intacta veluti nihil patiatur materies? Cernimus hercule signa defectus, & sano sæpius, valentique corpore solius animæ ægritudo est. Quid referam, quam lenta exedatur tabe, cum amissa dolemus, cum pavemus, cum exhorrescimus, cum tristitia funerum detinemur? Testare mulier quantum patiatur animus desperatione, mœrore, quæ pallidior ad metus, in vota pronior, non diebus secura, non noctibus in tenebras inquietum affectum protulisti, quæ putavisti filium venisse. Nihil ne ex dementia, insaniaque mutatur cum non apparet anima, cum non tota agit, & numquam fortius defectus dignoscitur? Dicite nunc quis medeatur, quis repa-

72 Vulgati Cod. *fallereque coegit superos*, & placet, ut fiat sensus, simul ore squallido barbarum murmur intonuit, & decepit veluti timore majoris mali Superos, tunc cœpere inferi audire &c.

73 Vulgati Cod. habent *Nunc opertæ* &c. sed vetus lectio præstat, quæ illum adhibet modum.

74 Vulgati Cod. *per unum*, inintelligibile. 75 Verba Pop. cum quis pugnantium decidebat, & transfertur ad exprimendas quaslibet mortes duriores, ita Simo apud Ter. in And. Act. 1.

Digitized by Google

ANTILOGIA. reparet. Pronior semper defertur in præceps ætas, indiesque proruente senecta nihil homini ad mortem restat, nil homini ad mortem supereſt, quam impotentia, non semel deliratio; unde ille ignei spiritus, vigorisque defectus, nisi quod ipsa confecta senio fatiscit anima, quæ nos fovet? Singulas quinimmo ætatum hominis diversitates oriri crediderim ex ipsius animæ sive sanitate, sive languore, prout firmius, deteriusve sit partium vinculum. Efrænem scilicet, petulcamque Juventam, sive non penitus coarctatus igneus spiritus faciat, sive tum maxime detineatur, at moræ impatiens corporeumque dedignatus jugum invisum carcerem excutiat, exagitet. Firmior viris, solidiorque præstatur ætas, dum firmiori nexu mobilis semper vincitur materies, dum seu lassata conatibus, seu assueta patientiæ, non impetu turgida obtemperat. Jam vero quid triste putatis senium, nisi cum animæ unio deteritur, & deficiens spiritus paulatimque exiens sensuum quoque potentiam aufert, & juxtà spiritus exitum ipsum valens corpus est, donec penitus deficiente mors advenit? Quid animæ immortalitem asseritis, quæ tere moritur ante corpus? Sed mater objicit persuasionem sapientum, qui constare homines corporeis caducisque elementis, & anima perennitatem non ex nostro, sed ex cæleſti igne sumente dixere. Quid repetam sapientum plures in sententiam nostram descendere, quos quidem veritatis veluti fontes, & veræ sapientiæ latebras veneramur? Vis tamen cre- mine incluſus? Quando domum tuam funereus, & squalidus, quando te terruit? Crudelissime omnium pater, de filio tuo malam umbram fecisti. Quas nunc putas uxoris miserrimæ esse cogitationes; qua materna viscera persuasione torqueri? Nunc filius meus illic, unde venire consueverat, jacet strictus, alligatus, impatiens. Queritur [76] subito terram graviorem, utique cum sentit venisse noctem, quando [77] umbræ feliciores dimittuntur ad matres. At vero si qua inter manes colloquia sunt, & esse credo, non deest, qui juveni meo dicat: Quam vilis tuis fuisti, qui libenter te perdiderunt? Quid illa mater, ad quam ire consueveras? has tibi catenas, hæc vincula pro merito reddidit? [78] Ita infelicissima omnium mulier, & si magus etiam [79] credat, hoc periclitatur, ne filius se putet venisse ad invitam. * Agit jam hoc loco nobiscum maritus gravius, altius, sapientius, ut homo sine dolore. Negat ullos esse manes, contendit omnia perire cum corpore, nec remeare viventes a cinere sensus, nec tam videri imagines hominum, quam cogitari, & oculos luctibus credere. Quod si ita est, magum ad quid advocavit? Pessimus parentum, qui dum liberos suos sepeliunt, flere contenti, ut obiter ab rogo siccis oculis revertantur: negat ad manes, negat ad umbras pervenire, quod plangas, affirmat perire lacrymas, affirmat perire singultus. [80] O sceleratum hominem, quisquis luget, & timet, ne hoc perdat! Vana ergo sapientes persuasione frustrati, qui constare homi-

DICI MATI

76 Vulg. Cod. habent *solito*; fortior est lectionis nostræ sensus. 77 Umbræque (ut intelligit puto) per geminas portas somniorum dimittuntur; de quibus vide Virg. Æn. 6. 78 In vulg. Cod. deest *ita*. 79 Vulg. Cod. *recedat*; non intelligo quid prosit, quod Magus recedat, si jam incantavit. Nostræ lectionis ita fit sensus: infelicitatis meæ partem puto, quod neque Pater, neque Magus credunt ad me Filium venisse, licet tamen mihi credant, adhuc tamen infœliciſſima sum, quia fortasse credat, Filius meus se venisse ad invitam.

* Confutat primum argum. Mariti probantis, non supereſſe Animas post corporibus, sed cum ipsis perire, quare falsum esse, quod de Filii adventu affert, & illam fuisse solam imaginationem; ait vero, falsum hoc esse; & hominem constare ex corpore caduco, & anima immortali.

80 Ironice.

Digitized by Google

DECLAMATIO. homines, & perfici corporis [81] elementis, animæque dixerunt: corpus caducum, fragile, terrenum, ut ficca humidis, calida frigidis, resolutis astricta pugnarent, partim aut doloribus affici, aut noviſſimis annis, & senectute diſſolvi. Animam vero flammei vigoris impetum, perennitatemque non ex noſtro [82] igne ſumentem, ſed quo ſidera volant, & quo ſacri torquentur [83] axes, inde venire, unde rerum omnium autorem, parentemque ſpiritum ducimus: nec reſolvi, nec ullo mortalitatis affici fato: ſed quoties humani corporis carcerem effregerit, & exonerata membris mortalibus levi ſe igne luſtraverit, petere ſedes inter aſtra, donec in alia fata ſeculo pugnante [84] tranſmigret: deinde prioris corporis meminiſſe. Inde evocatos prodire manes, corpus, & vultus, & quicquid videmus, accipere, occurrere ſuis imagines charas, aliquando & oracula fieri, & [85] nocturnis admonere præceptis, ſentire quas mittamus inferias, & honorem percipere tumulorum. * Rogo, cum filius perit, non ne ſatius eſt [86] hoc credere? Tuæ tamen, inquit, hoc quieti præſtiti, ne [87] attonitis agitata terroribus, ſolicitas ſemper ageres, ſuſpenſasque duceres noctes. Ita parricida commune facinus feciſti: & [88] imputas quod filium videre deſimus? Somnum enim ante petebamus, & placidum ſoporem. Crudelis, nunc inquieta, nunc attonita mater eſt, nunc perdidimus noctes. Umbram ne tu filii credam animas ſupereſſe poſt mortem? Non puto tamen deſtinatis ſedibus exire. Quid enim proclamatis, novies circumfuſa Styge intra tenebrarum regna ſolutas corporibus umbras coerceri, quid irrevocabilem horrendi portitoris ferrugineam cymbam effingitis, quid adamantinos carceres, ferreos nexus, & minitantia intortis anguibus, ſulfureaque face flagella furiarum? Jam hæc inanis fidei territamenta ſunt, ſi potuit umbra de tam præcluſis carceribus non vetito gradu ſemper prodire; aut non fuit cur æterna, cæleſtisque commutaretur ſurda ſeveritas, ut filius tantum veniret ad matrem. Quid mihi objicis, quid me accuſas? Ita ne vado facili remeat quem non reverſurum conquereris, & tanta ille gaudet mortis diverſitate, pro quo communem omnibus Fatorum neceſſitatem, & rigidam legem incuſas? Sed quid plura contendo, quid plura diſputo? Filium tuum arte cluſum dicis, quem non inferorum compedes tenuere? Quare, Judices, velim credatis, mihi non ideo magum adhibitum, ut aut verborum vi, aut noxio ferro circumdato tumulo filii umbra premeretur, ſed ideo ſane ut hominis aliquid facultas afferret, quo inane fœminæ deſiderium, vanæque cogitationes abirent. Teſtor conſcia Numina, hæc fuere conſilii noſtri verba, quæ mago dedi. Tenetur infelix uxor ſive illuſione ſomniorum, ſive cogitationum vanitate ſollicita, ſe jam ſingulis noctibus adventu filii perfrui rem

ANTILOGIA.

81 Elementorum nomine intelligit principia conſtitutiva; ſicut etiam a Philoſophis plerumque hac ſignificatione capitur. 82 Perperam antiqui putarunt Animam eſſe igneam, propugnantes eſſe immortalem, quod enim materiale non immortale. 83 Vel intelligit axes cælorum, & per ſynecdochem ponit pro cælis; vel axes proprios Stellarum, circa quos volutentur altero motu, altero vero circa commune mundi. 84 In Pythagoræ ſententia metempſicoſim admittentis, hoc eſt transmigrationem Animarum in altera corpora poſt potatam oblivionem; quod videtur hic auctor ſubverrere.

85 Plura habemus exempla, præſertim apud Poetas; ſed etiam apud Chriſtianos, ita permittente Deo, ut domeſticorum admonitionibus, quos præſertim coluerimus, magis moveamur.

* Reſp. 2. argum. Mariti dicentis ſe id feciſſe, ne agitata terroribus inquieta viveret &c. 1. nunc ſe vere eſſe inquietam, quod ereptus eſt Filius; 2. umbram Filii non eſſe formidoloſam, ſed plenam ſolatii; 3. nos territari alienis imaginibus, non noſtrorum.

86 Quod ſuperſit Anima. 87 Pro terroribus, qui reddunt attonitos. 88 Et contendis me tibi debere, quod deſii, &c.

Digitized by Google

ANTILOGIA. frui teſtatur, diesque anxios inter noctis vota deperdit. Reperias artem qua mulier non decipiatur, qua ficto gaudio non cedat, qua ſe deceptam perſentiat. Nunc tuæ maxime valeat auctoritas ſcientiæ, nunc ſe potiori opere exerceat incantatio. Jam non filii umbram tenebris, ac ſepulchro, ſed matrem ſibi reſtituas. Quid præſtet nunc, Judices, maritus innocentiſſimus, quem mulier incuſat quod filii manes ſuis ſedibus, ſua nocte condiderit? Ad vos, inquit, Judices, meas lachrymas, precesque converto. Fidem veſtram, ſanctiſſimi Viri, ne in miſera, luctuoſaque conjugum rixa debilioris affectus miſericordia prævaleat, ne vere credatis, aut ablatum filium, aut viſum, quod tam fortiter mater affirmat, & luget. Non habeat jus fœmina contra maritum, quod incantare non potui, quod nihil fuit, aut quod merito poteram ſi fuiſſet. Nefas eſt, Judices, ut illius cauſa valeat, quæ non alium habet teſtem, niſi ſui ipſius ſive dolorem, ſive mendacium. Nunquam credo ſic eſt vir accuſatus, nunquam ſic quæſtio pariter valuit, dum eſt ſola probatio lacrymarum, quæ non habent cauſam. At tu uxor ignoſce, ſi viri ſævior videtur affectus, nec tam facile tuas in lacrymas, dolorem-que propendit; neque me invidum putes, quod tibi fictum hoc gaudium noctium in filiis oſculis, & colloquiis abſtulerim. Nimis te perculit dolor infelix, nimis cogitatione votis blandita es, nimis eveniſſe credidiſti quod rem formidoloſam, rem plenam putaſti eſſe terroris? Quid illa lætius facie? quid illo blandius vultu? Quid magis adulatur oculis? quid poſſunt videre libentius lacrymæ? Non magis metuenda eſt umbra filii quam cadaver. Neceſſe eſt ut mors horrida fiat aliena. Sed aliæ forſitan animum imagines territant, & tunc inferi vocantur, cum ignoti ſunt. Itaque prudenter, ſi tantum ad ſuos veniunt. Sceleratus ille, ille impius, quicunque defunctum filium vidit, & meminit [89] quod elatus eſt. *Terrebaris, inquit, & ſolicitis noctibus laborabas. Ita ne es, marite, crudelis? Tu cluſiſſes filium, etiam ſi ad te veniret? **Nec magus, inquit, incluſit umbram, ſed perſuaſioni tuæ ſuccurrit: ideoque putas non venire illum, quia nec ante veniebat, quia nec factum eſt aliquid, in quo avocareris. Hoc ipſo incipit mater ſibi gratulari. Ita non tenetur, inquit, ille, non premitur, nullo carmine, nullo incluſus eſt ferro. Removete ergo omnia, & interrogabo. Ego autem ſcelerata tam cito credidi, ita non ille ad me veniret ſolutus & liber? non ad hos oculos, non ad hos properaret amplexus? Quando enim me juvenis ipſe niſi flentem, quando non lividum pectus & ſanguinantes vidit lacertos? quando non erubuit matri feciſſe terrorem? Arte eluditur miſer, arte retinetur. Quid vis carmina tibi amplius præſtent? effecerunt quod promiſerant. Deſinis erubeſcere jam, quod filium non vides? †At tu, cujus in leges dii

cu- fu-

89 Libenter legarem *quoad*.

* Tertium Mariti argum. quod de facto terrebatur, & follicitas ducebat noctes. Reſp. farcaſtice: ergo ipſum clauſurum Filium, etiam ſi ad ſe veniſſet, ne territaretur.

** Quartum Mariti argum. quod Magus non cluſerit umbram, ſed incantationes illas adhibuerit, ut cogitationem altam Uxoris removeret. Reſp. 1. quod jam veniet, ideoque ſibi gratuletur, cum certa ſit primam illam veram fuiſſe apparitionem; 2. falſum eſſe, quod Maritus dicit, vere enim arte teneri Filium, qui non amplius appareat.

† Incipit peroratio, in qua Orator 1. ad Magum convertitur, & rogat, ut quoniam potens eſt Filium recludere ſicut cluſit, hoc beneficium Matri præſtet; 2. ad Maritum ſpem immittens non ternitandum a Filio, etiam ſi revertatur haret enim Filius, ad quem Parentum venire debeat; 3. ad Juvenem incluſum ex perſona Matris, rogans ut ad ipſam properet.

Digitized by Google

DECLAMATIO. ſuperi, manesque torquentur; qui nocturno terribilis ululatu profundum ſpecus, & ima terrarum moves, modo ſervientium revocator animarum, nunc idem crudelis & inexorabilis cuſtos, aliquando preces & matris admitte. Paciſcere quanti libet, totos lugentis poſce cenſus, non ut labores, nec ut horridum carmen exerceas: ſed ut ferrum tuum refigas, ut verba tua reſolvas, ut nihil feceris, dimitte tantum, & evocaſti. Nihil ipſe crudeliter: patri ſcio paruiſti, ſed & hujus etiam lachrymis, planctibus hujus indulge, conſule famæ tuæ. Execrabilem te, mage, facies, & inviſum, [90] ſi facilius de filio exoraris, ut includas. Nec tu, marite, nec tu timueris, ne ultricis umbræ vanis exagitere terroribus, ullisque imaginibus: hinc ſecura dabitur quies, ſcit ad quam debeat venire dimiſſus. Juvenis piiſſime, juvenis indulgentiſſime, nunquam matri tuæ [91] umbra, nec manes, ſi modo veneficum pondus, & terroribus omnibus verba graviora mago patiente diſcuſſeris, ad me, inquit, mater infelix, ad meas noctes, ad meas lachrymas; ad illos viventes mihi ſemper amplexus [92] miſerere propera. Scio quid mihi nocuerit, ſcio quid me torſerit. [93] Fruar, & tacebo.

ANTILOGIA. cupiebas, quod cogitabas. Crede jam fortius ad dolorem compoſito, non potuiſſe hominem a morte redire; crede Patri minime filii manes noxio carmine preſſos, & graviori ſupra ſepulchri pondere detentos; crede maritum tuo non invidiſſe ſolatio, cui jam dimidia nocte cedebas. Juvenis piiſſime (ſi me fallit ſententia, & viges adhuc umbra, ac ſpiritus) ſi te Magus verborum vi læſit, ignoſce Patri, qui tantum fecit pro matre. Ferrum ſuum jam refigat, revocet verba, te dimittat homo, exeas, evoles iterum ad parentes, ad utrumlibet. Præſtabo, Judices, ſi fœmina modo vicerit, ut nihil fecerit incantator. Tunc ſciemus an umbra antea venerit, ſi iterum revertetur.

IN

90 Si dum Parentum alter petit ut includas, alter ut recludas, tu illi facilius indulgeas, qui crudelius petit ut includas.

91 Qui incantationibus exſolutus, numquam videris Filii umbra matri, ſed vel vivens adhuc, vel Numen quoddam. 92 Vulg. Cod. *miſerè*, utrumque bene legi poteſt. 93 Si ulterius ad me veniet Filius, fruar ipſius præſentia, neque quidquam Patri rem unc ibo.

Digitized by Google

IN UNDECIMAM
M. FABII QUINTILIANI
DECLAMATIONEM
ANTILOGIA.

M. FABII
QUINTILIANI
DECLAMATIO
UNDECIMA.

DIVES ACCUSATUS PRODITIONIS.

ARGUMENTUM.

Pauper, & dives inimici, utrique terni liberi. Bellum incidit civitati. Dives dux creatus, profectus est in castra. Rumor ortus est ab eo prodi Remp. Processit pauper in concionem, & accusavit divitem proditionis. Absente eo populus lapidibus liberos ejus occidit. Reversus dives est victor a bello. Petit ad supplicium filios pauperis. Pater se offert. Contradicit dives. Erant enim leges, ut proditor morte puniretur, & calumniator idem pateretur, quod reus, si convictus esset.

PRO PAUPERE CONTRA DIVITEM.

ANTILOGIA. PUtaveram sane, Judices, impatientiam Divitis, & ultionis aviditatem jam satiatam, neque quidquam de sanctissima legis auctori-

PRO DIVITE CONTRA PAUPEREM.

DECLAMATIO. EXpectaveram quidem, ut de inimici mei supplicio non quereretur, [1] nec me decipi posse credideram in ultione, quam mihi

[*] Stupet Dives, quod quæratur adhuc de supplicio Pauperis, & rogat ne ideo ipse juvetur, quia non potest defendi, sine genere pœnæ; 2. stupet deinde, quod Pauper velit ipse mori, postquam Divitis occidit liberos, & se ferre non posse, ait, ut sua orbitas etiam liberis Pauperis relinquatur. Stupet præterea, quod ipse Pauper, qui Filios Divitis occiderit, ipsum vocet crudelem, quod illos Pauperis exigat ad supplicium; 4. ait, se scire multos credere, Pauperem mori nolle, licet mortem exigat pro Filiis, & esse pro vita quæcumque facit in morte vota, se putare tamen ipsum non mentiri, quod ita scit, se inimico magis nocere.

[1] Nulla haberetur quæstio, sed confestim rejiceretur vicaria oblatio Patris, & plecterentur Filii.

Digitized by Google

DECLAMATIO. mihi debeat civitas, tam [2] liberi doloris. Sed quatenus eo malorum novitate perveni, ut in vindicta primum mea consulere leges, ac jura velletis, quæso, ne quis prodesse pauperi velit, quod nec defendi potest [3] sine genere pœnæ. Plus meretur pati homo, qui (si ipsi creditis) debet occidi. Hoc est quinimo, Judices, quod supra omnes calamitates meas ferre non possum, videtur sibi satis vixisse pauper, postquam occidit liberos meos. Operæ pretium putat coram impatientia mea [4] felicem consummare patrem, & gaudiorum suorum satietati hoc quoque adjicit, ut orbitatem meam liberis suis relinquat. Fidem vestram, Judices, ne pereat, quod ultioni meæ contingit [5] bonus pater. [6] Actum erat de solatiis meis, si liberos suos pauper mallet occidi. Illud plane, Judices, etiam in hac pauperis impudentia miror, liberos meos pudore deceptæ civitatis occidit, deinde me crudelem vocat. Parvulos suos ostendit, allegat, tamquam non ego potius querar hoc de quoquam patre fieri; nec intelligit, quantum debeat ad impatientiam nostri doloris accedere, si passus sum, quod & in [7] ultione miserum est. Facinus est, Judices, quemquam calamitatum suarum invidiam pati: sic ultionem meam debetis aspicere, tamquam & liberos suos pauper occiderit. Nec me fallit, Judices, plerosque credere, callidissimum pauperem nec mori velle, & hoc quod nudat jugulum, pectus opponit, artes esse pro vita. Sed ego illum non credo mentiri, [8] ego qui scio, ANTILOGIA. ctoritate, sive exemplo perituram credideram tam prompto in mortem animo pauperis inimici. Sed quoniam dives non est pro contumelia, de qua adhuc queritur, certa hac compensatione contentus, sentio tam sævæ vindictæ voto aliud exigere inimicum meum supra supplicium calumniatoris. Adeone leve est vitam hominis impendi, ut sollicitæ quoque ultioni, & omnium odiorum pectori paria non fiant; nisi profecto inqueret, quod immanitatis suæ furoribus innocentes qui subjicit, in oculorum solatium, & satietatem feritatis sanguinem, & cædes exposcit? Dono, crudelissime mortalium, tibi valere prorsus sacri Juris Imperium; numquam illum tamen legis tuetur auctoritas, quem tantæ indulgentiæ non pudet, & sibi non negat aliquid de atrocioris vindictæ facultate. Satia te jam sanguine nostro, crudelis; rigido vultu, & inconcussa mente inimici cerne lacerationem; & trunci mei corporis, ac semianimis capitis tristissimo aspectu superba lumina recreentur. Quem non leniant gemitus inimici; quid non tota spe implorent planctus morientis? quod votum est velle aliquid morte crudelius? Vis scire quantum tibi hactenus satisfactum sit? Parum est quod moritur, tibi supplicat inimicus. Quis mihi piratas memoret, & tyrannos? Plus est de quo queror, quod per divitem patior, qui pœnam invenit, quam non novit assueta barbaries, qui pro crimine Patris lacerari vult filios, minor quasi vindicta sit nisi ulciscatur in posteros. Ubi sunt, qui cito jubent iracundiam fiste-

2 Propter injustam falsæ accusationis injuriam, & occisos liberos.

3 Vulg. Cod. habet, *qui nec defendi potest sine genere pœnæ. Plus meretur* &c. veterem magis probo lectionem, ut sit sensus, quod licet non hoc foret pœnæ genus constitutum, plus tamen &c.

4 Felicem se, ut hominem tantum, quod inimici Filios casos viderit, ut Patrem, quod vita sua Filios suos servaverit. 5 Qui scilicet servat Filios

6 Sic sensus: præter ultionem referam quoque solatium, quod non poterit esse Pauper voti sui compos, quare si statim liberos suos tradidisset supplicio, peribat hoc mihi solatium. 7 Si miserum est, & in ultione Filios inimici videre casos, quantum ego passus, & quam mereor vindicare, si casi sunt Filii mei. 8 In pari casu, qui maluissem scilicet inimico meo hoc auferre solatium, ut pari ratione vindicaretur.

Digitized by Google

ANTILOGIA. fiſtere, quibus in præcipuum laudis genus extollitur clementia? Parcit jam, parcit ille ferus, ille inexorabilis, ſed ut enixius ſæviat in liberos. Vos vero, Judices, rogo, noſtra eſſe figmenta pro vita ne putetis, quod mortem poſtulo. Sentio quantum abutatur auctoritate legis inimicus, dum reos mortis eſſe vult filios, quod calumniatus ſit Pater. Teſtor conſcia numina, innocentiæ filiorum miſereor, & numquam minus mendax affectus Patris, quam dum de pignorum morte decernitur, paterni ſpiritus pretio innocentium vitam parvulorum conatur redimere. Judicate qua mente agam, prout vos ageretis. Neſcio quis dubitet in tam infelicis eventus comparatione de pietate Patris. Quidquam ne me fingere poſſe creditis adverſus hominem notæ immanitatis, expertique furoris, ut qui pœnam exigit innocentium, ignoſcit calumniatori, exinde parcat utrisque? Aut, ſi me ideo mentiri creditis tantum pro vita noſtra, nulla eſt ratio fingendi contra illum qui non erit prima ultione contentus. Fidem veſtram, ſanctiſſimi Judices, veræ pietatis hæc vota ſunt, & de hoc ſolum ſollicitus eſt paternus affectus, ut ſaltem poſſit parvulis ſuis non ſupereſſe. Proh nefas, & inauditæ pietatis crudelius facinus, ſi non poſſit Pater mori ante filios!

1 Expectatis ne, Judices, ut inimicitiæ noſtræ rationes adducam, ut calumniis, quas lingua dicitur effudiſſe, animi-

DECLAMATIO. ſcio, quid maluiſſem. Nunquam hoc adverſus nos excogitaſſet, niſi impatientiſſimus pater; & hanc pœnæ meæ ſuppliciorum novitatem de ſua pietate commentus eſt. 9 Nihil magis de inimico efficere velis, quam quod ipſe ferre non poſſis. * Habet hoc mali, Judices, principum innocentia, quod inimicos eſſe nobis, niſi poſtquam nocuerint, neſcimus, & tunc omnibus patemus inſidiis, quoties nos odit inferior. Homo qui omnem adverſus ſuperiora rabiem de ſui [10] vilitate ſumebat, qui genus libertatis putabat odiſſe majores, nulli charitati, nullis implicitus affectibus, quod humilis, quod eſſet abjectus, in furorem ſe magnæ colluctationis exercuit. Primus ſe meum dixit inimicum. O dii, deæque! cujus ego monſtri artes pertuli? in cujus feritatis colluctatione duravi? Inimicum habui, [11] neque occidere contentum, & mori paratum. Gratias ago civitati, quod in illis neceſſitatibus, in [12] quibus nihil adulationi, nihil præſtabatis obſequiis, laudatus ſum teſtimonio periculorum. Bellum mihi fatumque publicæ ſollicitudinis credidiſtis. Sed neque ego rem melioris ducis facere potui, quam quod ſine liberis meis profectus ſum: non reliquiſſet illos dux [13] periturus. Non puto, Judices, adhuc quæri, unde illæ falſarum ſollicitudinum fabulæ repente proruperint, quis primus trepidæ civitatis aures rumore compleverit,

9 Hæc inimicorum, ideoque & Pauperis intentio eſt.

* In narratione exponit Dives, 1. Pauperem ſola ſuperbia, & ambitione colluctationis inimicum ſuum factum; 2. commiſſum ſibi a civitate bellum, ad quod pergens liberos ſuos reliquit, quod non feciſſet utique prodituros; 3. ortos eſſe rumores illos de proditione immerito ſane, & ſola perſuaſione in deterius prona diffuſos, cujus falſitatis jam pateat auctor; nihilominus tamen interfectos liberos accuſati veluti ſupplicio momentum; 4. ſe audito nuncio in Caſtra non projeciſſe arma, ſed fortiter, & ex conſcientia omnia retuliſſe; 5. ſe merito modo petere vindictam proclamat, cum debuerit jam eſſe a Republica vindicatus, immo ſe in hoc maximum ultionis perdidiſſe ſolatium, quod ipſi Judices prius Pauperi irati fuerint.

10 Quoniam non putantes tantam ineſſe Pauperibus audaciam, ut cum potentia noſtra luctentur, nulla cautione procedimus. V. C. habet *utilitate*; vix putarim hanc admitti poſſe lectionem.

11 Videtur utique non eſſe inimici; non eſſe occidere contentum, & mori paratum.

12 In quibus ſcilicet Ducem non ex adulatione, aut obſequiis elegiſti, ſed ex merito, & qui vere videre poſſet, ne quid Reſpublica detrimenti caperet. 13 V. C. habent *proditurus*, fortaſſe melius.

Digitized by Google

DECLAMATIO. rit, cum videatis quis sic egerit, ut credaretis. Vidit hanc inter metus vestros occasionem, & quia semper apud sollicitos in deterius prona persuasio est, abusus est hoc, quod poterat videri timere vobiscum. Igitur homo, qui nullum conscium meum, nullum mihi crimen objecit, de mendacii magnitudine fidem veritatis captavit. Civitas deinde, cui accusator proditam se esse persuaserat, fecit quicquid [14] hic de me facere potuit. Liberos meos, quos inimicus tota sua concione monstraverat, occidit genere, quo pereunt nocentes. Feretis me, Judices, liberius aliqua dicentem? Rem pessimi exempli passus eram, etiam si prodidissem. Scio vos, Judices, hoc [15] loco mirari innocentiam meam. Ut primum enim mihi calamitates meas nuncius in castra pertulit, non arma projeci, non stationes, vallumque deserui, totam orbitatem meam in bella converti, tamquam liberos ibi [16] perdidissem. Si unquam, Judices, in me habuissent profanæ cogitationes locum, si patriam odisse vel pro liberis meis possem, [17] proditorem me feceratis. Necesse est, Judices, hoc primum reversus exclamem: Ita pauper etiam nunc liberos habet? Adhuc inimici mei plena domus est? O miseræ cogitationes, o decepta solatia! [18] Sic ego revertebar quasi vindicatus: Quas ego legionum vestrarum indignationes, quem fortissimi exercitus compescui dolorem, dum omnibus [19] promitto liberos suos, dum minus pro vindicta mea puto, quicquid ipse feeissem? Congerantur jam licet adversus omnium mortalium nocentissimum cuncta supplicia, ego tamen maximum ul-

ANTILOGIA. animus odio, invidiaque correptus excuset? Nefas! quod majori fortunæ creditur, & miseræ paupertatis despecta infirmitas quibuslibet patet mendaciis. Postulo nunc, quis me divitis inimicum putet, quis tenues, abjectasque vires cum tantis superbiæ conatibus judicet pariter colluctantes? Egi, fateor, remotam a consortio hominis vitam, neque in me ullus enituit præter communem illam naturæ pietatem pronior in divitem affectus. Sive quod tenuitatis meæ mihi constitit meritum, sive nova familiaritate divitis imperium prorsus subire non libuit, sive mores hominis non pellexerunt, ut jungeremus affectus. In summa, sive conscientia, sive cautio, sive judicium fuerit, semper tamen est innocens animus, qui numquam adversatus est specie inimici. Creatus Dux est in bella dives totius certe civitatis viribus, & auctoritate conspicuus; omniaque vota nostra, ac sollicitudines solius hominis arbitrio suspensas in præliorum transtulit dubias vices, & subitas occasiones. Nescio, quid tunc inimice pauper egerit, cum fortasse poterat; ne mente quidem reluctatus est. Sed facile, Judices, suspecta fit tanta auctoritas. Nescio quis rumor emicuit de divitis proditione, & animos de externis malis satis sollicitos novi, internique discriminis prolatione deterruit, excitavit. Evolat per ora vulgi Dux proditor, & facili credulitate paventium effusus calamitatis rumor prout pergit augetur. Quid dico de paupere? Non negabo, Judices, quod locutus est, quod divitis proditionem damnavit, quod jam percitum, & furentem populum novo execrationum impulsu succendit. Non tunc, her-

14 Vulg. C non habent *hic*, admittendum est verbum *hoc*, ut fiat sensus: Civitas fecit hoc de meis liberis, quod hic de me feciſſet. 15 Repositi *loco* ex V. C. 16 Ideoque de hostibus vindicaturus. 17 Mihi jam causam dederatis, ut vere essem proditor. 18 Dum revertebar a bello, putabam jam me esse, intellecta innocentia mea, per ipsam Rempublicam vindicatum. 19 Dum promitto omnibus salutem, ac reditum ad visendos Filios suos.

Digitized by Google

ANTILOGIA. hercule sentiebam, non mei juris mens erat; inimicitia illud, ut dicit, an pietas fuerit, incæptam sane famam protuli, accusavi (dicam libere) inimice egi. Sed vobis jam pateat, Judices, conscientia mea, judicate, primus ne rumorem effuderim, livore ne calumniatus sim, si inimicus, cujus supplicio studuerim, plecti non poterat neque convictus? Vultis me accusasse divitem proditionis, quem sciam tunc potius prodituram cum revocetur ad judicium? inimicus numquam publice calumniatur, quia ipsi vix creditur & verum dicenti. Quid egerit tanto rumore percita civitas, tanto metu sollicita, in tantum scelus exardens, vos scitis, & (me miserum) rursum videbitur si creditis inimico. Ruit cæca multitudo, & circumfusa liberis invisa membra divellit; quilibet gaudet ministrasse vindictæ. Testor immortalia numina, numquam tantum invidia valeat, non tanti contumelia pendatur, ut tam sæva quæratur ultio. Sed necesse profecto est, vix senserit dives dolorem, qui parem renovat immanitatem, & novæ gaudet interesse vindictæ lacerationis. Ergo ne juvat animos novo tyrannidis terrere spectaculo, & gestientem victoriis, triumphisque civitatem innocentium cruore civium incæstare? Ruite cives in sceleratum pectus, lacerate inimicum, divellite calumniatorem. Quid jam filii mei meruerunt supplicii, si calumniatus est solus Pater? Rem pessimi exempli paterer etiam si meruissem. Laudo, Judices, quod non pro- DECLAMAT. ultionis meæ solatium perdidi, quod pauperi vos potius debueratis irasci.

* Quoniam [20] igitur adhuc cum paupere legibus, ac jure consisto, liberos ejus in supplicium patris peto. Quid satis imprecer homini, qui fecit, ut quisquam deberet sic vindicari? Calumniator, inquit, idem patiatur. Permittunt mihi, Judices, calamitates meæ queri de hac lege, tanquam parum nobis in ultione prospexerit: contra nos inventus est vindictæ modus, quo non debeamus esse contenti. Quisquam ne mortalium [21] idem vocat facinus & pœnam? Tantum ne doloris venire [22] de suppliciis, quantum de [23] calamitatibus putat? Nescit profecto, nescit quantam [24] patientiam pater mœrori, quantum animo membrisque rigoris inducat, quod patiaris, agnoscere. Innocentia opus est, ut miserum faciat [25] dolor. Constet licet utrinque mortium numerus, totidem nobis ultio cadavera assignet, plus tamen est de [26] innocentibus. Et quicquid patiuntur deprehensi, licet solatio idem sit, æquitate minus est. Ut idem sit supplicium nocentis & facinus, una ratione efficias, ut illud ferre non possit. Frustra æstimatis quam crudele, quam sævum sit quod petimus, in quantum excesserit usitata genera pœnarum. ** Explicata est, Judices, explicata legis invidia, cum quis quod patitur & fecit. Quid quod hoc solum est pœnæ genus, in quo non debeat nocens nisi de se queri, & tanto minus debeat esse miserabilis, quanto major est quod pati-

* Incipit confirmatio, & primum argum. quod probat non Pauperem, sed Filios supplicio tradendos, est ex Lege, qua tamen Pauper non probari occidendos Filios contendit. Resp. autem 1. quod par supplicium facinori non satisfit; 2. Quia licet etiam sit par pro vindicta supplicium, tamen minor semper vindicta est, quia Filii Divitis fuere innocentes; 3. quod supplicium pro vindicta innocentis tale esse debet, ut illud nocens ferre non possit; quare Filiorum debet esse supplicium, non Patris?

20 V. C. habent *quoniam*, ego de lectione veteri nihil immuto. 21 Ita ut facinoris per injuriam illati fiat ex sola ejus pœna, qui fecit, compensatio. 22 In castigato. 23 In eo qui vindicandus est.

24 V. C. habent *patientiam Pater*, corrupte ut puto, neque adeo eleganter ut vetus lectio.

25 Intellige dolorem ex suppliciis, non, exempli gratia, ex casibus, aut suis etiam scelestis, qua de re pluribus Juvenalis. 26 Quales Filii mei (ut ego quoque) fuere.

** Secundum argum. ex ipso jure in se confideratо, & sine Legis scriptæ auctoritate, quid enim

DECLAMATIO. patitur invidia? Quid æquius excogitari, quid justius potest? [27] Grassatus aliquis est ferro, præbeat & ipse cervices. Miscuit noxium virus, refundatur in suum facinus autorem. Oculos rapuit, effodit, reddat de sua cæcitate solatium. In nullo mortalium perferre possum sceleris sui impatientiam. Brevissima est justitia vindictæ, cum facinus mensura pœnæ est. Et si naturam ultionis inspicias, optime vindicatur quisque quo modo miser est. * Fidem vestram, judices, ne ideo tantum putetis justum, quod exigit reus, quia ego recuso. Non ferretis me pauperis mortem petentem, si liberos suos obtulisset. Ex omnibus tamen quicunque incognita, inaudita passi sunt, nullos hac lege magis vindicandos puto, quam quorum liberos aliquis occidit. Quid mihi pro hoc redditis, leges? ubi respiro? ubi claudo gemitus? [28] unde fumo solatium? Bene, bene admones dolor, illos, illos liceat invadere, qui nunc magis amantur, quos orbitas nostra commendat. Sic quoque circumscribimur, nisi totidem sunt, nisi illis par est, ac similis ætas, & ante omnia optimus pater. Deceperas me, fortuna, deceperas, si mihi tam grande fecisset facinus homo, qui liberos non

ANTILOGIA. projecit dives arma, non stationem, vallumque deseruit, sed tota orbitate in bella reversus hostes repulit, & filiorum carnifices liberavit. Sed intelligere profecto, & supra calamitates meas ferre nescio, cujus naturæ sit dives, qua mente egerit, ut qui tantum præbuit adversis animum, & multitudini nocenti pepercit, in privatam adeo invidiam, furorem, & crudelitatem exardeat. Sed alia fortasse fuere inimici consilia, & sceleratam mentem civitatis rumor deduxit. Quantam compararat gloriam post exactos hostes, salvam patriam, & datam civibus veniam, si etiam pepercisset inimico! Sed quoniam dives auctoritate legis abutitur, & toto nisu filios meos in mortis meritum transferre conatur, attendite sanctissimi Viri, quam truci, infirma tamen inimicus ratione contendat. Æquum est, inquit, ut nocens idem patiatur quod intulit. Feretisne rogo quemquam, qui judiciis vestris vim inferat, adversatusque clementiæ tyrannorum exigat de sanctissimo Tribunali sententiam? Ergo quis æquitatem expellit, quam hactenus majores nostri innoxia, divinaque mente obscura legis verba, & sævam nimis speciem imperii, in blandioris justitiæ voluntatem reduxerunt? Quid de clementia dicam, cujus non capiunt merita humanæ laudes? Fallitur, judices, quisquis eam mentem esse legis existimat, quæ sola imagine verborum refertur, objicitur. Calumniator idem patiatur quod reus. Ego sane putaverim, sapientissimos majores nostros, qui civitates legibus imbuerunt, graviorem ideo adfixisse institutis speciem severitatis, quod in lenitatem quoniam natura propendit, de nimio rigore paulo revocata lex æquum supplicii modum præcipiat. Ita scilicet provisum est semper, ut gravior legis terror esset quam dolor, & plus homines ex ipsa lege, quam immanitate legis deterrerentur. Calumniator idem patiatur quod reus. Mereantur igitur filii mei lacerari, quod & filios divitis

justus, quam ut sit facinori pœna? cum Pauper igitur in causa fuerit, ut Filii Divitis occiderentur, justum est, ut & suos morti traditos videat.

27 De genere pœnarum, quæ a Legislatoribus constituta sunt, vide plura apud Plut. præcipue in Lycurgo, & Solone.

* Tertium arg. quia numquam majorem vim habet hæc Lex, quam in similibus casibus, cum cujuspiam liberi ab alio perempti sunt per injuriam, quid enim majus abripi potuit, quid blandius, quid gratius?

28 Cum hoc mihi solum præstent liberi.

Digitized by Google

ANTI-LOGIA. tis civitas laceraverit. Quis petit ut illa, Judices, utantur sævitia contra innocentes, qua effræne vulgus, & irata civitas in liberos suspecti Ducis effusa est? Quis audet concitatæ multitudinis cæcitatem ac furorem, judicantium comparare consiliis? Quid paremus invidiam legi, si trucius ac vult ipsa puniamus, & crudelem faciamus si plus petat quam scelus? Sentio quanto livore me petas crudelissime, quantum agas veterem inimicum. In vindicta illud maxime necesse est, ut sit brevissima mensura facinoris. Scio quid non inhumanæ ultioni sufficiat. Satis vindicaris si quoquomodo condemnor. Sed adjicit inimicus nullos hac lege magis vindicandos, quam eos quorum liberi occisi sunt. Quid dicitis leges? Adeone peremptis filiis justitia potior vindictæ est? Sed mei trucidandi sunt. Ergo per Deos immortales si qua pietas est, vindicentur liberius morituri parvuli quam qui jam perierunt. Sæve, crudelis, tu legem adducis, quæ occisorum liberorum Patri favet, & ex eadem parvulos postulas rursus occidi? Æquone animo feretis, Judices, novum facinus admitti, cujus sedetis ultores? Circumscribat me jam dives, & tota oppugnet auctoritate defensionis, non occidentur Liberi mei si patrocinia valebunt pro filiis occisis. Adde quod ad supplicium nocentis nihil interest, liberosne, an Patrem occiderit. Non habeat ultio per leges quantum dolor postulat, atque impatientia, neque capiat justitia modum de precibus lachrymarum. Nomina sunt hæc pietatis, non juris; neque enim quæritur quantum Pater doleat de morte Filiorum, verum an calumniator sit innocentis pœna plectendus. Si valet nominum non haberet. *Quid quod ex omnium scelerum comparatione nihil est detestabilius hominibus, qui [29] leges ipsas faciunt nocentes? Vestro mehercule nomine calumniantibus debetis irasci, quorum nefas non potest nisi per [30] judicium facinus imponere. Actum est de rebus humanis, si de criminibus nostris tantundem mendaciis licet: nec ullus innocens hucusque felix est, ut diligentiæ fingentium par sit. Quemquam ne mortalium in re quam finxerit, quam composuerit, invenire aliquid, quod potest probationem vocare, & facinus explicare facilitate verborum? Magis oderis mendacium, cum simile vero est. Quoties manifestum est aliquem perisse sine causa, calumniantibus irasci debeas, ut possis illis ignoscere, qui crediderunt. Adjicite huic execrationi, quod calumniatus [31] est in bello, quod de proditione, [32] quod de duce, [33] quod hæc omnia fecit inimicus. Non est quod se publico tueatur errore, nec in excusationem afferat, tanquam crediderit & ipse fingentibus. Nemo sic decipitur, ut de inimico suo mentiatur. ** Rumor, inquit,

DECLAMATIO.

minum

* Quartum arg. quia nulli detestabiliores sunt homines, quam qui faciunt Leges nocentes, ut fecerat jam pauper, solo mendacio efficiens, ut valeret Lex, quæ jubet proditorem morte occidi; probat autem suum illud anteced. 1. quia actum est de rebus humanis, si credatur mendaciis, &c. 2. quia calumniatus est in bello de proditione, de Duce &c.

29 Qui ad nocendum scilicet Legibus utuntur; ipsasque noxias efficiunt. 30 Sententiam scilicet injustam, & facinorosam, non quidem respectu Judicum, qui ad ipsam ex calumnia ducuntur, sed in se ipsa. 31 Cujus tempore vitandi sunt in Civitate tumultus. 32 Qua nihil magis indecorum est, & contra dignitatem hominis. 33 Utpote nominis sancti.

** Hic fit confutatio, & 1. se tuetur Pauper, quod ortus fuerit rumor Rempublicam a Divite prodi. Resp. Dives a nullo rumorem hunc diffusum, quam ab ipso Paupere, cujus vi major probatio est, quod si incertus est auctor, non ita facile consentiunt, sed cum tota Civitas Divitem credidit proditorem, ipse Pauper fuit, qui Civitatem calumniis Divitis implevit; 2. quia magna fuit accusandi materia, cum Dux belli accusaretur; 3. quod si incertus sit auctor rumoris, Pauper tamen accusationibus calumniatus est, & quidem primus; 4. quis credidit, quod genus calumniæ est, in rumore veritatis incertæ.

Digitized by Google

DECLAMATIO. quit, 34 fuit te prodidiſſe. Bene admones. Huno primum calumniæ tuæ objicio rumorem. Quis enim, Judices, neſciat hanc famæ eſſe naturam, ut ſit primo unius hominis audacia? De nulla re locutus eſt continuo populus, nec quicquam adeo ſubito ſtatimque notum eſt, ut in illo pariter omnium ſermo conſentiat. 35 Quam non poſſit movere civitatem, quem non replere populum, ſi quod omnibus nobis narres, in nullo non cœtu loquaris, & de re quam tum maxime fingas, jam dicas eſſe rumorem? Quanta tibi deinde mentiendi materia de periculorum noſtrorum occaſione ſuccurrit? Nihil eſt tam capax malignitatum ſermonumque, quam bellum. Quid intereſt unde ſumpſerit rumor ortum? Quod negari non poteſt, tu concionaris, accuſas, tu crimen de fabula facis. In rumore, cujus probationes, cujus argumenta non habes, calumniæ genus eſt primum credere. * Sed, inquit, mori debeo, quia lex, qua te accuſavi, 36 hoc proditorem pati jubet. Poteram

ANTILOGIA. minum meritum, abunde vindicaris, ſi me rapies parvulis meis, ſi tenellis pignoribus Patrem rapies, & inopinæ mortis pavorem, qua rurſus ulciſcatur immanitas, impones. Quid? Quod etiam ſi dives juſtam habeat cauſam, majus ego tamen doloris, ac pœnæ patiar, ſi vindicatur inimicus ex voto? Creditis, nihil gravius accidere calamitatis meæ querelis, quod violenti, ac trucis inimici juſſu cædes pignoribus noſtris immineat? Nemo ſe mihi jam comparet in fato lacerationis. Quantum inimico ſolatii eſt, pauperem non miniſtraſſe ſupplicio, patratam non inviſis manibus cædem, & ſcelus non ex unius mente, ſed totius concitatæ civitatis furore perfectum? Liberos tuos voluntati civium veluti ſacrata capita, & publicæ ſalutis piacula tradidiſti; & tibi poteris in ſolatium mentiri. Me miſerum, cujus libidini, ſuperbiæ, invidiæ immolandi ſunt mei; quis compenſabit, quod non utilitati publicæ, ſed unius crudelitati abſumentur? Sed fortaſſe minus tibi contigiſſe credis quod percuſſores ignoras? Tu mihi interim ſemper eris crudelis, immanis, tyrannus, dives. Torqueberis tacito animi nocentis flagello, & conſcia præcordia ſceleris occulto ſupplicio mens carnifex everberabit. Prope jam eſt ut exclamem, Juvenes meos lacerate. Juvate, Numina, innocentis patientiam. Perfruar dives, perfruar conſcientiæ tuæ. Primum, inquit, calumniæ tuæ objicio rumorem. Quis neſcit, Judices, quod in re, in qua incertus eſt auctor, calumniarum cauſam pauperi dives objiciet? Sed immenſam ſceleribus aperitis audaciam, ſi huic conjecturæ favetis, & ſumme creſcit livor, ac ſuperbia majorum, ſi tam facile minoribus nocere poſſunt. Taceo quod nullus inimici conſcientia calumniabitur coram tota civitate, quod ſibi nullius fidem polliceri poteſt, cujus ſemper verba ſuſpecta ſunt ſi non conſentiant cum aliis. Vultis libere dicam? Nemo

34 Strepitus populi, inſuſſuratio, aliquid incerto auctore referens, vocatur rumor, de quo Oratores ut ſpecie argumentationis extrinſecæ loquuntur; vide Tullium, Quintilianum, & Cæl. Rhod. qui vocat ipſum ſubroſtraneum. 35 V. C. habent *quem non poſſit movere Civitate*, ſed non tam facile ſententiam erues hujus lectionis.

* Secundum Pauperis argum. quia Lex jubet calumniatorem idem pati ac proditorem; jubet vero proditorem occidi, e. g. ergo & calumniatorem. Reſp. 1. Lege calumniatorem caſtigari ſupplicio quod contigit accuſato, non quod contingere debuiſſet; 2. vere Pauperem voluiſſe, ut Filii Divitis occiderentur, quia ipſum accuſavit abſentem, qui ſcilicet non poſſet puniri; 3. quia numquam probabit Pauper illud eſſe facinus Reip. quæ non minus ac Pater illud paſſa eſt; 4. quia quidquid fecit Civitas, fecit inſtigante, & populum movente Paupere; & cujus quidem verbis non modo illud feciſſet, ſed pejora alia ſcelera. 36 Mortem.

Digitized by Google

ANTILOGIA. mo in tanto urbis totius, singulorumque discrimine rumores vanos effundere voluit. Quisquis ille auctor fuit numquam certe fuit calumniator. Quo nunc me vertam homo suspectæ fidei, cui non licet proclamare, primus in concionem non prosilui? Necesse est, ut partes meas sumat civitas, cujus causa modo filios sum perditurus. Non quæsivi fateor primum rumoris ortum, neque cum de salute Patriæ decernebatur, diligentiæ cunctationem adhibui. In tanto discrimine facile solliciti credunt quodcumque adversi: numquam nocuit nimis timuisse. Tunc, fateor, me furor rapuit, proclamavi excitatæ multitudini, divitem renunciari proditorem, defendendam, ac vindicandam Republicam. O numquam justius factum, o numquam sanctiorem accusationem! Objicite jam quod calumniabar, quis incusabit quod pro salute Patriæ loquebar? Itane ingrata sit civitas, ut plus valeat quod contra civem, quam quod pro patria effectum est? Merebar nunc etiam calumniator absolvi, quod imputare possum civitati; merebar quod illum credere potui inimicum patriæ quam regat, cujus vires & opes possideat, qui inimicus est miserrimo pauperi. Negat mihi concedendam esse mortem, quam postulo, quia non liceat nocentibus eligere sibi supplicium. Hanc tu igitur pœnæ electionem appellas, quæ, ut sis vindicandus, sane tamen superat omnis contumeliæ paritatem. Tibi ne levior videtur compensatio, & minor facto, si cæditur infelix pauper in vota hominis immanissimi? Referri crudelis indulgentiæ tuæ contendis, si mihi mori datur pro filiis? Sit sane hæc mea electio supplicii, non habet tamen electionis illud solatium, qui non potest eligere minus, quam mortem. Miror quod non pudeat hominem nostrum mortis votum accusare, qui ex aviditate sævitiæ suæ supplicii genus inferre contendit. Sibi ne dives superbia suæ fortunæ ignoscit, & quod mihi negatur licebit potentiori? Verum quam justiora sunt vota supplicium petentis quam irrogantis? Quod vero dives ait, non esse pœnam quæ ultro petitur, sentio, nondum sufficisse crudelissimo homini adversari miseriis meis, nisi etiam illudat. Quidquam ne fortiter patiatur homo, qui trepidavit hactenus, & tam sævæ sortis eventum exhorruit; aut compositum efferat ad superbam constantiam animum, qui semper expavit, ex quo tuus esse cæpit inimi-

DECLAMATIO. ram quidem breviter respondere, legem, quæ calumniatorem idem pati jubet, ejus pœnam exigere quod fecisset, non quod facere voluisset. Fingamus enim non hoc pauperem captasse quod accidit, cui debet imputari exitus, qui de calumniæ tuæ fluxit errore? Vultis scire, Judices, aliud quæsitum, quam quod lex, quæ mori jubet? Accusavit me eo tempore, quo non poteram damnatus occidi. Dic nunc, non ego effeci, ut occiderentur liberi tui, & aude civitatis illud vocare facinus. Non tamen ullis efficies artibus, ut non potius miserear reip. meæ, non minus & illa facinus est passa quam pater. Coacta est liberos Imperatoris vincentis occidere. Fallitur, Judices, quisquis ullum facinus in rebus humanis publicum putat. Persuadentium vires sunt, quicquid civitas facit, & quodcunque facit populus, secundum quod exasperatur, irascitur. Sic corpora nostra motum nisi de mente non sumunt, & otiosa sunt membra, donec illis animus utatur. [37] Nihil est facilius, quam in quemlibet affectum movere populum.

37 Nota est inconstantia vulgi, quod quamcumque trahitur in partem, & vi verborum rapitur.

Digitized by Google

DECLAMATIO. lum. Nulli, cum coimus, sua cogitatio, sua mens, aut ulla ratio præsto est: nec habet ulla turbà prudentiam singulorum, sive quod minus publicos capimus affectus, sive negligentior est qui se non putat solum debere rationem: & multi fiducia facimus omnium. Quam non possit Remp. turbare, confundere, si quis repente proclamet, Prodidit vos Imperator vester, [38] addixit: & nunc ille liberos habet? Si mehercule post hanc, inimice, vocem templa monstrasses, sacrilegum continuo flagrasset incendium: si convelli simulacra voluisses, fecisset omne de numinibus suis facinus audacia. Vis scire tuum esse quicquid civitas fecit? Gloriareris illo, si prodidissem. * Non est, Judices, quod vos a gravitate justitiæ dolor ultionis abducat, quod mortem suam inimicus offert. Non petit illud, nisi quisquis ipse non debet occidi. Sepositâ igitur paulisper lege mei doloris, hoc tantum ab affectibus vestris omnium mortalium nomine peto, ne cui nocenti pœnæ præsetur arbitrium. Infinitam, Judices, scelecurrat invite. Volo nunc inspicere, quanto certioribus argumentis causæ nostræ justitia pateat, & quoniam Dives legis auctoritate contendit, patrocinium statim de sensu sacri Juris arripio. Quando enim Lex dicit, calumniator idem patiatur quod reus, non utique illud intendit, ut eodem prorsus supplicio crucietur, quod passus sit accusatus, sed eo profecto, quod pati meruerit. Quis enim contendat, ut idem velint sapientissimi Judices, quod insania furentium, aut quis sibi persuadet, ita Leges jubere, ut concitata multitudo ignara facti, & cæci furoris effecerit? Homo sanus hanc imponet necessitatem, ut quoniam crudelius, quam par est, egit civitas, severis pariter, atque immanibus judiciis justitia procedat. Sed si bene novi divitis verba, aut non attendit, aut consulto singulis non immoratus est Legis verbis. Lex enim ait, quod calumniator idem patiatur, quod reus si convictus sit. Rogo nunc Judices, quid passus esset dives proditionis convictus? Non sufferisset sane paterno luendo sceleri pœna Filiorum, quod ad supplicii modum

ANTILOGIA. inimicus. Putasne, tam atrecto vultu supremis occurri, quam tu gestis inferre Pauperibus? Circumspice hanc maciem, hos liventes artus, & infirmum corpus, quæ terror Divitis, & de Filiis dolor, ac sollicitudo lassavit. Circumspice hominem, cujus calamitates toto nisu insequaris, cui te implacabilem geras inimicum, pro quo diebus, ac noctibus agitaris. Quidquam ne audebit contra terribilia mortis, qui par non est ferendo homini? Ecce pallorem, ecce gemitus, & querelas quas exigis; & liberos si relinquo, si servo, quam infelix exitus, plenusque tristitiæ! Hoc unum est, pro quo ad supplicium non prosilio, pro quo cunctor, pro quo si trahitis ultro non sequor. Miserum me, liberos meos nunc servo, at relinquo fortasse carnifici, ut teneris artubus avidissimæ fauces numquam expletæ satis satientur! Juvat ne ad hasce tristes pariter conditiones eventus ancipitis redactum libenter occumbere? Moriar, Juvenes innocentissimi, moriar si fas erit; sed necesse pietati est, ut promptiora membra non offerat, ut vicariæ morti oc-

[38] Hostibus, in servitutem redegit.

* Tertium Pauperis argum. patheticum, quod offerat inimicus. Resp. 1. magnam rei relinqui audaciam, si liceat ipsis eligere mortem; 2. non esse pœnam subire optatam mortem, sed solatium, & indulgentem esse quisquis permittit; dolorem esse non relinquere liberos salvos, sed videre mortuos, quæ sane pœna Pauperi danda est, quam quidem ne subeat, restatus ei omnem Divus operam navaturum, quamlibet ab ipso mortem removens, etiam voluntariam, si quam meditaretur.

ANTILOGIA. modum non contigisset. Jam ergo calumniatus sit Pauper. Severius ne plecti poterat Dives, quam capite, quoniam non jussisset jam civitas lacerari Filios Patris convicti? Quid nostri igitur Liberi ad laceratiónem petuntur, si neque Dives severius puniendus tantum doloris passus esset? Adde quod illum numquam Lex tuetur, qui ipsam Legem facit nocentem. Vestro mehercule nomine inimico meo debebatis irasci, qui vobis ex auctoritate juris facinoris necessitatem imponit. Creditis hanc fuisse institutoris mentem, ut in rependenda pœna ne immanitatis quidem sceleribus abstineremus? Volo quidem calumniatorem idem pati quod reum, si fuerit illud pœna falso damnati. Sed si nullum judicium fuit, nulla sententia, sed ex furore tota civitas sæviit, quis exigit calumniatorem ea pœna affici per Judices, quam per eosdem neque pati poterat accusatus? Scire vultis quam atrox, quam immodica, quam non exigenda hæc sit pœna? Graviorem neque dives inimicus invenit. Merito hanc legem oderatis si tantum juberet. Ego vero tum maxime de

DECLAMATIO. sceleribus aperitis audaciam, si pœnam licet eligere condemnato: nec jam ullam mortalium innocentiam trepidatione contineas, si patitur deprehensus quisque quod ipse maluit. Levat omnes cruciatus, omnem dolorem, præparata mentem composuisse patientia. Fallitur quisquis humana tormenta sola nominum atrocitate metitur: nulla pœna est, nisi invito. Non habemus ullum, nisi ab impatientia dolorem, & ut aliquid crudele, sævum sit, metus facit. Supplicium quisquam vocat ad quod prosilitur, quod exposcitur, [39] quod circa se non habet moras? Illo, per fidem, illo trahite damnatos, quo non sequantur. Tunc est pœna, cum periturus trepidat, hæret, cum [40] restringit supremo vincula conatu. Volo perituri prius videre pallorem, audire gemitus, volo [41] circunspiciat, volo queratur. Fidem vestram, Judices, ne nocentibus supplicii sui contingat electio. Minus iniquum est ut evadat nocens pœnam, quam ut contemnat. Mortem vero damnatis quisquis præstat, indulget, nec

legis hujus voluntate mitius sentiendum reor, cum de hominis discrimine agitur. Actum est de genere humano si facinus mensura sit pœnæ. Si me largiori favor Numinum natorum copia stipasset, & sacros lares matertarum viscerum ubertate magis recreasset, tota ne innocens parvulorum multitudo impietatibus inimici mei sacraretur, frequentiæ funerum adstante Patre? Sed pudeat tam iniquam agere comparationem. Nimis est quod ipse vicariis satis occurro, vindicandi erunt filii, si cædar talis calumniator ad ultionem, quam non exegisset inhumanus homo, sed Dux victor, & innocens satis esse debebat ipsa infamia calumniatoris. Augeo, Judices, legis auctoritatem, quæ innocenti Pauperi semper faveat, dum ostendo, non ideo nobis datas esse leges, ut publici juris patrocinio privatæ ultionis foveamus invidiam, & sint nobis velut in odii nostri ministerium. Fidem vestram, Judices, non est cur se dives non inimicum effingat, proclamet, neque enim inimicus potest crudelius agere. Quis est, qui miserum, senemque Pauperem omnibus infestissimi pectoris conatibus insequatur, dilaceret, conterat, nisi superbus, & numquam perculsæ satis paupertati infestissimus dives? Quis est, qui devoto homini

39 Quod dum subiturus est, castigandus non moritur. 40 Quam tota in hoc verbo Hæret sententia. 41 Fortasse ut exoratores adsint.

Digitized by Google

DECLAMATIO. nec sunt [42] alia beneficia pœnarum. Fallitur quisquis illam velut omnium suppliciorum summam putat. Occidi non est pœna, sed exitus. [43] Neque enim habet impatientiam aut dolorem, quod possis aspicere quasi fatum. Quid si liberos relinquas, imo si serves, quam felix exitus est, plenusque lætitiæ? Lucrifacit mortis atrocitatem, quisquis [44] laudatus occiditur. Me, inquit, occidite. [45] Non habet liberos, inimice, non habet, quisquis hoc te velle miratur. Sæve, crudelis, ego tibi permittam mori? At quid jam mihi melius optem? Vides quantum feceris nefas? [46] Idem pro liberis meis offerre non potui. Tu vero parvulos tuos tene, ut in isto potius moriantur amplexu. Tu nunc quoque non evades, non effugies. Quacunque te duxerit orbitas, sequar: effundam, si quod paraveris venenum, subtraham omne ferrum, incidam quoscunque strinxeris nexus, ab omni revocabo præcipitio. Etiam occisis liberis tuis, non idem pa- ANTILOGIA. mini vicariæ mortis pro liberis facultatem neget, nisi qui abunde velit odio suo satisfieri? Quis est qui parvulorum vædes exigat, & tristi spectaculo avida lumina, & immotam seriem exhibeat, nisi cui tantus sit livor, tanta aviditas inimicitiæ, cum satiari nequeat nisi innocentium cruore, & miserum Patrem malit oculorum dolore torqueri? Quis est tandem qui nolit lachrymis, & præparato pectori ignoscere, nisi, ut dicam breviter, inimicus? Gaudet immanissimus, gaudet supra dolores nostros, & lethales angustias, gaudet impius, cui nihil poterat felicius contingere, quam ut contra me loqui, & me reum agere posset affectu inimici. Videte quam exhibeat fronte gestientis inter præcordia gaudii speciem, videte impavidam superbiam; non illud conscientiæ securitas est, verum spes blandiens vindictæ. Qui non tam sæve, inimice ageret, calamitatibus nostris licet adversarius miseraretur. Ecquis ferat igitur hoc quoque ipsis grave pondus accedere, ut subselliorum illa severa Fides indulgeat potentiori, ut inimico Diviti Leges plus valeant, ut ille votorum suorum tueatur innocentiam, qui videtur etiam post impetratam ultionem futurus avidior? Immensam sane sceleribus aperitis audaciam, si tantum nunc liceat ex momento Legis mortalium pessimo; & puto de pauperibus actum, si tantæ auctoritatis exemplum inferat Dives, & nimiæ superiorum potentis occasio adjicitur calumniarum. Illud maxime, sanctissimi Viri, observandum reor, ac judicia, quæ in exemplum abeunt, & ad futuram innocentiam faciunt privata sive indulgentia, sive invidia corrumpantur. Inimicus meus, quem fortunæ suæ magnitudo facit impavidum, & in omnia flagitia paratum, apertissimo licet inimicitiæ voto non dubitat supplicium petere calumniatoris. Quod præstare Dives debuerat affirmem? Neque justa uti causa, quia se inimicum profitebatur. Verum ne putetis, Judices, me semper in gratiam aurium inimici mei locuturum, neque mihi aliter causæ nostræ agendam quæstionem, qua Dives aviditate maturandæ ultionis nimis abutitur. Egit a me calumniatoris supplicium, veluti me certo scelere reum deprehenderit. Rogo vos, Judices, rogo te, Civitas, quis mihi facinus calumniarum

42 Quam indulgere. 43 Mors quam ipse expetieris, & quam tu respuis, quasi tuum immutabile Fatum ita decreverit, non habet dolorem, nec impatientiam. 44 Quod mortem pro Filiis subierit. 45 Si quis miratur, te mori pro Filiis, is sane non habet Filios, nescit scilicet quan cara sit Patri vita Filiorum, neque cogitat hoc quod facit pauper, Patres omnes facturos, & ipsum quoque si Filios haberet. 46 Vitam meam, ut tu offers tuam.

Digitized by Google

ANTILOGIA. rum objecit, quis me nocentem probavit, quis amicus etiam Diviti, infestusque pauperibus verba nostra, & conatus illos redarguit? Nunc plus sentio, quantum hic solus sit tam immanis, tam efferato animo, quantum inhumanitate fortunæ suæ superbiam exsuperet, & magis blandior conscientiæ meæ, quod non existit alter accusator. O nunc me vere innocentem, quod in re qua totius Civitatis læditur majestas mihi tantum objicit inimicus. Quæro cur non ortus est rumor de calumniis inimici Pauperis, sicuti de Divitis proditione? Miror quod Civitas rea lacerationis liberorum, numquam in me sceleris refudit causam, numquam me fecit rumoris auctorem. Nullus ne fuit qui saltem ut victori blandiretur accusaret? Utque dolori nostro pateat exitus, respondete per fidem, quid me ad inimici calumnias impulerit? Aut scivi, te prodidisse Rempublicam; quod vero meum facinus, si malignioribus etiam verbis, & impioribus convitiis sceleratum caput insecutus essem: Aut ignoravi, & crimen effinxi, sed, per Deos immortales, ut pœnas lueret qui numquam posset castigari? Ut inimici patieris inimice, nisi vixeris. * Nec vereor, Judices, ne putetis utriusque nostrum orbitatem simili esse ratione tractandam. Admovebuntur ecce contra lacrymas meas liberi, quos nemo noscet. Patris innocentis occisi sunt parvuli, quos nunc circa templa [47] ferretis, circa quos se celebraret vestra lætitia. Facinus est, Judices, minorem esse transactarum mortium [48] miserationem. [49] Non invenio quemadmodum liberis prodesse debeat odium patris. Perierunt etiam illi, quorum nec pater debebat occidi. Me miserum, quod sic quoque multa habiturus es, quibus ego qui vindicabor invideam. Osculaberis ante perituros, alloqueris, accipies suprema mandata, & morituram te continuo [50] promittes. Exonerabis gemitus tuos, cum eorum sepulchra numerabis. Siccabit oculos, quod meam nunc quoque respicies vacuam domum. Me miserum, pauperis tantum solatium futurum est, quod pares sumus. Quid quod in ipsa comparatione mortis non idem patientur liberi tui? occidentur uno fortassis ictu, & erit ultio manibus contenta carnificis. Parmei cædibus hilaribus, & vindicatus spectator adesem? Sed unde supplicium Divitis si proditor non rediisset, reversus fuisset fidelis? Ut filiorum Divitis laceratione satiarer. Verum hæc inimici mei vota sunt, ipsæ affert novæ immanitatis exemplum. Nosco crudelis sævi pectoris ferale consilium; plus optas accusatoris mortem, quam inimici. Sentio quantum timueris rumorem, sentio cur viceris. Necesse est conscientiæ objiciantur, & pateant quæ vulgavit rumor, de quibus inimicus Pauper locutus est. Nulla unquam innocenti est ultionis aviditas de calumniatore. Venio nunc, Judices, ad eam causæ partem,

DECLAMATIO

* Hic per motionem affectus, ad confirmandam causam suam ostendit, quod etiam si vincant, & Liberi plectantur, non Pater, adhuc tamen plus passus erit, ac Pauper; 1. quia liberi Pauperis ignoti sunt, sed Divitis essent notissimi, si viverent propter victoriam Patris; 2. quia Pauper videbit, alloquetur, osculabitur Filios antequam moriantur, quod sibi non licuit; 3. quia liberi Pauperis uno ictu fortasse occiderentur, at Divitis non occisi sed lacerati sunt; 4. quia videbit Filios mortuos, & sepeliret, quod sibi non contigit; 5. quia perdidit omnes comites pompæ suæ, & participes, quia victoria ipsa mœsta est &c.

47 Propter victoriam a me relatam. 48 Eamque in nos magis ingeri ex proximorum consideratione, unde difficilius descendamus ad condamnatoriam sententiam. 49 Hoc est, non invenit quomodo per hoc, quod maximo odio Patrem calumniatorem prosequimur, ideoque ipsum occidi patiamini, salvi fiant, neque debito dentur supplicio Liberi. 50 Fortasse intelligit, ut consoleris morientes, promittes illis, & te statim moriturum post ipsos.

Digitized by Google

DECLAMATIO. Parvulos meos occidit quicquid fuit tota civitate telorum, omnis sexus, omnis ætas, omnis infirmitas. Nihil est crudelius morte hominum, quos populus occidit: & solus hic exitus est, a quo non est nec cadaveribus salva reverentia. Hoc me nunc complorare tantum putatis, quod non sum liberis meis ante satiatus? Miser ego nec ad cadavera accessi, non in sepulchra majorum meis manibus intuli, nec licuit super ipsa corpora proclamare, [51] non feci. Qualem ego illum, patria, perdidi diem, cum duces ab explicito bello revertuntur! Non me lætæ cinxere legiones, non effusi obviam cives triumphali circa currus meos exultavere lætitia: sequebar captivos meos tristior victor, mœstus undique claudebat exercitus, occurrentium lacrymæ propinquorum & [52] erubescentis circa me populi timida solatia. O successuum quoque nostrorum misera conditio! Ergo ego [53] victoriam meam non narrabo sine fletu, nemo amicorum propinquorum, quæ plus habet pro me lachrymarum, pro Divite solatii. Hactenus, ut puto, creditum est, plus calamitatis habere, plus mereri miserationis, quod Filiis contigit inimici. Non me deterres, non me vincis comparatione orbitatis tuæ, dives; ut paria sint damna, ut idem quod reus patiatur calumniator necesse est ut non occidantur liberi mei. Admovebuntur ecce carnifici ante omnium oculos parvuli, quorum nullus supplicium exiget, nisi immanissimus. Nemo illis infestus, nemo iratus, nemo quod sciam petet, ut in publici sceleris piaculum lacerentur. Quantum doloris afferent mihi gemitus universæ civitatis, quantum torquebor infelix, quod miserabitur etiam qui non noscet, quod lachrymis favebunt omnes suspirio saltem, & unus tantum non parcet? Necesse ut incomparabilis sit angor Patris in calamitate filiorum, quam omnes sentiunt. Quid invenis in orbitate tua simile, cujus filiorum eædem salvanda Respublica, prodita civitas confecere? Alleges licet par damnum, paremque dolorem de funere, in se tamen miserabilior est cædes, cujus nullus est, nisi coactus ministrator, nullus non ingemiscens. Parumne est, quod laceratio-ni inimicus adstabit, quod scissorum artuum cruorem ebibet, quod oculos satiabit, & viscera, & tardos increpabit fortasse carnifices? Quam potior vindicta tua, cujus tibi nullus auferet partem, quam totam hauries, cujus truces visus intra crudelia præcordia solatii nuncia recipies? Cerno gestiens pectus, & exultantis sævitiæ timor latebras, cum velut tyrannus adstabis, circa quem justæ impietatis cædes, & feralia spectacula publicentur. Puta jam, me nostræ ministrasse vindictæ dum calumniabar, quantum solatii perdideram quod oculis non interfui. Adde quod tibi dulcior erit impetrata, justaque ultio, quæ ex tui tantum voto fiet, cum non populus, non civitas, sed tu auctoritate inimici filios meos scindi jubebis. Oculaberis, inquit, ante petituros, alloqueris, accipies suprema mandata. Recede jam pietas si fortis es, & constantia vales, si potius exigis adstare morientibus, & reluctantis animæ conatibus firmiori vultu interesse. Recuso, Judices, si mihi conceditur veluti feliciori conditio parvulorum cædi ministrare luminibus, & semianimes ad lacerationem componere artus, & interrogare timidos dolores, & impedita verba, & suprema mandata petere, cum miserorum lingua fatiscit, & animus, & quo

ANTILOGIA.

51 Scilicet non prodidi Rempublicam. 52 Quod immeritos Filios meos lacerasset.
53 Nostrarum victoriarum.

Digitized by Google

ANTILOGIA. & quo magis sollicita est sentit se pietas infeliciorem. Quisquam ne malit tam lacrymabili visu imbui, & secum semper tristis eventus deferre testem, & renovare in dies recordatione calamitatem? Ita contra me dives loquitur, quia filiorum mortem non vidit. Si inimicus vincit, hoc unum postulo, & parem concedo causam, ut innocentes non amplius Patri objiciantur. Nihil est tristius homine qui suos viderit morituros; & illi maximum solatium est, qui sibi non debet credere. Miserum me, quod non tantum ipse plus doloris patior, plus calamitatis, sed & filii mei torquebuntur crudelius. Quod felicius scilicet genus mortis, quam quod a furente multitudine infertur? Nullus liberorum tuorum expavit, nullus ingemuit præparata trepidatione, nullus sensit adventantem mortem, & paulisper recedentem cruciatibus animam. Occidentur liberi mei, sed interitum non statim totum sentient; pars jam mortis est quod optantur ad cædem, quod quæritur de ipsorum morte. Quantum pinquorumque coram me de bello meo loquetur? Nihil est crudelius calamitate, quam gaudia reducunt. Quoties redierit ille lætus nobis in supplicia mea dies, lugubres mihi ferte vestes, renovate servuli planctus, parate solatia propinqui. Nulli liberi impatientius desiderantur, quam qui propter patrem videntur occisi. * Sed verum, Judices, fatendum est, timeo mehercule ne par solatiis meis non sim, ne me iste quo pro liberis irascor affectus, in media ultione destituat. Sed adjuvate, miseremini propinqui, adjuvate amici, & si forte defecero, tu ultionem meam, populе, consumma. Timeo mehercule ne cum carnifex propius accesserit, subito proclamem, jam malo patrem. Sed si quis est pudor, oculi, differte lacrymas, abite gemitus, horridum, trucem debeo præparare, & miserum. Deprehendam igitur, omnium mortalium calidissime, hunc, quem simulas, quem nunc imitaris affectum: tunc sciemus quo animo pœnæ est supplicium dividere, & poplitem flectere, & cervicem extendere; sed hoc leve est si unicus ictus contingeret. O quam longe optabile est fatum, quod nihil habet inter mortis formidinem, & ipsam mortem! Non dubito quin satis liqueat dissimili ratione nobis contigisse orbitatem, si rei supplicio plectatur calumniator. Restat tamen, restat adhuc, quod in me dissimile proferam; tu quoque proditor lacerari merebaris cum filiis; mei peribunt, quorum neque Pater deberet occidi. Sed jam tempus est, ut hæc missa faciamus, & quoniam contumax in miserias, & causam nostram inimici immanitas est, clementiam, misericordiamque vestram, Judices, homo numquam miserabilior obtestetur. Quid æquius, quid justius fieri potest, quam ut si mihi falso calumniarum crimen objicitur, inimici avida fames jejuna discedat; si me creditis calumniatorem, ille totas det pœnas, cujus totum sit scelus? Quid juvat innocentium parvulorum sanguinem in piaculum non sui facinoris exposcere, & per sapientiam judicum sic in causa nostra decerni, ut inconsulta multitudo peregit? Adeone inimicorum cædibus assuetus est dives, ut recto vultu, animoque gaudeat inter cives suos immaniora sanguinis specimina repræsentari; aut

DECLAMATIO

* Claudit orationem Dives, & 1. magnam sibi captat benevolentiam, dicens, se jam de sui pectoris, atque indignationis firmitate diffidere & mereri, ne cum veniatur ad supplicium, velit parcere Filiis Pauperis; quare orat populum, ut ipse ulciscatur, deinde se incitat ad plenam ultionem; 2. versus ad Pauperem ait, omnibus cito veritatem suæ petitionis dignoscendam, si occisos Filios prosequatur, quod tamen putat minime futurum.

Digitized by Google

DECLAMATIO. mo rogaveris, ut potius ipſe morereris. Sed ſi bene novi capax omnium malorum, ſcelerumque pectus, inimice vives, & libenter, & fortiter, & 54 quaſi vindicatus.

M. FA- aut hoc objicimus victorum hoſtium adverſis gaudium, ut victores percipiant domeſtico bello diſcindi? Quod ſi poſſumus, Judices, poſteritati juvare (ſalva tamen ultione divitis) faciamus de miſera hac neceſſitate ſolatium, & peſſimum feritatis in pietatis optimum commutemus exemplar. Superſint filii mei, ſuperſint, & de Patris ſupplicio ediſcant non calumniari. Conſulamus innocentiæ noſtrorum, & hic crudelis ſaltem indulgeat, ut in pluribus potius, quam in unico tantum formido ſupplicii, & virtutum conſcientia percreſcat. Juvenes innocentiſſimi, ac miſerrimi (adhuc enim divitis opus eſt timere ſævitiam) date jam dexteras, & ſuprema oſcula vetitis poſthac oribus reddantur. Diſſimili ratione par fatum triſte, ſævum, inexorabile nobis imminet; aut ego ſuperero ſine filiis, aut vos ſine Patre. Sed jam verba lachrymarum curſus abrumpit, & pietatem meam adeo ſentio pro leviori cruciatu veſtro ſollicitam, ut non amplius Judicum fidem, clementiam imploret. Timeo ne vos deſtinem morti. Miſerum me! Vereor ne duplici gaudeat inimicus ultione; ne ſi pro vobis ego morior, ſupra veſtras exinde cædes dives, qui non agnoſcit terminos immanitatis, exultet. ANTILOGIA.

54 Putabis te vindicatum, quod ipſe vivas; cum etiam tu præter Filios mortem merearis.

IN

Digitized by Google

IN DUODECIMAM
M. FABII QUINTILIANI
DECLAMATIONEM
ANTILOGIA.

M. FABII
QUINTILIANI
DECLAMATIO
DUODECIMA.

PASTI CADAVERIS.

ARGUMENTUM.

Cum civitas fame laboraret, misit ad frumenta Legatum, præstituta die intra quam rediret. Profectus ille emit, & ad aliam civitatem tempestate delatus duplo vendidit, & duplum frumenti modum comparavit. Illo cessante corporibus suorum pasti sunt. Reversus ad præstitutam diem Reipublicæ læsæ accusatur.

PRO LEGATO CONTRA CIVES.

ANTILOGIA. QUamvis, Judices, primo statim dicendi conatu plures me tacendi, timendique causæ circumstent, dum mihi singula adversa sunt, hæc vero imprimis,

PRO CIVIBUS CONTRA LEGATUM.

DECLAMATIO. * QUamvis, Judices, innumerabiles me indignandi causæ initio statim actionis [1] strangulent, quia nec dicere universas semel possum, nec gregatim erum-

* Exponit Orator præcipuam causam indignationis ex pluribus quæ turmatim supervenîunt; quod scilicet tam nocens Legatus tam mite nunc subeat judicium, & quamcumque sortem subiturus mitiori semper ac meretur destinetur, nec publicis manibus discerpatur; 2. ait hoc profecto evenire ex eo, quia præ fame Populus tantum in frumentum intendat; quare obiter exaggerat patratum a Civibus scelus, qui cognatos suos comederunt, quorum artus adhuc æstuant intra præcordia; 3. considerat ipsum Legatum, & describit saginatum, impavidum ad calculos vocantem, veluti securus; 4. Describit pathetice raritatem Civium fame consumptorum, quod in Legati moram referendum est; 5. ut omnium animos in pœnam Legati incendat, stupet, quod ipse solus conqueratur, cum sceleris & dolor omnium sit; quod quidem scelus in ævum proferetur, & ipsi Cives tanta infamia vincent in immortalitatem dedecoris.

1 Observa lacertosum hoc verbum, quam apte, & quam perfectissima ætopeia internam etiam in-

Digitized by Google

DECLAMATIO. erumpentes differre gemitus (2 levior est enim dolor qui disponitur) primum tamen ille sibi asserit locum, qui est ex hoc judicii tempore, & tam lentæ vindictæ dilatione ortus animi mei prope dixerim furor, quod hominem tam sceleratum, ut nos quoque fecerit nocentes, legibus accersimus, quod defendi patimur, 3 quod ut puniatur, precamur, quod damnatus quoque vel morte defungetur, quam nos in illa funestissima fame, 4 dum sepeliri licuit, optavimus: vel 5 exilio, quod hic quantopere contemnat, apparet, qui tam lente in patriam revertitur. Quamquam de quo exilio 6 loquar? Quantalibet ignominia dimittite domo notatum, 7 habet quo eat, Non publicis manibus 8 exeuntem discerpsimus, non (quoniam semel consueveramus, & bona fide ferarum esse civitas cœperat) hic primus nobis ex tam tardo commeatu placuit 9 omnibus? Sic enim istum laniari, sic confici, sic consumi oportuit jure nostro. Quis credat? ego me ab hoc abstinere potui, cum & esurirem, & irascerer? Sed frumento occupati sumus, nec quicquam aliud videmus. O quanta es fames, quæ tam grandem iram vicisti! At ego etiam, si talis ultio contigisset, si me a nefario grassatore reipublicæ non lingua, sed dentibus vindicassem, nihil tamen iræ, nihil vindictæ præstiteram, 10 hoc & meis feci. Æstuant adhuc intra pectus sepulta ventribus nostris cognata viscera, & tumescere intus, atque indignari videntur, & sera pœnitentia redundant. Jam enim vacat nobis lugere, jam cibos nostros efferimus, viscera cremamus: nam cætera nobiscum sepelientur. O fames inaudita, in qua 11 levius est,

ANTILOGIA. mis, quod ipse me unus contra omnes defendam, iidemque ipsi judices futuri sint qui modo adversarii; tamen neque ita mihi penitus excidi, ut meam causam, quamcumque vos illam putetis, tueri non ausim, neque sic me desperare deset, ut conscientia innocentiæ meæ confirmatus spe quadam victoriæ non consoler. Unum doleo, una me res torquet, & fere de patrociniis abducit, quod me absolvere cives mei nequeunt, nisi se iniquos fuisse fateantur. Viget innocens in legato fides, viget in legato caritas, & civitatis infestæ querelas veluti sui numinis conscientiam patitur; quantoque de innocentia sua certus est vestram quoque si fieri possit exoptat. Quid nunc agam? Invehar in scelera vestra, nefarios cibos, violatos manes, & vos ipsos in objecti mihi flagitii patrocinium accusationibus vestris pretexam? Pudet jam facinus verbis augere, horret animus inter illos loqui, quibus pudor non est parricidii. Miserear, & supra hominis nequitiam patratum nefas fatis auctoribus referam? Ignosco jam furori, doleo vobis, Patria mea, cives mei;

dignationem loquentis significet. 2 Tunc major impetus dolori est, cum statim ac nascitur ac erumpit, emittitur, & exprimitur. 3 Non puniri scelestum nisi prius acta causa, & habita ante Judices quæstione est precari ut non puniatur ille alioquin indicta causa lacerandus. 4 Dum nondum ad humanos artus vorandos ventura erat optabamus mori, non sic vero postea, ne nobis demortuis dentibus lacerari contingeret. 5 Alii delent *quod hic quantopere contemnat apparet, qui tam lente in Patriam revertitur.* 6 Præmitte *quamquam de quo exilio* &c. 7 Ibit scilicet ad eas gentes, inter quas moratus est potius, quam succurrere Civitati. 8 De Navi. 9 Vulg. libri habent *tibus*; paulo clarius, sed bene utraque lectio. 10 Alii habent *hoc per meis feci* paulo dissimilia verba diversissimas sententias reddunt; si enim lectionem nostram explices, sit sensus: mihi licet contigisset ultio, tamen non fatisfeciſſem iræ, & vindictæ meæ, quia hoc factum esset solum in ultionem meorum, quos dentibus lacerates lacerationi Legati vindicassem, restaret vero ulterius, ut nosmetipsos vindicaremus propter famem, quam passi sumus, propter scelus quod patravimus, &c. propter Divitis mortem. Si altera accipiatur lectio, sit sensus: non possumus nos vindicare, per id quod cognatis nostris intulimus; non est ultio inferre in scelestum hominis supplicium, quod intulimus nostris. 11 In hac fame gravius fuit ita comedere, quam esurire.

Digitized by Google

ANTILOGIA. mei ; neceſſe eſt ut ſceleri parcam , quod & ego forte feciſſem . Sed jam innocentia redeat, poſtquam abiit occaſio triſtium ciborum . Quæ fames eſt , quæ frumento gaudet , & accuſat illum qui attulit, qui reverſus eſt ad diem præſtitutam ? Scio cur veſana rabie furentes ruatis. Civem me veſtrum , & veſtri partem non dignoſcitis quod in ſcelere non fui ; pudor illud, aut inſania ſit, ideo me petitis, quod innocens ſum. O me infelicem, o male ſuſceptam legationem, o pietatem ominoſam , quæ pavidum firmavit pectus, ſuaſit, impulit, ut munus tam miſerandi exitus non recuſarem ! Aquieſcite cives mei parumper, ſedate rabidos furoris æſtus, dum proclamo, dum queror, & infortuniis meis , quæ jam veſtris comparari poſſunt, illachrymor . Infelix caritas quam gaudebas, quam ſperabas ! Nihil ſane majus felicitati meæ contingere poſſe putabam , quam quod futurus eram publicæ ſalutis reſtitutor . O numquam favens fortuna incœptis , o menſura calamitatum felicitas! Ventis, dubioque mari me commiſi, eſt , quod eſurimus . Ignoſcite tamen violati manes meorum , hic vos alloquor, ignoſcite quod [12] ora temeravimus, quod ab homine deſcivimus. Non ut infelicem animam ſuſtineremus, non ut inviſum ſpiritum produceremus, fecimus: una cauſa mortem diſtulimus , quod ſi expiraſſemus, [13] idem timebamus . Et ego quidem me conſumptis excuſo , qui mihi ipſe iraſci non poſſum : at ipſe interim ſtat, ut videtis, longa via ſaginatus , & ſatur , atque abundans publico commeatu, ad mentionem ciborum noſtrorum plenum faſtidio vultum trahit, & exangues, ac pallidos ad [14] calculum vocat : [15] quaſi ego non confitear illum etiam nimium multum attuliſſe tam paucis. Rari per vias [16] interlucent , & quamvis odio everſoris noſtri evocatus e latebris ſuis populus , ſubſellia non implet . Pauci ſceleribus paſti, alienis mortibus ſalvi, [17] quod vivunt, ipſi ſibi rei , graves, ægra & tabida membra in publicum protulerunt . Hæ ſunt civitatis reliquiæ, quas videtis. Sic tabuimus , ut miſeri nec [18] vivos habeamus , nec [19] mortuos. Hic eſt populus, hæ vires , hæ ſpes, hæ opes . Niſi tandem ad vadimonium , legate , veniſſes , [20] non multorum dierum commeatum habebamus. Quo nunc tantum frumenti? quo claſſem commeatu gravem ? Multum hercule negotiatione tua actum eſt . Frumentum habeo , populum non habeo, nusquam prodeſt , nusquam opus eſt, jam licet vendas. Dum tu ſalutis publicæ nundinator proximum quemque emptorem dimittis , dum aut funera noſtra vendis , aut ſcelera : dum populo tuo fame moriente alienæ civitati legatus es factus , nos interim cibos ex malis invenimus , & fames ſe ipſa pavit, & miſeriæ noſtræ crudeles factæ ſunt . [21] Patiamur te defendi, ſi abſol-

DECLAMATIO

12 Vel veſtra ora laceravimus, & deglutivimus, vel noſtra, quæ ſanguine veſtro dum diſcindimus nihilo minus fœdata ſunt. 13 Ne ſuperſtites noſtra vorarent, ſicuti nos veſtra membra.

14 Exportati, & importati. 15 In quo caſu nihil opus vocandi ad calculos, quod fit cum dubitatur an tantum allatum ſit, pro expenſa pecunia; ait vero ſe fateri quod nimis multum attulerit, quia ſi minus attuliſſet antequam duplo venderet, & compararet duplum modum frumenti, hoc eſt multo ante tempore, non periiſſent tot Cives fame, & non paſti eſſent cadaveribus . 16 Quam ſignificans, & pulcherrime deſcribens verbum. 17 Alii legunt *quod vivunt ipſi ſibi rei graves*, &c. ſed intelligere hujus lectionis ſententiam haud in promptu eſt.

18 Non habemus vivos, quia fame perierunt. 19 Non habemus mortuos, quia ipſos voravimus.

20 Niſi veniſſes caperat jam deeſſe nobis & noſter ille commeatus, quia quotquot moriebantur homines vorabamus. 21 Emphatice; ſi poſſumus abſolvi a patrato ſcelere comedendi humanas carnes, patiemur te quoque defendi ; ſi vero abſolvi non poterimus, multo minus defendi poteris, ſi cauſa es noſtri criminis, de quo abſolvi non poſſumus.

Digitized by Google

DECLAMATIO. absolvi saltem nos possumus. Hæc nunc, Judices, ego solus queror? ad me magis pertinent? aliquid proprie passus sum? non communem dolorem accusator habeo cum judicibus? Quisquam in hac vindicta alteri cædit? non publica inopia, non totius populi mendicitas una fuit? Nisi quia funestas epulas, & nefarios invenimus cibos, non putamus famem fuisse. In omnes gentes, in omnia ventura sæcula proscripti sumus, omnes hæc prodigia narrabunt, omnes execrabuntur, nisi qui non credent. Famem ipsam infamavimus, & (quod miseris ultimum est) miserationem quoque perdidimus. Adhuc tamen una defensio fuit, quod videbamur in hæc omnia istius opera impulsi. Si hic innocens est, nostra culpa est. * Etiamne publica mala narrabo, & miseriis nostris [22] convitium faciam? Exibunt verba? subsequetur sermo? non alligabitur lingua? Plane [23] nihil non possumus. [24] Exponamus ordinem cladis nostræ, & simpliciter omnia indicentur. Decet ista nostro ore narrari. Sed novimus, & nimium meminimus, judex doceri non debet, opinor: reo [25] indicenda sunt, qui a malis publicis abfuit, qui hoc certe maximum debet patriæ suæ beneficium, quod a fame solus dimissus est. Audi itaque, audi, frumentum istud, quod lucrifeciſti, quanti nobis constet. Aliquis fortasse, Judices, miratur, etiam si hujus feralis anni fructus cessavit, quod tamen illa superior longi temporis beata fœcunditas tabuerit; & secum iste dubitat, quid sit in causa, cur civitas opulenta quondam, nihil frumenti nisi in spe habuerit. Sic fit, ubi vicinis civitatibus vendimus, & undecunque offulsit lucrum, sine respectu salus publica addicitur, in vacuam possessionem fames venit. Etiam si quid

ANTILOGIA. missi, quæsivi frumentum, duplum emi, statim revexi; at cives interim facinus admiserunt præ fame. O sævissimam tempestatem, o immanissimos ventos, ac fluctus, quorum turbinibus repulsus sum, ne ad cives reverterer innocentes! Sed quis non miretur crudelitatem meorum, qui pene consumpti; & dum suprema urgebat necessitas alimentis servati nostros reditus calumniantur; apud quos magis valeat fidei nostræ suspicio, quam in tanto discrimine adventus? Quis non putet occurrisse venienti, miserandi sceleris necessitatem pudore nunciasse, cumque suspiriis publicis nostri quoque fletus faviſſent, recluſa præcordia lachrymis sociatis laxasse? Quid objicere poterant, quam sibi ipsis longum nimis tempus præstitutum? Dicite vos cives, me velut hostem, velut proditorem excepistis; mihi objeciſtis famem, & me vestrorum ciborum feciſtis auctorem. Erumpat jam innocentiæ dolor, audeat læsa pietas; nimis est quod deliberat, dum se etiam contra civitatem totam defendit. Juvat invehi securitate conscientiæ: nocentis legati erat numquam redire, ad diem præstitutam reverti innocentis fuit.

Re-

* Incipit narratio, in qua primo Orator dubitat an sibi tantum scelus narrandum sit, an narrari poterit; 2. narrationem suscipit non quidem ad Judices, sed ad reum; 3. describit inauditam sterilitatem anni, & famem jam exortam; 4. concursum ab omnibus in curiam factum, ut consuleretur, electum Legatum, & voce impositum ut cito rediret; 5. moram Legati frumentum alio deferentis, & summam famem, propter quam animalia omnia voraverunt, frondes, radices arborum, & si quæ alia; 6 summum scelus comedendi præ fame cadavera humana, primo occulte, inde palam, & cum rixa; 7. quid Legatus egerit, quod scilicet duplo frumentum vendiderit, & duplum comparaverit sero nimis in Civitatem delatum &c. 8. singulos invocat & hortatur ad vindictam tanti sceleris, ad supplicium tanti nocentis.

22 Ipsarum seriem repetendo. 23 Omnia scelera nobis liceant, qui tantum admisimus.

24 Alii habent *exploremus*, male. 25 Alii habent *indicanda*; sed *indicenda* plus urget.

Digitized by Google

ANTILOGIA. Repetam ſterilis anni nefariam clademem, duriorem civitatis noſtræ famem, querelas civium, ſollicitas ad legatum preces? Sed hæc profecto contra vos ſunt, qui legatum, quem per dubios fluctus ire juſſiſtis, & gravi munere cibos referendi intra diem præſtitutam preſſiſtis, poſtquam fideliter rediit, & in ſuprema neceſſitate vos juvit, accuſatis, & veſtrorum puto cognatorum conditione punire velletis. Nunc vere quod munus cæperit incauta pietas ſentio, & quam immitior ſit ſeveritas exigentium, ſi reus eſt qui prorſus implevit. Verum, ut ſenſi, hactenus ſola facta eſt calamitatum veſtrarum mentio, quarum ſceleribus paratis patrocinia neceſſitatis; decet, decet, jam & noſtras, quas pro ſalute publica offendimus publicæ concioni narrari, publicis animis ingratis, crudelibus objici. Proh Marium dominos, & navigationis præſides Deos, quam ſecundo curſu patrias oras prætervectus in mitiores terras delatus ſum! O me deceptum, qui tunc hercle pietati noſtræ providentiam Numinum indulgere putabam, & Patriæ meæ calamitatibus jam cœlum miteſcere; geſtiebam miſer, quod me jam ſperabam, & ante diem reverſurum. Nunc vere profiteor, mihi uni effracto carcere profiluiſſe in vela ventos, faciliores undas ſtraviſſe pelagus, faviſſe fata; reſidui erat, ut carius quidam venderent, ad annonæ incendium ſuppreſſum eſt. Teſtor tamen conſcientiam veſtram, non ſumus queſti quandiu duplo emebamus. Non enim vulgaris illa labes frumenti fuit, qualis nec alias ab agricolis accuſari ſolet, perfidia terrarum, & ingratæ meſſis irritus labor. Nova & inaudita, & abominanda lues, quæ nihil homini reliquit præter hominem. [26] Aut aſtricta [27] citra conatum fata ſub ipſis tabuere ſulcis, aut levi rore evocata radix in pulverem incurrit, aut peruſtis torrido ſole herbis moribunda ſeges impalluit. Nullus imber ſitientis ſoli pulverem terſit, nulla ſupra arentes campos ſaltem umbra nubium pependit. [28] Calidi ſpiravere venti, maturitatem [29] præcepit æſtus, etiam ſicubi forte [30] jejunæ herbæ ſolum [31] vicerant, vanis tantum ariſtis ſpem fefellerunt, & inanes culmos triſtis agricola jactavit ventis [32] nihil relicturis. Levia queror, prata exaruerunt, & perierunt frondes, germina non exierunt, nuda terra, & rudes glebæ, & aridi frontes erant. Niſi hæc omnia inter ſcientes dicerem, poteram videri falſo queſtus de hoc anno, quo tantum frumenti vendidimus. Utinam ſaltem nobis rudem victum ſylvæ miniſtraſſent, & carpere arbuſta, concutere quercum, legere fraga licuiſſet, & quæcunque [33] primi mortales ante traditos [34] divinitus mitiores cibos contra famem objecerunt, peſtifer annus reliquiſſet. Non eram delicatus. Sed o triſtis recordatio, funeſta neceſſitas, nihil habuimus quo viveremus, præter famem. Nec tamen in totum queri de numinibus poſſumus, maria certe ſecunda experti. Si voluiſſet ſervare legatus diem, quem illi felicitas temporis dederat, potuit nobis [35] afferre. Ut primum tanti mali ſenſus in civitatem per-

DECLAMATIO

26 Cauſæ ſterilitatis, vel quod non aperta ſunt ſemina, vel quod jam natis humidum defiit, vel quod nimius Solis calor exſiccavit. 27 Antequam corticem abrumpere conarentur. 28 Ab Oriente, & Meridie, Auſter, Eurus, Siriacus. 29 Æſtus, quo alioquin maturantur ſegetes, cum diſpoſitæ ſunt, contigit antequam poſſent maturari. 30 Nulla paſtæ humiditate. 31 Vicerant ſoli ſteriliratem; aut ipſæ adhuc vividæ cætera ſoli germina ſuperaverant. 32 Quia nihil erat præter feſtucas & paleas, quas venti ſecum auferant. 33 Primi mortales fructibus vivebant, *caulibus & pomis* habet Juven. Sat. 6. cum Fœmina erat *ſæpe horrentior glandem ructante marito*, ibid. 34 A Cerere per Triptolemum, ut fabulantur Poetæ, & fuſe Claudianus de raptu Proſerpinæ. 35 Adde ex vulgatis Codicibus *frumentum bis*, &c.

Digitized by Google

DECLAMATIO. percrebuit, cum jam urgente inopia quotidie malum arctius premeret, & præsente fortuna pejor tamen esset futuri metus, apparuit nullum ex propinquo esse præsidium, cum finitimas quoque civitates incendium nostrum adussisset. Erat quidem aliquid in vicino adhuc frumenti, sed jam nemo vendebat. Ergo ut vidimus salutem publicam trans mare petendam, se in curiam quisque cogunt. Ut arma bello, ut aqua incendio inclamari publice solent: ita uno quodam consensu, non ætatibus expectatis, non honoribus, pariter retulimus, probavimus, decrevimus, [36] pedibus, manibus ivimus in sententiam [37] necessitatis, nec ordo nos [38] officiorum moratus est. Legationem multi pollicebantur, nec innocentiæ iste beneficio, vel auctoritatis, meritorumque respectu electus est: una causa nos movit, quod se cito rediturum pollicebatur. Pecuniam sine numero infudimus, frumentum sine modo mandavimus, quantum potuisset, afferret, festinaret modo. Hoc una voce supplices acclamabamus, ac ne moraremur, ne hoc quidem diu rogavimus: una tantum vox fuit, quam iste pro quodam [39] præjudicio amplexus est. Nihil agis afferendo frumentum, si post illum diem veneris. Nostris manibus legatum in navem tulimus, ac ne quid moræ esset, [40] pro sua quisque portione etiam commeatum dedimus, retinacula incidimus, & littus ingressi classem publicis manibus impulimus. Inde fugientia vela longo visu prosecuti, facilem emptionem, secundos ventos, placidum mare, non secus, ac si ipsi navigaremus, precati sumus. Quis credat hoc de tam miseris? Omnia a diis impetravimus: scilicet unum supereſt, ut pro aliena civitate vota solvenda sint. Cito pervenit, cito emit, cito rediit, quo voluit. Quid prodest expe-

ANTILOGIA. fata; ne ad sævissimos meos cives reverterer, qui tam festinata navigatione civitatis meæ conspectui præripiebar. Judicate nunc, cur tam festine, tam feliciter ex hisce littoribus actus aufugerim. Postquam emi frumenta, & per easdem vias mare, & primi cursus vestigia revehor, nostros reditus tempestas prohibet. Secundi repente cessant venti, adverso hinc inde specu turmatim, certantesque erumpunt maligni flatus, atris præreptus nubibus Cœlum tonat, micant ignes, nescio quos secant Naves fluctus, quo terrarum deferor, cui polorum objicior. Testor vero conscia Numina, proclamo mea civitas, velis nolis pietati credere, non me rabidus pelagi furor deterruit, non minæ Cœlorum, numquam minus de salute sua sollicitus legatus fuit. Unus dolor, unus angor, quod civitati meæ timebam, & allaturum me frumenta desperabam. Quid plura a legato vultis? Jam naufragium, jam certa mors imminet, frumentum tamen abjicere noluit; & prius publicæ annonæ maluit, quam sibi parcere. Ubi sunt, qui me accusant, quod obliquatis velis contra repellentes fluctus non navigaverim, non applicaverim citra, raptores non effugerim? Quis obnitatur

36 Ut fortius populi exprimat anxietatem, & consensum, utitur utraque formula, qua in Senatu in sententiam quampiam ibatur; prima fiebat manibus cum Senatores conjiciebant suffragia, scilicet tesserulas propriis verbis notatas; secunda pedibus, cum Senatores non conjecto suffragio assurgebant, & se ad illius partem, cujus sententiæ favebant conferebant; unde ex hoc quidam putarunt Senatores dictos Pedarios, cujus tamen alii aliam efficiunt etymologiam. 37 Cui non erat liberum, sed necessarium favere. 38 Officiorum solemnium, dum ibatur in sententiam alicujus, ut primo scilicet seniores, & honestiores irent &c. 39 Ex quo patrocinia sua deducit.

40 Ego sic intelligo: ne paucis in naves importantibus commeatus Legato necessarios mora fieret, omnes simul intulerunt, & naves certatim veluti onerarunt.

Digitized by Google

ANTILOGIA. tur pelago, cujus cursu devehimur; quis tempestatibus obstet, quarum turbine agimur in adversa littora? Quæ littora! Nostris tantum non pejora. Prosilit multitudo esurientium ad oras, emicat armata pubes, sed quisque satis rabie famis ad pugnam aptatur; petit, instat, urget, minatur; quid agam fractus animo, & viribus, dira fluctuum contentione demens, attonitus, ut alteram crederem tempestatem? Jam jam Naves intrat furens populus, jam destinatum patriæ meæ frumentum egerit, & nos quoque reliquit esurientes. O nimis lenes venti, o non faciles recludi fluctus, o parum irata Numina, quid non fecere rates meæ naufragium, quid insanis aquis non mersus sum cum frumento? Frumentum vendidi quod rapiebatur. Sive enim Patriæ semper intenta pietas, & vigoris reliquum, quod de tempestatis patientia supererat, anxiis suis nisibus valuere, ut ad pretium cogerent jam jam rapturos, sive illorum fames æquior esse voluit quam vestra, duplo emerunt jam sui juris frumentum. Anne creditis otiari legatum? Reseco jam expertos, & noti discriminis fluctus, frumentum quæro, duplum emo, duplum refero. Inexplicabile est, quam lætabatur tota classis, proniora vela tumescere, faciliores scindi fluctus, leviores naves pergere pietatis sensu videbantur. Jam expectare? Alia civitas prior est, & sane religiosus legatus diem expectat: nos interim coacta primo ex agris pecora diripuimus, & ne venturo saltem anno prospici posset, non reliquimus qui ararent boves. Jam [41] servis fugas imperavimus, jam procumbentes ante limina principum [42] pauperes in ipsis precibus expirant. Plorantibus liberis legatum promittimus. Jam [43] tantum sibi quisque cura est. [44] Nihil tamen horum etiam nuno in invidiam legati queror, adhuc [45] prior cursus est. Hactenus nostra mala tulimus, in reliqua legatus nos vicarios dedit. Si quicquam tibi humani sanguinis supereſt (nisi nimia saturitate alienæ fortunæ cogitatio excidit) respice patriæ casum, respice necessitatem gravissimam. Miseri te misimus, expectant pallidi, exsanguesque cives tui, & quicquid extremi spiritus adhuc supereſt, spe tui trahitur. Figura tibi exesos vultus, decrescentem populum, jam præmortuas vires: nec quicquam horum potes ignorare, si quid tibi credimus, fame laborantem [46] civitatem vidisti. Festina, [47] dum supersunt, quibus legationem renuncies. Festina, dum mori ultimum est, frumento digni sumus. Quid in nos [48] convertis etiam alienæ civitatis famem? Quatenus nobis computandum est, propter te duplum mali tulimus: tu super frumentum publicum stertis, & omnes maris circumvectus oras, littora portusque cognoscis. Tu inter duas civitates fatorum arbiter, alienæ conditor, tuæ everſor, salutem nostram peregrinis admetiris, & secunda tempestate in [49] patriam ferente, contrarios ventos exoptas. Nos per arentes effusi campos morientium herbarum radices

DECLAMATIO

41 Ne ipsi pascendi essent, cum cibi non sufficerent Dominis, & sic remotis illis protraheretur profitis. 42 Cibis plus egentes, utpote quibus tenuis esset annona & ad comparandam pecunia deesset, ad ditiores ideo confugientes. 43 Jam præ nimia inopia, & fame quisque sibi tantum consulit, & sibi cibos, quos potest comparare, servat, nullis parcitur; neque Liberorum gerit curam, aut amicorum, sed sui tantum. 44 Ita fortasse sensus: horum culpa in Legatum non referenda est, quia contigere, antequam posset Legatus cum primo frumento reverti. 45 Adhuc Legatus est in prima sua navigatione. 46 Ad quam primum frumentum detulisti. 47 Dum adhuc supersunt Cives, qui tamen paulatim exoriuntur, ita ut breviter nulli superfuturi sint, quibus renuncies &c.

48 Dum succurris ipsius inopiæ frumento in Civitatem nostram perducendo, quare inde expulsa fames ad nos convertitur. 49 Alii habent *in Patriam ferentes habens, contrarios ventos exoptans*, ex

Digitized by Google

DECLAMATIO. dices vellimus, eo quidem fortius, ut si fieri possit, in venenum incidamus, subeuntes insolitos cibos. Et sicubi forte uberius paulo pabulum contigit, de pascuis rixa est. Amaros fruticum cortices, & ramorum male arentium pallidas frondes, decerpimus, morbida quicquid fames coegit, corpus admisit. Jam passim moriuntur: pestilentiumque more pecudum subinde aliquis ex populo in ipsis pascuis procumbit. Crebrior quotidie interitus, & latior strages, & me miserum, jam [50] fames [51] definit. Quos tester deos? superosne, quos per tantum nefas fugavimus? An [52] inferos, quos nobis permiscuimus? An nostram malam conscientiam, omnia nos ante feciſſe, quæ nemo præter nos fecit? Pecora cecidimus, [53] campos evulsimus, sylvas destruximus, noviſſime nihil relictum est, præter esurientes, & mortuos. Si qua est fides, libenter hanc partem accusationis subinde differo, adeo ubi tantum nefas narrandum est, etiam exigua temporum lucra sectari libet, & necesse est reo indicare, qui a malis publicis abfuit, quam multis [55] non ad diem venerit. Ignoscite dii hominesque sceleri quidem ultimo, sed tamen quod feciſſe miserrimum est. Non habitant una pudor, & fames, & cum semel intrarit impotens domina, feras etiam, & ingentes belluas subigit. Terram morientes [56] momorderunt. Memetipsum, si nihil fuisset aliud, comediſſem. Sed confitendum est, legati beneficio non defuit. Postquam omnem patientiam vicerat [57] ignea fames, postquam spes quoque, [58] quæ miseris ultima est, omnis abierat, & frumentum toties sibi frustra promissum animus jam ne cupere quidem audebat, subiit furor, & alienatio mentis, & to-

ANTILOGIA. Jam me recreabat præteritæ calamitatis, dolorisque memoria, jam meæ felicitati blandiebar, quod supra damni modum ipsa tempestas indulsisset; & (quod maximum putabam) quod fideliter rediens meorum civium gratulationes, beneficia, affectus mihi pollicebar. O fides inanis, o male cedens sollicitudinis nostræ votum. Si frumentum ibi perdidiſſem, & pretium, si vacuis Navibus ad patriam rediiſsem, jam quilibet ignoviſset sævi fati miseratione correptus; inaudita iniquitas est accusare, quod attuli duplum ad diem præstitutam. Sed jam ultra in sævitiam vestram non invehar; quid enim factum hoc appellem, aut quibus verbis satis dicatur, quæ valebit lingua, aut quæ latera durabunt? Invicem vos ipsi repetite, aut tacito conscientiæ colloquio reputate, quomodo legatum excepistis veluti nihil retulerit, qui jure potest imputare frumenta. Sentio jam, publico sceleri quæritis velamentum; omnes admisistis facinus, & me pro omnibus nocentem trahitis, reipublicæ læsæ accusatis. Tristissima quidem passa est fata hactenus inauditis malis vexata Respublica; civibus, armentis, fructibus viduata, hinc in naturam con-

lectione nostra nihil præ hac immutandum. 50 Fames definit, quia abundantem invenimus cibi copiam, scilicet nostrorum cadavera, ut infra. 51 Alii habent *deserit*. 52 Manes inferos vocabant antiqui etiam animos suorum, quos & manes &c. 53 Metonymia, herbas, virgulta, & arbores camporum radicitus. 54 Quia in vivis ne vegetantia quidem supererant. 55 Alii delent *non*; sed hic quidem consonat sententia lectionis nostræ, Legatum religiosum, ut supra dictum, venisse ad præstitutam diem in tot rerum damnum, non hominum modo, sed & cæterorum quorumcunque animantium; altera vero lectio explicatur, quod Legatus tam multis, hoc est iis qui propter ipsum perierunt, ad diem præstitutam non venit. 56 Fortasse deglutituri præ fame. 57 Vel quod inquieta semper, semper avida, vel quod apposita omnia consumeret. 58 Ita Pacatus hunc locum fortasse imitatus in Panegyr. ad Theodosium, *Nec ullum ille consilium, illamve rationem, aut denique spem, quæ postrema homines deserit; sequebatur.*

Digitized by Google

ANTILOGIA. contumelias, inde ſcelera commiſiſtis. Quis neget? O fames ſive ſæviſſima, ſive impatiens! Quo corruit regionis decus, vicinis populis ſtupor, terrorque civitas? Labuntur muri, tecta ſqualent, cives (quod maximum eſt) innocentiam perdiderunt; nec obſtitit pomærium cladibus, qui civitatis idem camporum dolor, periit & ſpes futuræ ſegetis quod & radices voraſtis; ipſæ feræ deſunt, & trucioribus civibus relictæ ſunt ſolitudines. Tantorum igitur malorum cauſa legatus eſt? Ergo plusquam ſæviſſimi temporis nefaria labes, pluſquam trucia & ſortia flagella Numinum, unus civis nocuerit? Jam detrahitis invidiam, & ſæviſſimæ fami innocentiam conceditis, & ne legato aliquid indulgeatis in recordatione præteritæ calamitatis, veræ cauſæ memoriam negligitis. In comparatione igitur inopiæ quæ vos in ſcelera compulit, & legati qui ante diem præſtitutam non venerit, pejor erit illius cauſa qui vos juvit cum potuit, cum debuit? Quæritis quid tot, tantaque contigerint mala Reipublicæ? Interrogate vos ipſos, & conſcientiam veſtram, interrogate quodcunque ſanctius veſtris dentibus violatum eſt; mihi quem facitis ſcelerum auctorem veſtrorum maximum ſolatium eſt, & numquam ſecurior conſcientia, quam quod nocens vocor, poſtquam vos impii fuiſtis. Rogo cives, & tota ſui arbitrii fames facta eſt. Animus malis diriguerat, os inſolitis cibis ſtupebat, [59] feris invidere cœpimus. [60] Primo tamen furtim, & intra ſuas quisque latebras admiſit hoc monſtrum, & ſi paulo citius veniſſes, potuiſſet hoc negari. Si quis ex ſtrage corporum defuerat, ſepultum putabamus, nec tamen indicavit quisquam, nec deprehendit aliquis. Nemo ut hoc faceret, exemplo impulſus eſt, ſe quisque docuit, omnes ſcire cœpimus, poſtquam omnes fecimus. Quoties tamen antequam inciperem, in portum cucurri? quandiu in altum intentus, ſi quæ eſſent in conſpectus naves, oculos fatigavi? Tibi, legate, tempus differre facile eſt, qui tuam tantum partem non vendidiſti. Tu quem habeas diem videris, ego ſeptimum expectare non poſſum. Ergo rabidi ſuper cadavera incubuimus, & clauſis oculis, quaſi [61] viſus conſcientia acerbior eſſet, tota corpora morſibus conſumpſimus. Subit interim horror ex facto, & tædium, ac deteſtatio ſui, & planctus. Sed cum ab infauſtis fugimus cibis, [62] urit iterum fames, & quod modo ex ore projecimus, colligendum eſt. Nunc mihi illa fœda videntur, nunc abominanda, laceri artus, & nudata oſſa, & abrepta cute intus cavum pectus. Nunc occurrunt effuſa præcordia, & lividæ carnes, & expreſſum dentibus tabum, & [63] exhauſtæ oſſibus medullæ. [64] Quantulum enim corporis fames relinquebat? Nunc illud horreo tempus, ſi quando aut manus incidit, aut facies, aut aliquid denique, quod hominem propria nota ſignat. Nunc cibi ſuccurrunt, quos imponere in menſam non auſus ſum. Confitendum eſt enim, devoravimus homines, & quidem avide, qui diu nihil ederamus, & tamen cœpiſse difficillimum fuit. Poſtquam jus factum eſt, poſtquam nemo erat in civitate, quem confiteri puderet, tum vero jam in poſterum proſpicimus,

DECLAMATIO.

59 Quæ humanis veſcuntur carnibus. 60 Hoc quidem ab Oratore, ſicuti totum argumentum effingitur, revera ejusmodi horrenda ſcelera leguntur apud Hiſtoricos, ut in obſidione Saguntini, & Jeroſolymæ &c. 61 Quaſi mallemus ſcire, quam videre, nec nos adeo deterreret ſcelus ſi non aſpiceremus. 62 Urit fames, quam ſuperius vocavit igneam. 63 Pro oſſa exhauſta medullis.

64 *Quantulum corporis* habent alii, quaſi ad conſumptionem vorabantur cadavera; tanta erat fames.

Digitized by Google

ANTILOGIA.

cimus, & funera horreis condimus. [65] Retro aguntur exequiæ, aut citra, aut ad rogos pugna eſt. Hæres cadaver [66] cernit. Novum, & incredibile, niſi noſſemus, monſtrum habuimus, ſine rogis peſtilentiam. Mortium ratio non conſtitit. Periſſe cives ſcio tantum, quia inter viventes non video. Ægri aſſidentes timebant, & labentem animam ſupremis domeſticorum oculis reducebant. Primo tamen nihil rogabant ſuos, niſi totam ſepulturam. Ut major urgere neceſſitas cœpit, [67] beneficium factum eſt expectare dum moritur. Nemo adeo affinis fuit, nemo tam conjunctus, quem pietas abſtineret: noſtros comedimus, noſtros. Nam ſi alienos vellemus, nemo audebat, nemo cedebat. Nihil eſt tamen, quod indignari velitis, narravi vobis lucrum veſtrum. Frumentum duplo vendidimus, & callidiſſimus legatus vicinæ civitati impoſuit. Plena nunc horrea, bonæ rationes, onuſtæ naves ſunt, & quo magis gaudeamus tanto bono, [68] pauci ſumus. Nam quod ad temporis excuſationem pertinet, nihil eſt opinor, quod æſtuet. In deſertum non incidit populum, nec ſane fuit cur feſtinaret, etiam [69] nunc expectare poteramus. Sola eſt noſtra civitas, quæ fame perire non poſſit. Diſſimulaturum me putatis [70] iſtius patrocinia? Confiteor, venit ad ultimum diem, attulit frumentum, gratulemur, quod [71] jam nulla civitas fame laborat. O ſi vires ſufficerent, latera durarent, aliquid ex aridis diu faucibus reſiduæ vocis exiret, quanta indignatione opus erat, ubi pro omnibus dolendum eſt? Quod cum ita ſit, univerſi qui adſumus, proclamemus, hæc tota concio in unam vocem conſentiat, non eſſet tamen futura par crimini invidia, ut omnes accuſemus, quota pars queritur? Secum quisque reputet, quæ tulerit, quid admiſerit. Plane immanis bellua eſt, & non tantum neceſſitatis ves; nemo jam credit, quod cæperit per me fames, ſed profecto neque per me ultimo ſæviit. Si intra præſtitutum navigationi tempus mitior fuiſſet fames, & attuliſſem ante ſcelera veſtra frumentum, eadem mihi utique quæ modo eſſet cauſa, laudibus tamen, gratulationibus, honoribus conſecrarer. Non igitur ſuccenſeri modo crimini velut meo debetis, ſi ſero vobis, inopiæque veſtræ, ad diem tamen præſtitutam redierim; ſed profecto ſive ſævitiæ veſtræ inauditum modum, ſive comparatæ ſceleribus cæcitatis infelicem furorem tandem dignoſcere. Scire vultis an mihi mala ſit cauſa? Numquam ille reus eſt, qui ante ſceleris alieni pudorem non accuſaretur. Sed jam ad cauſam meam venio, neque enim, minime a me læſam Rempublicam certius conſtabit, quam ſi utique oſtendero, a me nihil actum, quod ceſſerit licet in malum, ſummam tamen non præferat imaginem caritatis. Exigitis ne a legato ſupra quam poſſit? Ecce a littoribus evolo, dubios ſeco fluctus, quæro frumenta, emo, jam jam refero. Quid amplius vultis impatientia cives? Miſerum me! Tempeſtas, repellunt venti, obnititur unda, flatibus tamen iraſcor, undis colluctor, ad eſurientem patriam tardo licet motu contentionis, citiſſima tamen anxietate conver-

ANTILOGIA.

65 Dum cadaver ad rogum defertur intereditur; & pro ipſo diripiendo pugnatur, aut ad ipſum rogum, aut ante. 66 Veluti deliberabundus, an ad funus afferatur, an vero condatur, & fami ſuæ ſervet; alii habent *cerno*. 67 Quam artificioſa Auxeſi ſemper aggravat factum illud aſſerens eo venum, ut in beneficium jam ceſſiſſet expectare ut homo moreretur, nec comedere expirantem adhuc, quod a multis præſtabatur. 68 Quare major portio contingit, ſed hoc indignatorie, & pathetice in Legatum. 69 Quia jam comparaveramus abundantiam alimentorum, & noſtrorum cadaveribus quotquot intercidebant. 70 Alii habent *veſtoris*. 71 Non noſtra quæ cadaveribus paſcitur, neque

ANTILOGIA. vertor. Verum turbo crescit, urgent impetus, adversa in littora impellor. Ite nunc, jubete stare ventos, mitescere fluctus, non adversari procellas. Tam mihi, cives, necessum fuit tempestatibus obsequi, quam vobis vestræ famis aviditatibus obedire. Dicerem calamitatis meæ ordinem, & rabidi æstus horrificam speciem mentibus vestris referrem, ut effusi undique colluctantes flatus prosiliunt, ut elati fluctus tolluntur in sydera, ut rapitur cælum nubibus, & ducentes faces nauta deperdit. Sed profecto, neque audire vos vultis quæ miserationem merentur, neque verba mea satis expriment, nec dicenda ministrat recordatio: calamitatem sensi, ordinem calamitatis non vidi; in tempestate non Cœli, non pelagi minæ, non naufragium, & jam imminens mors, Patriæ meæ fames cogitatio fuit. Jam vos reputabam ad rabiem forsan, furoremque esurientes spe legati abituram coercere animam, in littus procurrere, undis imminere, vacua maris, & cœli pertentare spatia, & sola pasci expectatione. Ast ego interim ne redirem prohibebar, comparatæ annonæ vestros ante oculos, & in portu pene naufragium faciebam; longe, lateque fatis vestris invidentibus solatio jam proximo, ut extra vos quoque nocens fieret quod vestrum esset. Dum sic illachrymor, dum acerrimo dolore pietatis pectus arctatur, & navem regunt turbines, littus quæ perierit. Id enim superest, ut jam tis causa per nefas pastus, qui quod comederit hominem, non irascitur. Succurrite dolor & feri[72] vomitus, & ultrix pœnitentia. Ades longi jejunii imperiosa necessitas, & vos intus implicitæ, si quid potestis, admovete animæ, & a ferali ventre prorumpite, dum commissum nefas devoto capite expiamus, & quasi lustrata urbe feralem victimam violatis manibus mittimus. Decent nos tales hostiæ. In judicium perduxi publicum scelus, & infamatæ civitati quæro velamentum. Nemo non commisit aliquid, habetis tamen, si vultis, unum, & pro omnibus nocentem. * Reip. læsæ accuso. Mirari vos certum habeo hanc[73] verbi segnitiem, cum civitas tota consumpta sit, cum populus in se tabuerit, quo perstricta tantummodo[74] patria, & leviter (quod ajunt) manu offensa intelligi possit. Sed ferenda est, ut in cæteris, hæc quoque rerum naturæ injuria, quod non tam immanibus factis paria verba accommodavit, & fames nostra, fames dicitur: & cibi nostri, cibi vocantur, & Resp. nunc læsa. Nec scilicet nisi peracto legitimo ordine reus punietur. Omnia, rogo, scrupulose agantur. Videte ut jure irascamur, qui contra jus viximus. Imo etiam si libet, defensionem audiamus, & jam nunc nos moretur. Neget læsam Remp. quia plus quam læsa est. Non enim discussos alicujus operis angulos, nec recisas lucorum frondes, nec publicarum ædium dispersos parietes objicimus. Ac si videbitur, adjiciet forsitan non esse Remp. hoc nomen extinctum audiamus. Procedet eousque fortasse, ut esurisse nos neget. Non inficior autem parum proprie

DECLAMATIO

externa, cujus Legatus frumentum vendidit. 72 Alii habent *vultus*, intelligibilius.

* Hic tractus meo judicio non est, nisi reflexio quædam, & consideratio argumentorum omnium, quæ & afferri possunt contra Legatum a Civibus, & quæ a Legato ipso in sui patrocinium adduci; & est quædam veluti introductio ad confirmationem. 73 Læsæ. 74 Non eadem semper fuisse læsæ Reipublicæ delicta, patet ex Tacito, qui Annalium 1. habet de Tiberio: *Legem majestatis reduxerat, cui nomen apud Veteres idem, sed alia in judicium veniebant, si quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, denique male gesta Republica majestatem Pop. Rom. minuisset*; & paulo infra *primus Augustus cognitionem de famosis Libellis specie Legis ejus tractavit*.

Digitized by Google

DECLAMATIO.

prie hoc legis verbo nefas istius [75] signari non posse. Majores enim ne lædi quidem Rempub. impune voluerunt, ideoque existimo [76] etiam hoc esse comprehensum. [77] Nemo autem [78] verebatur, ne absolvi posset crimen lege majus. Quid quod actionem Reip. læsæ tentat in legem male gestæ legationis deflectere? Eligit reus crimen, hoc est, noxius crucem optat. Non sustineo, judices, in tanto animi motu argumenta conquirere, nec impetus iræ meæ in [79] digitos descendit: hoc tamen scio, non [80] cadit in formulam publicus dolor. Nec si adeo judicibus quid passi sunt exciderit, ut has ferant cavillationes, non diluentes crimen, sed differentes, populus quoque impunitum nefas sine lapidibus præteribit. [81] Non præscribes. Te accusare male gestæ legationis possum. Age porro, si occisos objecero homines, non tu es causa mortium? Si violata sepulchra, non propter te rogos fraudavimus? Sed Legatus fuisti, [82] quod tamen ipsum quid est aliud quam Remp. tractare? Rem autem qui male agit, ut arbitror, lædit. An existimas hanc legatis dari peccandi licentiam, ut quæcunque scelera in eo officio commiserunt, cum his omnibus [83] hac una lege decidant? O nimium invidendam hujus legationis conditionem, si tibi & [84] famem remisit, & [85] legem! * Sed erraverim sane, & quia nullum in foro nostro judicium fuit, desuetudine ipsa jura exciderint, quomodo legem meam effugis? Nam nisi malis stupeo, duo sunt omnino, quæ in ejusmodi crimine quæri soleant. An læsa

ANTILOGIA.

littus en cernimus, adest patria, nos detulit ipsa tempestas in portum. Nos infelices! Civitas quidem esurientium est, sed non nostra. Quæritis quo damno tempestatem probem, quid amiserim? Homo, qui ad præstitutam diem rediit, certe & ante reverti voluit; & ille cujus in manu Reipublicæ salus erat si fideliter juvit, necesse est, & prodesse citius optarit. O nimis invidentes homini meo venti, o supra conditionem vestram sævissimæ tempestates! Qua gloria insignis incederem, si ad vos rediissem non sceleratos! Me civitas consecraret honoribus, deorum immortalium ritu fere veneraretur, Patrem ipsa patria vocaret, nihil in rerum omnium ordine me præstantius, me dilectius. Jam meo homini consultum esset, mei juris immortalitas, de me linguæ loquerentur, redderent me coloribus, & marmore Artifices, hæc jam tacite prona sollicitudo vestra promiserat, grata pietas testabatur. Levis ne est jactura gloriæ, honoris, famæ, &, quod majus est, apud vos innocentiæ? Parumne putem, quod me Civitas mea, & Civitati favens universus Orbis calumniabitur, quod, absolvar licet, ve-

75 Libenter legerim *signare nos posse*. 76 Scilicet crimen majus, quam lædere Rempublicam. 77 Quod si majores nostri ne lædi quidem Rempublicam impune voluerunt, multo magis supplicio dignos judicarunt illos, qui plusquam læsissent Rempublicam, quod si de hoc non locuti sunt, ideo est, quod omnibus liquere putarunt, non posse absolvi crimen majus, si minus damnetur; quare superfluum fuit novam inscribere Legem, si in illa jam hoc comprehensum est. 78 Alii habent *metuebatur*, quam quidem non veram puto lectionem. 79 Ad connumeranda argumenta. 80 Scilicet dolor tantus totius Civitatis non deberet vindicari solemni formula, neque illa judiciorum mora scrupulosa. 81 Non mihi præscribes crimen, cujus te accusem, nec contendas licet, & tentes, ego hanc deflectam actionem læsæ Reipublicæ in Legem male gestæ Legationis; hunc opinor esse sensum, sed divinare est. 82 Cadaveribus, quia dum succendebatur rogus in alicujus morte, sibi invicem elatum cadaver rapiebamus, ut supra in narratione. 83 Ego intelligo male gestæ Legationis, ut sit sensus falli Legatum credentem scelera in Legatione patrata hac una Lege male gestæ Legationis vindicari. 84 Quia per ipsam Legationem in Civitate non fuisti tempore famis.

85 Læsæ Reipublicæ.

* Hic cadit in confirmationem, in qua probaturus est duo, & Remp. esse læsam, & læsam ab ipso Legato.

Digitized by Google

ARGUMENTUM. vestris tamen oculis accusatus Civis obversabor, quod mihi semper erit pudor, & conscio licet suspecta mihi semper erit innocentia mea? Probate nunc ipsi vos vestris animis tempestatis veritatem, & considerate, maluerit ne tardius reverti Legatus, qui idcirco tanta perdidit, quæ nunquam poterat ex moræ suæ utilitate sperare. Citra applica, dicitis, effuge raptores. Ita plane ingruentibus ventis vadique, & cauti pavoris quæque consilia turbantibus, recte quo velis iter deflectitur; & navigantium trepidi, suspensique conatus contra potentiores impetus valent. Nec locus scilicet consultationibus patet, neque si consulueris mature exequi potes. Facile, Judices, recta consilia dat laborantibus qui securus est, & agitatæ navis errores qui procul cernit in littore cogitatione optime moderatur. Sed illa quidem supra quam humanis mentibus concipi possit tempestas fuit, momento naves, nautasque perculit, plus ac ab humano veniens immixta est nostris pectoribus perturbatio, cito abiere consilia, cito spes, quæ tamen ultima deserit infelices. Quid obliquemus vela, quid alio deflectamus? Nescio, sæviorne nobis ac possit effugi, an mitior ac quæ nos adeo læsa sit respublica, an ab eo, qui arguitur, læsa. In quibus si quid tibi fiduciæ fuisset, non a criminibus crimina appellares, nec ad alteram pœnam transfugeres, sed te ab hac, quæ intenditur, tuereris. * Dico læsam esse Rempub. Oratione hic opus est, aut reliquorum more accusatorum hoc nunc mihi quærendum, quomodo res verbis aggravetur. Adeo infirmata est calamitatum memoria, quæ si posset excidere, non tamen narranda solum nobis, sed ostendenda erat ruina publica. Agedum, si videtur, extra portas prospicite squalida arva, & spinis obsitas segetes, & semesos arborum truncos. Viduis cultore agris, errant a fame nostra [86] innocentes feræ, inanes villæ sunt, & deserta horrea in ruinam procumbunt. Nullus inversis aratro glebis campus viret, nullum solum opere renovatur. Jam & in sequentem annum famem timeo. Redite in domos vestras, videbitis [87] noxios focos, & ignes tabo cadaverum extinctos, & tecta mortibus gravia. Cum maxime inferimus in tumulos ossa insepulta, ducimus opertas exequias, & ad sepulturam residua conferuntur, tandem cadavera igni permittimus. Ubi vero universas familias fames extinxit (quæ pars maxima est) inanes domus situm ducunt, jacent relictæ sine hærede farcinæ. Invenitur tamen interim clusa domo conditus dominus, si cujus mors famem evasit, quem rimantes non invenere proximi, qui inter suos ultimus decessit. Quo vos mitto? Ipsam intuemini concionem, unius deficientis speciem tota civitas habet, [88] cavum macie caput, & conditos penitus oculos, & laxam cutem, nudos labris trementibus dentes, rigentem vultum, & destitutas genas, & inanes

DECLAMATIO.

* Probat læsam esse Rempublicam, 1. quia tot evenerunt mala Reip. & enumerat viduata, & vacuata arva non gregibus modo, sed & pascuis, & herbis, & frondibus &c. repletas domos funeribus; & paucos illos qui supersunt penitus deficientes; ita ut tota Civitas unius cadaveris imaginem præferat; 2. quia contingerunt mala Reip. omnibus graviora, captivitate, tormentis Piratarum, incendiis &c. quia in illis minus tale contigit, ac in præsenti scelere Civitatis, cujus mortuis non contigit sepultura, viventibus vero non fuit comedendi copia, nisi cadavera suorum; ex quo fit, ut jam omnes pœnitentia, & pudor vitæ subeat, &c. 3. quia Civitas jacturam fecit Civium, qui jam reparari nequeunt, sicuti cætera, quæ si tantum amisisset, non fuisset adeo læsa; 4. quia Cives suos amisit Respubl. tristiori modo, hoc est præ fame.

86 Quoniam non ea committat, quæ modo nos homines. 87 Ad quos cocti sunt humani artus. 88 Intempestiva canities advenit aliquando præ angore, & cruciatu animi ex adversis.

Digitized by Google

DECLAMATIO. nes faucium sinus. Prona est cervix, tergum ossibus [89] inæquale, infernis imaginibus simile, fœda etiam [90] cadavera. Aut si quis talis non est, confiteatur se usque ad saturitatem [91] comedisse. Sua quisque consulat misera præcordia, suum ventrem conscientia gravem. Dic nunc, Legate, innocens sum, quod ad illum diem veni. Atego propter te nocens sum, quod ad illum diem vixi. Quæ comparata nobis mala non delicatas lacrymas habent? Aliquem populum hostilis exercitus intra [92] portas cogit, solet venire ultima obsessis inopia, sed everti certe licet. Victor captivum aut occidet, aut pascet. Tormenta quidam piratarum tulerunt, [93] felices, quibus contigit innocentia. Mors certe finis est, nec sævitia ultra fata procedit. Aut etiam si quis adeo hominem exuit, ut ibi pœnam quærat, ubi sensus doloris non inveniat, nempe tamen cadavera [94] feris objiciet. Circumdati sunt quidam flammis, ipsa tamen pœna habuit sepulturam. Nos incendii cinerem perdidimus, nostra etiam ruina tabuit, nostra mala non latent, non ignis defunctos cremavit, non feræ laceraverunt, non aves attigerunt, & tamen cadavera mortibus annumerare non possumus. Citra spem convalescendi afflicti sumus, imo etiam citra votum. [95] Gravior in dies facti pœnitentia est, pudet vitæ, lucem ac sidera intueri non audeo, quotidie felices mortuos clamo, & malæ conscientiæ facibus agitatus, nihil fortunatius in æterna sede [96] utcunque compositis puto (adeo mors placet) jam etiam cibis nostris invideo. Præterita differo, ipsa ex nimia cupiditate nocet abundantia, desideratos diu cibos avide haurimus, & lassam famem saturitate strangulamus. Morimur adhuc etiam frumento tuo. Atqui cæteræ Reip. partes, quæ sunt ad usum populi comparatæ, & leviore cum damni sensu pereunt, & facile remedium accipiunt, cum reparari eo repelleret visa fuerit procella; agebamur, terrebamur, at nos interim pavidi, inertesque nesciebamus. Si aliud fieri non potest cum tempestate decide. Hoc unum mihi nunc quidem votum est, sed tunc perire non licuit. Blandi in ipsa sævitia fuere venti, turbo in supremo conatu requievit, rursus exiluit, rursus ignovit, & ut mihi singula supra naturæ ordinem tristius contingerent, mitem rabiem, crudelem sum expertus clementiam; novum feritatis modum invenit, quo me plus vexaret tempestas, postquam maxime sæviit, misera est. O Fata, quibus sive monitus sum ne redirem, sive toto ingenio pressus, ut pœnas luerem sceleratæ Civitatis, jam vobis invidiam detraho. Cives mei quærunt, cur non deciderim in tempestate, & quia frumentum ante scelera Civitatis non attuli, volunt, me reddere rationem quod vivo. Verum & accusant quod vendidi primo comparatum. Quanto mihi plus objicere debebatis, si non vendidissem, si reluctator imparatus, & audax auferri mihi voluissem ab irritata fame frumentum. Ad Civitatem esurientium appello fractus, semianimisque turbinibus, effunduntur anxii Cives in littus, naufragiis pene nostris insultant, annonam de tempestate relatam petunt;

ANTILOGIA.

89 Prominentibus ossibus, & inter utraque sinuatis cavitatibus deficiente carne, & reliquis, quibus & teguntur ossa, & sinus replentur. 90 Cadavera etiam plus fœditatis habentia, quam ex more.
91 Hoc est scelus majus, quam cæteros commisisse, quoniam plus humanæ carnis ad satietatem usque comederit. 92 Urbis obsessæ. 93 Sapientem suum Stoici felicem etiam inter summa mala asserebant. Seneca passim. 94 At nostra cadavera objecta sunt hominibus. 95 Hæc est causa illorum verborum *immo & citra votum*. 96 Sive in Elysiis sint inter felices animas, sive in Inferorum sævis carceribus, ac cruciatibus inter noxios.

Digitized by Google

ANTILOGIA. tunt; reluctor, contendunt, minantur. Rogo nunc vestrum quilibet, quid egisset? Frumentum quod defendere non poteram, quod jamjam mihi rapiebatur, ipsis prædonibus vendidi. Annonam jam perdideram si diutius servare voluissem. At vos interim clamatis: Legatus a præcepto non recedat. Aliud ne Legato præcepistis, quam ut frumentum ad diem præstitutam referret? Qui poteram a præcepto minime recedere nisi vendebam? Si frumentum partiebar, si patiebar rapi, nihil sane vobis quo respiraretis afferebam. Ergo, quod eum annona redire debui sum nocentior, quia duplum attuli ad tempus, tardius licet aviditati vestræ, quam si nihil retulissem? Jubete nunc exire ad frumenta Legatos; satis erit ad innocentiam allegare raptores. Frumentum igitur vendidi, nec fateri pudet, quod alienum beneficium est. Potuerunt utique nihil solvere, jam inanis reversus esset Legatus, & vos utique fame perissetis. Tunc si bene novi vestræ pietatis ingenia, numquam major indulgentia Civium, numquam major miseratio; aspera invicem doleretis Fata, & vestra fames solum raptoribus objiceretur. Quid modo certatim non oscu- DECLAMATIO rari possit amissum. Opera restituam, ærarium replebo, naves, arma reficiam: hic vulnus altissime penetrat, hic ipsa vitalia 97 se rumpunt, ubi populus ruit, ubi continuis funeribus omnis sexus, atque ætas semel sternitur. Exhausta est civitas, & desolatæ domus, triste florentis quondam fortunæ indicium, laxi muri. Quam multi in civitate nostra perierint, quæritis? Minima quidem 98 portio supersit, sed etiam ex hoc intelligi potest, esurienti populo satis fuerunt. Plurimum tamen interest quomodo perierint. Felix pestilentia, felix præliorum strages, denique omnis mors facilis, fames aspera vitalia hausit, præcordia carpit, animi tormentum, corporis tabes, 99 magistra peccandi, durissima necessitatum, [1] deformissima malorum. [2] Hæc ad humile opus nobiles manus mittit, [3] hæc alienis pedibus mendicantes prosternit, hæc sæpe sociorum fidem fregit, hæc venena populis publice dedit, hæc in parricidium pios egit. Adhuc tamen unum videbatur remedium non expectare mortis diem, & tabescentem quotidie spiritum supervenientibus malis subducere: nam in fame nemo quidem mortis immunis est. * At non tua culpa fames cœpit, [4] sed vulneratum jugulasti, tutubantem stravisti, fumantem incendisti. Ne quid inique faciam, divisa sunt mala. Primam famem fortunæ imputo, [5] ultimam tibi. Moram tuam itineribus [6] separo. Denique ex eo inopiam tibi objicio, ex quo propter te tuli. Itaque caritas annonæ, rarum frumentum, cædes ac direptio pecorum, fuerint fortunæ, fuerint anni, fuerint tempo-

97 Alii habent *feriuntur*. 98 Intelligo eorum, quorum cernantur cadavera. 99 Quare a Poeta vocatur *Malesuada fames*, Æneid. 6. & experientia quotidie patet hæc veritas.

1 Ita ut & ipsa vocari possit *turpis*, sicuti vocatur egestas. 2 Quare egregie Juvenal. adnotavit *Laurenti custodit in agro conductas concinnus oves*. Sic Dionysius Rex antea ac tyrannus coactus est præ inopia Pædagogum agere, ut ex Just. lib. 21. c. 5. 3 Sicuti paupertas *vidiculos homines facit*.

* Probat Famem esse Rempublicam a Legato, 1. quia famem illam secundam, ex qua perierunt, non passi sunt Cives, nisi propter Legatum, nisi postquam moratus est, quod confirmat efficacissime describendo omnium spem, & vota, & anxietatem ab ipsius Legati mora pendentia &c. quæ omnia inania fuere ex scelere Legati, qui interim sinus maris circuibat &c. 2. quia non modo moratus est, sed & frumentum illud primum vendidit, ex quo fuit miserabilior Civium calamitas, qui non perdiderunt frumentum naufragio, sed lucro &c.

4 Hoc est, Civitatem jam præ fame deficientem perire penitus coegisti. 5 Cujus vitium constitui potest ex tempore quo cœpere cadaveribus pasci. 6 Distinguo, ac considero quot tibi faciendæ essent itinera, & quot feceris.

Digitized by Google

DECLAMATIO. temporum. Aliam conditionem habent civium mortes, & cadaverum dira laceratio, & pejores inopia cibi. Hæc fames jam tua est. Puta me in præsenti nihil adjicere, nisi hoc unum, tardius quam potueras venisti: nondum tibi objicio duplicata tempora, nec remensum toties mare, nec graves ancoras: nondum tantam moram, quanta legationi satis esset. Si innocentes essemus, populum septem diebus perdidisses. Angustos humani spiritus terminos fames fecit, morimur, deficimus: festina misericors, omnes excipe auras: etiam si tota secundis flatibus tetenderint vela venti, tamen remis adjuva, salutem publicam vehis, spiritum populi tui reportas, omnium nostrum in ista classe navigant animæ. Juramus per [7] tuum reditum, effusi per gradus templorum vota suscipimus, tendimus manus: nam quas feriamus [8] hostias, non habemus. Quid spem publicam ad ancoras alligas? non stat interim dies, & plenis velis mors venit. [9] Festina, [10] merita tua non conditores æquaverint, non ipsi dii plus præstiterint. Tibi nos, tibi liberos nostros, tibi quicquid homini jucundum est, tibi debemus quicquid vicinæ civitati præstitisti. Non dico illa, quæ poteram, puta [11] cæruleus imber in naves ruit, classis inter osculamini Legatum, qui gestientium turba non premitis, quid seu publicis, seu privatis non gratulamini Fatis, quod tam bene ipsa calamitas cesserit, quod post tempestates, post naufragia, & discrimina raptorum vos paverit? Nunc sacris tota Civitas immoretur, nunc pulvinaribus sedeant conspicua Numina, nunc ad templa confugiamus, ut quod vos scelus meum dicitis Diis providentibus referamus. Quod enim majus immortalium Numinum beneficium est, quam si fiat de ipsa calamitate solatium? Miserum me! Quid alienæ saltem Civitati non indulsi, quid esurientibus gratis non effudi, quid severus, & inhians exegi pretia, infelices compuli ut solverent supra suam sortem, & tunc semianimes tam care pascens, diutina futuri temporis alimenta corripui? Sic dum alienorum proditor meis Civibus esse volo fidelis, dum illorum odia promereor, ut horum captem affectus, utrisque noxius, inimicus utrisque fio, ut me jam mei consilii pœniteat, & deinceps favere discam alienis. O mihi tot malorum causa, tot calamitatum origo annona, quam servare volui! Inimicus humani generis sum, non inveniam locum nec apud ANTILOGIA. exfluctus [12] latet, nec inter canentes collisarum aquarum spumas, vela [13] dignoscimus, egerit ex fundo arenas mare, micant [14] ignes, intonat cœlum, sciſſis rudentibus tempestas sibilat, denique [15] sidus hybernum conditur, tu tamen persevera, frumentum vehis, nihil horum necesse est feliciter naviganti, festina. Quererer, si naves [16] commeatu tardasses, dum velocitatis ratio haberetur: mallem accipere dimidium. Non delicati sumus, non luxuriæ quæritur abundantia, sed unde spiritum sustineamus, unde mortem differamus in præsentia

7 Utpote per sanctiorem, & cariorem nobis, cujus generis omnia sunt, per quæ juramus.
8 Quas omnes voravimus. 9 Verba Civitatis anxiæ. 10 Si festinabis & alimenta afferre, plus tibi debebimus, quam conditoribus nostris, quam Diis ipsis. 11 Non in se vere cæruleus, sed ita appellat ipsum per cathacresim, vel quod descendere videatur de cælo cæruleo, vel quod in mare, quod cæruleum vocatur, decidat; & hoc vere epithetum nimis Poeticum est.
12 Quo elati vi tempestatis fluctus classem veluti occultent, dum supra ipsam attolluntur.
13 Similem albedinem non distinguentes. 14 Fulgura, ignes illi fatui, qui si in flammam unam abeant tempestatem protendunt, & vocantur nomine Helenæ; si in geminas dividantur, serenitatem, & appellantur nomine Castoris, & Pollucis *Fratres Helenæ lucida Sydera*. 15 . . . 16 Quererer si naves nimia copia frumenti, ideoque nimio onere tardiores ad motum reddidisses.

Digitized by Google

ANTHOLOGIA. exteros. Sed mederet miseræ pietatis meæ querelis ulterius progredi, & inauditis infortuniis tota saltem innocentiæ recensione blandiri. Quid adversamini diutius impatientia Cives? Frumentum attuli, & quidem duplum. Abite jam tristes memoriæ, recede scelerum recordatio, fuerint jam immanium ciborum dies, cum sacra Jura polluistis, carnifices parricidas jam pudeat in causa contendere, quæ semper repetit nefanda flagitia, in qua licet vincatis, non peribunt tamen tanti sceleris testes. Expectabat Civitas Legatum? Rediit, annonam intulit. Quid in ipsa fame moramini, quid non procurritis in naves, quid non fit inter esurientes sola mentio frumenti? Non admittat fames quæstionem, nec quærat quando, aut quomodo sit reversus Legatus, cum sciat quid præstiterit. Duplum attuli. Quid mihi refertis? Debet jam Legato Respublica; debitoribus ingratis jure succenseor. Respondete nunc per Deos immortales, & consilia vestra, & mihi mandata, & quod certius est, interrogate conscientiam, satisne fuerit ad Legati munus explendum, cum annonæ hujus dimidio reverti. Non igitur ulla vobis erit contra me ratio, nisi quia retuli duplum, & muneris mei fidem tueri non potero, sentia quantulumcumque. Si plus opus fuerit, redibis. Siccæ fauces sunt, æger anhelitus os tendit. Jam frustra in sinu parentum liberi plorant, & nondum editi conceptus intra uterum famem sentiunt. Jam nemo dives est, Auras captamus, & rore vescimur, & jam sperare tormentum est: quotidie vires deficiunt. Jam non imus in litus, sed redimus: in editis scopulis populus sedet, dum naves expectat, in pascua non redit. Aquas ingredimur, & unus ad te spectantium [17] rictus est, & cum defecerunt omnia, exspirant. Te, te expectantes intentis oculis morimur, in [18] mare mortui cadunt. Quoties sole percussa nubes refulsit, navem putamus, quoties fractus vento fluctus incanuit, vela interpretamur. O mobiles miserorum spes, ad unaquæque solatia, ab unoquoque quomodo [19] nutant? Hæc certe navis est, ecce vela panduntur, propius appellitur, & accedendo crescit: nostra est, suos in utramque partem ventos habuit, nostris votis gubernati flatus sunt. Hæc dicimus, at illa interim transvolat. Fletus inde & desperatio, & lucis odium. Nihil enim gravius, quam destitutæ spes [20] torquent. Ne interrogare quidem licuit, aut quærere, nemo applicabat. Ergo incerti omnium rerum pependimus, nihil quisquam cognovit. Saltem si scire licuisset ubi frumentum vendidisses, ipsi petissemus. Jam quomodo ad singula momenta temporum mutabantur animi? bene est, serenus Sol occidit, purus se dies tollit, ad nos venti ferunt, jam veniet. Pendet interim fames, & illud, quod jandiu cogitat, differt, ita tamen ut subinde computet, quot dies ad mortem supersint. [21] Nam quid profecit? Meministis, cum contrarii venti flare cœpissent, & in altum fluctus a terra volarent, quanta comploratio, quanti planctus fuerint: retinebitur, stabit, laborabit. At, si diis placet, legatus noster tum maxime bene navigabat. Nos in hac fortuna, in tam gravi casu, in ejusmodi cogi-

DECLAMATIO.

17 Alii habent *reditus est*, & meo judicio magis consonat sensui, & superioribus verbis.

18 In quo prominebant expectantes, & spectantes. 19 Alii habent *mutant*. 20 Et ratio est, quia deperdimus bonum, cujus veluti possessione fruebamur, quod sperantes illum jam nobis certum putabamus.

21 Alii *nam quid profecit?* attribuunt priori periodo, sed non placet.

Digitized by Google

MELANCHOLIA cogitationibus ſumus: Tu ſinus maris circuis, & per omnes curvatorum litorum ambitus terram legis. Sic ſit, ut te juvet diu navigare. Nullus amœnus prætermittitur portus, nulla celebris civitas invilitata tranſitur. Mentior, etiam ad eſurientes applicas. Dein ſi quam timoris injuriam quereris, non feram te morantem. Quomodo ſatis accuſabo vendentem? ſpiritus noſtros [22] tranſcribis, ſalutem noſtram exponis. Quæ diu inæſtimabilis fuit, innocentiam publicam [23] vendis. Frumentum non naufragio perdidimus, non latrocinio: lucro perimus. Tempeſtas quoque aliquam navem in medium littus impingeret, & ex claſſe numeroſa omnes fluctus exhauſiſſet. Periit frumentum, quia claſſis venit in portum. Ita nos alienæ civitati Legatum miſimus, & vilia, ac devota capita vicinorum deliciis morimur. Nobis nihil jam reſidui ſpiritus ſupereſt, nos in conſpectu mortis ſtamus, nos Legatum frumentumque noſtrum ore aperto expectamus, claſſis noſtra [24] vecturam facit, & vicinarum civitatum copias introducit. Pene a conſpectu noſtro vela [25] converſa ſunt, quantulo minus, quam congeſti frumenti pulverem vidimus? tantum jam temporis tranſivit, ex quo pecuniam contulimus, legatum creavimus. Jam dinumeratis temporibus, quæ ſecundi venti breviora fecerunt, quotidie ſpero, & ſane [26] prope eſt. At Legatus meus ad emendum modo proficiſcitur. Tibi ergo tot civium mortes imputo, tibi ſtragem populi, tibi liberorum parentumque miſerrimas pœnas, tibi quicquid paſſi ſumus, tibi, quod gravius eſt, [27] quicquid fecimus. Et ſcilicet ſperas, ut tantam ſceleris invidiam ab animis noſtris [28] duplæ pecuniæ ſtrepitus avertat? Neſcis, quam [29] multa vendideris. * Duplo vendidi. Ita ne infelicitas mea negotianti tibi lenocinata eſt? Quod fame perire

ANTILOGIA tero, niſi quod plus præſtiti quam debebam. Eant nunc in bella Cives optimi, in legationes, illum proditorem dicetis, qui plus erit fortis, plus fidelis. Duplum attuli; ſed iis, dicitis, qui perierunt, nihil afferre non debui. Si veniebam ad præſtitutum tempus, viceram; poſtquam veni cum duplici annona me accuſaris? Iraſcentur jam veſtrorum manes, exſurgent de cineribus umbræ, diris ultricibus proditorem torquebunt, ſanctiori judicio, & ſuppliciis fortioribus vindicabuntur. Nihil iis attuli qui perierunt, plurimum illis tamen qui ſuperſunt. Ignoſcite violati manes, neque mihi plus, quam veſtris qui vos voraverunt, objicite. Si potuiſſet ante reverti Legatus & vos paviſſet; ſi non agebatur tempeſtate, jam ante veſtram famem adfuiſſet. Homo qui juvit, quod potuit, neceſſe eſt, ſingulis prodeſſe voluerit. Verum minora hæc ſunt, licet maxima patrocinia; unum ſupereſt, quod ipſi vos mihi dediſtis, quod corrumpere nulla ratione poteſtis. Ad diem veni. Prorumpat jam dolor, ferri non poteſt ut accuſetur Legatus, quod non reverſus ſit ante diem. Ubi jam pu-

22 In aliorum poteſtatem transfers. 23 Quippe nos facis antropophagos. 24 Mercenarie, veluti pro aliis navigat. 25 Ad aliam Civitatem deflexit, cum jam eſſet viciniſſimus noſtræ, cui bene præſto eſſe poterat opportune. 26 Ad aliam Civitatem parum remotam appulſus. 27 Scelus noſtrum. 28 Qua duplum frumenti modum comparaſti. 29 Licet vendideris dimidium tantum illius medii frumenti, quod nobis retuliſti tamen multum, & quidem multum nimis vendidiſti, illud ſcilicet, quod cito ad nos delatum nos in vita retinere poterat; quidquid ſcilicet, parum licet, exiguum, ac vile, ſi tamen neceſſarium, & multum, & pretioſum, & grande eſt.

* Incipit confutatio. Primum vero Legati argum. eſt, quod frumentum duplo vendiderit. Reſp. 1. invehendo in Legatum, qui dum alienæ Civitati ſuccurrit, ſuam evertit, & qui dum videri vult negotiator exactus, Cives ſuos ditiores factos cogit perire. 2. queritur, ex parte etiam vicinæ Civita-

Digitized by Google

ANTILOGIA. pudor publicus, ubi innocentia subfelliorum? Minoris iniquitatis esset minus mihi constitutum tempus ad navigationem mentiri. Rogo, quid objiceretis Legato, si postea rediisset; aut quis erit justitia vestra tutus, si reus est pariter cum nocente qui obediit? Quis audivit, cujus memoriæ, cujus consilio patet, cum præstituitur dies, ante diem utique esse redeundum? Ad diem veni. Ego sane mandata vestra non distuli; si priusquam poteram debuisse me reverti contenditis, cur non supra patientiam expectastis, cur non distulistis famem, cur accessistis statim ad tantum nefas? Si plusquam debui moratus sum, vos utique citius feciſtis. Quot vero longioris peregrinationis nostræ æquas tamen causas effingere possem, ut meum reditum ad diem tantum præstitutam tuerer? Putate jam, quod peregrinator otiosus regiones nostras prætervectus alienas urbes, & mores inspecturus ad remotas oras navigarim. Cogitationibus, votisque vestris morem geram: Ibam immemor vestræ famis, & dum vos sors illa torquebat, dum immania scelera pollutis labiis admittebatis, tunc feliciter navigabam. Ambitus omnes pelagi circumperire cives meos patior, quod ut vestram civitatem servem, meam everto, quod a tam vicinis littoribus classem torqueo, quod ad diem redire non possum, quod pretium constituitis, quod occulto datis duplum, patrocinio meo quantulum lucror? At nos inepti, ac vesani de fame querebamur, gravis nobis inopia, intolerabilis, & misera, acerbissima mors videbatur. Nunc agimus gratias industriæ Legati. Resp. nostra locupletior perit. Sacrosanctus mercator opportunum, opinor, invenit mercis exactum. Miror hercule, si tam bene negotium gesseras, [30] quomodo nobis pecuniam non retuleris. Duplo vendidi. Decepisti vicinam civitatem, circumscripsisti. itaque queritur. Duplo vendidi. [31] Hoc enim unum supererat, ut devectam tantidem venderes. Habita est itineris ratio, habita usurarum. Ego vero malo, quod tam magno vendidisti, apparet enim te nihil coactum. Sed si semel ponis hastam salutis, si redemptores vitæ admittis, & nos admone, melius vendes. Nos quicquid in domibus habemus, quicquid in templis, quicquid civitas suum vocat, congerere parati sumus. Frumentum pecunia remetiamur, libertatem nostram addicimus, fines publicos tradimus: omnia licet eadem vicina civitas polliceatur, plus non potest. Prosit mihi, quod apud negociatores solet, in anteceſſum dedi. Triplum, quadruplum, quantum popoſceris accipe, & illa pecunia frumentum licet vicinis afferas, si nobis nihil de commeatu nostro partiris, nos vicinæ civitati vendemus. Liceat servire ubi frumentum est. Non exigua res est, pro vita, pro sepultura, pro innocentia licemur. Non potest hic commeatus tam care emi, quam expectari. * Sed nisi vendidissem, inquit,

DECLAMATIO

tes, quam ipse Legatus duplo vendens frumentum decepit; 3. ait male vendidisse frumentum alienæ Civitati licet duplo, cum adeo sua Civitas indigeret, & parata jam fuisset etiam triplum, & quadruplum pro ipso frumento.

30 Quomodo præter frumentum pecuniam quoque nobis non retuleris. 31 Sic intelligo, hoc superat ut illud quidquid, quod ad nos tandem retulisti, denuo venderes duplo.

* Secundum argum. quod vendiderit, quia timuit ne Civitas fame laborans raperet, si non vendidisset. Resp. 1. hoc nihil valere pro Legato, qui est suspectæ fidei, dum solum utitur se teste; 2. cur non timuit potius quam illud, aut sicuti illud, hoc, ne periret Civitas, ne ipsi tarde succurreret? 3. pluribus modis potuisse se Legatum de illo timore liberare, vel minitando, se potius incensurum naves, vel repugnando, vel fugiendo, vel potius permittendo ut frumentum rapiatur, quam ut vendatur; 4. faciat fortuna quod voluerit, Legato tamen non esse recedendum suo munere & præcepto; mittendos fuisse saltem nuncios, quibus perciti rapuissent arma, & contra Civitatem illam ivissent &c.

Digitized by Google

DECLAMATIO. quit, fame laborantí civitati, timui ne raperet. Et ita utique [32] occupare voluisti, ut nobis injuriam tu potissimum faceres. Multum mehercule vos fallit opinio, judices, si ullam causam ita evidentem deferri posse in forum putatis, cui nulla, ne mendacii quidem, velamenta contingant. Opinione sua defenditur, & quæ res minime coargui potest, utitur se teste. Ne nos periremus, non timuisti: ne repetiti commeatus post diem nostræ mortis applicarentur, non timuisti. Nostris certe malis quanquam nihil poterat accidere inopinatum, tamen inter metus tempestatum, & ancipites incerti maris casus, confiteor, ne frumentum salva classe perderemus, non timuimus. Non dico ut maxima vis parata sit, ut more immanis latrocinii turba raptorum littus premat, vel repugna, vel fuge, vel roga. Incensurum naves depressurumque minitare potius, quam totum frumentum utique populo pereat. Partire vel gratis, dum nobis aliquid, quo respiremus, afferas. Illud, quo, certe nihil asperius accideret, rapi patere. Faciat fortuna, quod voluerit, legatus a præcepto non recedat. Refer nobis saltem injuriam nostram, mitte nuncios, ira famem differemus, rapiemus furentes arma, & se in obsidionem civitatis inimicæ sine delectu populus effundet, vastabo interim fines, hoc est, per aliena prata pascar. Si qua in villis deprehendero pecora, diripiam, [33] bellum me alet. Citius ad frumentum perveniemus, quam tu cum frumento redibis. Adjuvabunt pugnantem justa sacramenta. Si contigerit æquum fortunæ judicium, non meos tantum commeatus recipiam: si minus, certe dabitur [34] bene mori. Liceat & manum conferere, in acie confligere, condant se postea licet muris, longius obsidio eat, interim certe hostium potius cadaveribus vivemus. Sed nulla vis fuit, nulla exterior injuria, tuum certum commeatum nemo rapuit, jure miseri sumus, & ex stipulatu Legati nostri perimus. Vendidit quantum voluit, quanti voluit: & ut hoc ad nostras accederet moras, fortasse diu [35] concionatus est. * Omnis cum fide persoluta pecunia est. Hoc qui colligo? Qui quanti circuivi, omnia freta, omnes sinus tentavi, curvatorum littorum recessus legi, nullum amœnum reliqui portum, nullam celebrem Civitatem, cui non magis, ac meæ Patriæ faverem. Propitiis flatibus delatus sum, invenire frumentum citius, jam redire ante diem potui. Quid objicietis vos, qui tempus itineris præstituistis, quod Legatus non est transgressus? Accusate jam pietatis meæ negligentiam, caritatem nihil sollicitam, illud summum objicere potestis, quod Civis sum sceleratus, impius; Legatum infidelem numquam probabitis. Adde quod & me tueri fas esset, etiam si postea rediissem. Mihi etenim orantium modo, obtestantiumque diem dedistis, ad quem frumentum exoptabatis adesse; ut cum fide reverterer, neque jussistis, neque jubere poteratis. Nam quis ab illo qui pergit per dubia maris certi aliquid expectet, aut quis velit præfinire tempus itineris, quod de ventorum inconstantia pendet, quod turbini- ANTILOGIA.

32 Injuriam adhuc tamen incertam, quam nobis Civitas illa feciſſet noſtros rapiens cibos.

33 Quod ſane multis eſt utile, ut egregie Lucanus lib. 1. 34 In pugna, non ex fame. 35 Dum alienæ Civitati pretium conſtituit, dum ſtipulatur &c.

* Tertium argum. ſed potius confirmatio 2. conſtat reſponſione, quod omnis cum fide perſoluta pecunia ſit. Reſp. 1. hoc nullo poſſe colligi, cum poſſit non vendere, qui quanti vult vendit; 2. non poſſe intelligi quomodo, qui rapere poteſt, ſolvat duplum; quare hæc vere eſt meditata, & ficta defenſio Legati; hic de fortuna ſuæ Civitatis conqueritur, quæ fame perierit, licet in promptu eſſent

ANTI-LOGIA. binibus ſubeſt, & procellis identidem agitatur? Non utique demens fuit, aut ſuperba Civitas, quæ Legatum, cujus beneficio ſalvanda erat, neceſſitate ſeveri juſſus adſtringeret, dum tantum maris conficiendum erat ſpatium, dum incerta erat navigatio, incerta frumenti emptio, incertum ubi in tam communi fame exundaret annona. O quam mutatos Cives meos invenit poſtquam ſcelera commiſerunt! Non ultra meminiſtis ut Legatum oſculabimini, ut rogabatis, ut ad diem illam ſaltem rediret? Verſa ſunt vota veſtra, & veluti prudentiæ, juſtitiæque vos pudeat, mihi contenditis neceſſitate legis impoſitum, quod vos cum mandabatis jubere minime potuiſtis. Sed quid diutius hiſce patrociniis detineor? Neque ſi juſſiſtis infidelis ſum. Navigaturus non tenetur his legibus, & illi cujus præfinitum eſt ſpatium navigationis incertæ, ad innocentiam ſufficit ſi revertatur. Hactenus, ut noviſſe credo vos Cives, invidioſam Orationem habui; ut me veris meis tueri maxime conſtet patrociniis, ſi & ad mendacium effictis adeo defendor. Una vera fuit cauſa, quæ noſtros reditus diſtulit; una, velint nolint inimici mei Diis conſciis pa- ti vult vendit, Judices, poteſt non vendere. Nam per fidem, ſi rapere alienum frumentum & poſſunt, & volunt, quid ita duplam pecuniam ſolvunt? Nam quomodo in magna inopia quicquid emi poteſt, vile eſt, ita cum poſſis habere gratuitum, duplo carum eſt. Sed mihi credite, color iſte patrocinii eſt, & diu in ſaturo otio cogitata defenſio. Non poteſt ſimilis uſquam fames fuiſſe. Nos grave hujus anni ſidus [36] afflavit, noſtrum hoc fatum fuit, quos non tantum fata, ſed etiam empta fallunt, qui noſtra pecunia, noſtra claſſe, noſtro legato, [37] noſtro vento, feliciſſimo curſu, commeatum tamen perdidimus. Nos a frumento longius ſumus, ad illam civitatem potuit frequenter accedere negotiator, ſæpius applicari onuſta claſſis: itaque non miſere Legatos, nullus illis commeatus longius petendus fuit, quod feliciſſima annona, affluentibus copiis, fortunatis opibus contigit, nihil emerunt niſi devectum. Quare nulla cauſa iſtius, quem fingis, metus fuit, nulla utique vis. Forum legiſti, & quia adhuc [38] ſupererat tempus, obiter negociatus es. * Rapturos putavi. Quid dicis ſcelerate? Et cum hoc timeres, applicabas? Onuſtus viator apud latrones hoſpitaris? Commeatum publicum annonæ in ſcopulos impingis, & plenæ frumento claſſis ancoras ad [39] famem ducis? Non præcides medium mare, non velut inhoſpitales [40] Syrtes, aut voracem [41] Charybdim præterveheris? non tota in fugam vela torquebis? Nusquam eſt periculoſius legationis tuæ naufragium. Tu ut cogi poſſes, tu ut auferri frumentum poſſet, effeciſti. Tantum habituri ſumus, quantum reliquerit pudor eſurientium. Quid te duplo frumentum jactas vendidiſſe? Potuerunt nihil ſolvere: [42] quod refers, alie-

DECLA MATIO

commeatus &c. 36 Imbuit malignis influxibus. 37 Qui ſemper votis noſtris favit vela ad nos impellens. 38 Ad præſtitutam diem, antequam tamen redire debebas, ſi jam compararas frumentum.

* Quartum argumentum, ſive confirmatio 2. quod putavit Cives illos rapturos, niſi vendidiſſet. Reſp. 1. cur igitur applicaverit? 2. & alterius quoque ſceleris reum eſſe Legatum, qui effecit, ut frumentum illud poſſet rapi; quare ſi non rapuerunt, non referendum jam eſt Legato, ſed beneficio illius Civitatis.

39 Ad Civitatem in qua ſævit fames. 40 Duos majores, & minores ſcopulos naufragiis pluribus celebres ad littus Africæ. 41 In freto Siculo voraginoſos ſcopulos contra Scyllam æſtuoſum, & undoſum. 42 Alia lectio habet *quid refers? Alienum beneficium eſt*; urgentior & ſarcaſtica.

Digitized by Google

DECLAMATIO. alienum beneficium est. * Alterum confingitur hoc loco mendacium. Tempestate, inquit, appulsus sum. Ita plane 43 infelix navigatores, & cujus votis auræ non respondeant. Nescimus te duplo melius navigasse, quam speraveramus? Nescimus singulis 44 commeatibus 45 bina itinera confecta? Nescimus in una legatione ventos 46 quater secundos? Sat erat verbo negare, quod verbo ponitur. Remove hanc spem eludendæ mendacio civitatis, quo damno probas tempestatem? Quid amisisti? Frumentum certe totum venit in portum, nec laborasti: quanquam nimium onustas naves simulaveris, duplum afferre poterant. Non vexata armamenta, turbatosque funes, aut scissos velorum sinus quereris: classis statim exiit, & quod magnum integræ signum est, cita rediit. Porro tempestas in unum agebat angulum, nihil potuerunt obliquata vela deflectere. Non potes ultra procedere, citra applica. Effuge raptores, effuge non dimissuros. Si aliud fieri non potest, cum tempestate decide, naufragio in desertum littus impinge. Quid devitata procella prodest? quid subducta nubibus inviis classis? In portu naufragium fecimus, & frumentum ad ancoras perdidimus. ** Ego vero, inquit, attuli, & quidem duplum. O nos felices, rumpamus saturitate præcordia, pascamur in præteritum, & famem eruditate pensemus! Frumentum attulisti. Quid quod medicina mortuorum fera est? Quid quod nemo aquas infundet in cinerem? Quid quod extincto populo etiam 47 novendialis tarde venit? Quid quod jam ego frumentum non desidero? Naufrago tabulam abstulisti, mortuo applicas navem. Duplum est, infunde in sepulchra, & admetire tumulis, ibi sunt qui mandaverunt. Quid aliud effecisti afferendo frumentum, quam ut nos, quod adhuc facimus, pœniteret? Nunc me magis pudet, nunc si tam patens, prohibuit tempestas, ne reverterer ante diem. Verum non hisce me tantum Cives telis petitis, sed ultra moræ nostræ, ideoque vexandæ Civitatis (ut dicitis) causas inquirentes ad innocentiæ nostræ convitia inutili, & contumelioſa tantum oratione vagamini. Interrogabo vos ipsos, judiciis vestris aquiescam, qui me dicitis lucrari aliquid voluisse, gratiam aliquam a servata Civitate speraſſe, quædam in Civitate mea odia habuisse? Ideo scilicet lucratus sum, quod vitæ discrimine esurientem, & armatam ut solveret rapinæ suæ pretia Civitatem coegi, quod cum duplo vendidi, duplum retuli, & cum facillime rebus meis adhuc innocens favere potuissem, nolui tamen neque conscientiam meam testem ferre ad rationes? Objicite jam mihi lucrum; ego tamen vobis retuli plusquam debebam. A servata vero Civitate ecquid sperarem? Utique si irruentibus alimenta profudissem, si naves meas esurienti populo diripiendas dedissem, ANTILOGIA.

* Quintum argum. ad Civitatem illam tempestate delatus est. Resp. 1. frustra allegari a Legato tempestatem, quod nullus credit, cum venti semper secundaverint; 2. nullo argumento probari tempestatem, cum salva fuerit reversa Classis non modo, sed navis quælibet, & quælibet navium instrumenta; 3. adhuc tamen potuisse Legatum ad Civitatem illam non tendere, & hoc obliquatis velis, aut potius ventis se tradere, quam ad raptores frumentum Civitatis suæ ducere.

43 Ironice. 44 Qui fuerunt duo, alter cum primum emisti frumentum, & ad Civitatem illam detulisti; alter cum duplum hoc mercatus es, quod devexisti ad nos. 45 Alterum ad emendum, alterum ad referendum. 46 Quoniam duo fuerunt commeatus, & singulis ipsis bina itinera confecta.

** Sextum argum. quod attulit, & quidem duplum. Resp. 1. hoc nihil proficere, quia nimis tarde tulit; 2. quisi duplum attulit, nihil tamen attulit illis qui perierunt; nec per ipsum effectum, ut immania illa scelera non commiserint.

47 Novendiale vocabatur ab antiquis sacrificium, quod novem diebus continuis fieri solebat ad expiationem prodigiorum.

Digitized by Google

ANTILOGIA. si tam severe, tam care non exegissem pretia frumenti. O fidelem nimis, & male anxium nostræ Legationis ardorem, factus sum externis proditor, inimicus, ut ingratos juvarem, & accusaturos. Quo fugiam, quando innocens, ubi tutus ero, ubi non invisus, si me Cives damnant, nec parcent alieni? Adhuc ne autem dubitare potestis de animi nostri erga Patriam, erga Cives pietate, postquam tam sollicite alimenta tuli cum potui? Egone occulta in Civitate mea odia habeam, qui velim inimicos meos pasci, qui etiam duplum frumenti modum revexerim, ut plus sa-tientur, ut plus vivant? Quæ vindicta inimici fuit parere mandatis, & ad diem reverti? Unum genus erat ultionis nihil referre, nunquam redire. Quis nunc locus supereſt nisi precibus, ut indurata fames, quæ cæteris expugnari nequit patrociniis, miseratione saltem calamitatis, & innocentium lachrymarum flectatur? Per communem vos oro Patriam, per cognatum sanguinem, per hos ipsos vio-

nunc cibos meos objurgo, potui heri non comedisse. O nefas, in quo me scelere commeatus deprehendit? Siccine paria fecimus? Adhuc nihil habuimus, sed nunc licet reponamus. Quis autem unquam pensabit necessaria supervacuis? Duplum attulisti, sed illis qui perierunt nihil. Sed non possumus jam non feciſſe quod fecimus; plerunque sera pro nullis sunt. Sed & temporum ista momentis aut preciosa fiunt, aut vilia. Vis scire quantum inter hoc tempus & illud interfit? Tenta igitur forum tuum, totum hoc non potes dimidio vendere. *Supereſt adhuc unum patrocinium, in quo spes omnis profligatæ causæ consistat. Ad diem veni. State hic certe, judices: nam ferri non potest, exundat altius dolor. Pudorem publicum quamvis projectum, & jam olim sepultum hucusque protrahis? Cur non expectavimus? Cur famem non ad constitutum diem distulimus? Cur ad tantum nefas accessimus? In hac lance publica causa, judices, pendet: aut iste tarde fecit, aut nos cito. Hoc videlicet expectasti, & ne captiosum esset officio tuo maturius rediisse, ex inducausa fuit, non vis ulla vicinæ civitatis. Una ratione moratus es, nondum erat tempus. Adeo ne nobis miseriæ publicæ exciderunt? Adeo insperato frumento obstupuimus, ut hæc audienda sint? Ultimum omnis memoriæ reum una vox innocentem facit: Populatorem, everſoremque civitatis nisi ad supremum damnabo, absolvatur. Publicus reus rediit. Illum, respondet, diem dedimus. Tu tamen si interpellatus tempestatibus serius veniſſes, excusares mare, & ambiguos flatus, & tibi bonam causam habere videreris, cum diceres, ante non potui. Et nos hoc cogitavimus, his casibus ampliavimus tempus. Nos illum tibi diem dedimus, sed quia illud citius emisti, quam speravimus, supra votum nostrum navigasti, ad proximum littus mature classis applicata est: ego tibi possum satis irasci? Felicitatem nostram perdidisti. Ergo quantum in te, tempus consumtum est, dies excessit, pejus pati nihil possumus, sed pessima diu patimur. Imputa

DECLAMATIO

* Septimum & ultimum argum. quod ad diem venit. Resp. 1. quod si ad diem venit, Cives tamen ante diem illum nefas admiserunt, quare aut ipsi cito nimis, aut Legatus sero; 2. si quod ante non venerit, se excuset, quod dies nondum erat, ergo quid moras suas in tempestatem refundit, &c. 3. quod si tardatus esset vere a tempestatibus, bonam haberet causam, ergo si venire potuit ad diem, & non venit, male ipsi est; & ille quidem præstitutus est dies habita ratione tempestatum, & similium, quibus potuisset retardari Legatus; ultimo examinat, cur nam moratus fuerit Legatus.

Digitized by Google

DECLAMATIO. puta nobis propitios ventos, & secundum mare, & civitatis opulentæ liberalitatem, quæ tantum frumenti vendidit, quantum duobus populis satis esset. Quantumlibet velocitate tua glorieris, computa, si placet, quando primum conterminos portus onusta classe comprehenderis, quam tarde a vicina civitate venisti. At etiam, si diis placet, animo defenditur, & quam causam vexandæ civitatis habuerit, quærit. Istud ego interrogare debueram, non ubique, judices, morandum est. Alioqui si quid requirere vellem, multa occurrissent. [a] Solent [48] hi negociatores, præter hæc aperta pretia, privatum aliquid ac proprium stipulari, utique cum alienam rem vendunt. [b] Potest fieri ut primo lucrari voluerit pretium, serius deinde subvenerit reddendæ rationis, dicendæque causæ cogitatio. Væniit fortasse frumentum lucro, redemptum est [49] patrocinio. [c] Potest fieri, ut aliquam gratiam speraverit a [50] civitate servata: [d] occulta quædam in civitate sua [51] odia, quæ plerunque ex inanibus causis oboriuntur, habuerit. Multa succurrunt, sed (si qua est, judices, dicenti fides) ego nihil invidiosius reputo, quam quod civitatem suam sine causa perdidit. Quæcunque ratio, quodcunque propositum fuit, * audi quæ passi sumus, postquam redire potuisti. Transeo tormenta nostræ inopiæ, maciem corporis, [52] vulsos terra, [53] destrictosque ramis cibos, quod aris altaria non imposuimus, quod populus corporibus suis vias stravit, quod mendicus quem rogaret non habuit. Non objiciam tibi famem. O tristis recordatio, o tormentis omnibus conscientia gravior! rumpe ferreum pectus, & ardentia scelera viventesque intus epulas excute. Luctantur intra viscera animæ, & uterum funeribus gravidum mortes agunt. Credibiles fabulas fecimus, violatos Manes, quibus vestra hæc ipsa severitas doloris est, per hanc famem, quæ me redeunte cessit, Legati miseremini, cui non potestis objicere, nisi quod supra vires suas non navigarit. Feretis ut ventura omnia proscribar in sæcula malæ gestæ Legationis infamia, & per omnes gentes omnium linguis proditor, infidelis enuntier, ut me dum vivo omnes horreant, fugiantur, calumnientur, &, quod conscientiæ meæ tristius est, mihi ipse non debeam credere? Mene in humani generis odia deferri patiemini, & sanctum apud barbaros, & inimicos Legati nomen linguis omnium violandum tradetis? An vero creditis pro judiciis vestris ventura sæcula judicatura? Una mihi spes supereſt; laudabitur Legatus, qui & post sævissimam tempestatem reversus sit ad diem præstitutam. Favebit utique causæ nostræ posteritas, & nihil æque mirabitur, quam nihil vos esse tam immanium scelerum pudore sollicitos, qui effecti in me criminis, tam severi sedetis ultores. Sed proh tristissimam, & mihi semper adversam sortem! Depermus,

ANTILOGIA.

48 Quare videtur inferre, ideo Legatum ad Civitatem proximam frumentum nostrum attulisse, & ipsi vendidisse, ut privatum hoc lucrum faceret ipsi concessum ut mediatori, ut ministro hujus emptionis; quæ privata lucra dupliciter, ut notum est omnibus, solent contingere, vel pro libito, & liberalitate vendentis, sive ementis; vel determinato in singula pondera pretio.

a, *b*, *c*, *d* Rationes ab Oratore excogitatæ, propter quas probabile sit moratum esse Legatum; & hæ omnes fere crimen habent magni sceleris.

49 In patrocinium Legati morantis. 50 Illa scilicet cui primum frumentum attulit.

51 Quæ ulturus scelerate toti Civitati nocuerit.

* Hic est descensus ad finem Orationis, & veluti peroratio incipit, quoniam jam expleta confutatio est. Primo igitur efficacius scelus patratum a Civibus exaggerat; 2. ad desperationem a sceleris conscientia, & horrore vertitur; 3. sibi jam adesse ultrices furias minitantes, &c. exaggerat; 4. & ultimo Cives omnes ad ultionem incendit, nec noluisti. Truncus veluti sensus, sed urgentior & aptior ad invidiam. 52 Herbas, radices. 53 Folia arborum, & fructus acerbos.

Digitized by Google

ANTILOGIA. perdet innocentia me de posterorum miseratione, & futuro judicio solatium, quod nemo credet, aut me accusatum, aut me rediisse tam cito. Quid ultra contendimus, Cives mei? Hæc Patria est, hic communis est, hic communes captamus auras; aut truciſſimorum hostium diſſidiis invidemus, & rixis nostris inimicis paramus oblectamentum. Agnoscat jam Civitas Legati sui fidem, & homini, qui cum fide tam grave munus implevit, ipsa faveat Civitas, ipsa indulgeat, & si quid minus sollicite factum videtur excuset. Quo abiit amor, quo teneriimi illi affectus, quibus proseeuti estis abeuntem? Itane mater adversatur Filio, & reparatorem suum, (neque enim pudet conscientiam meam) pellit in mortem? Sic fraudatur compensatione beneficii sui Legatus, neque invenit suæ causæ favorem, se deprecante, qui frumenmus, felices miserias, scelera innocentia. Omnes quascunque clades fama vulgavit, solatia hinc petant, hic audient occisos sine sanguine, sepultos sine ignibus cibos. Si quis mentitus est [54] Cyclopas, [55] Lestrigonas, [56] Sphingas, aut [57] inguinibus virginis latrarem Siciliæ litus, & quæcunque miser didici domi, comites quæro, hinc argumentum, hinc fidem accipiant. Quædam plane falsa sunt. [58] Sol in ortu suo non occidit, nec ad humanorum viscerum epulas diem vertit. Vidit nos vulneribus pastos, & ad eviscerata corpora illuxit. Publice monstra commissa sunt, & inexpiabile nefas uno ore civitas fecit. Pœnis nostris jam ne fames quidem satis est. Hoc non omnes [59] feræ faciunt, & quamvis sensu careant muta animalia, pleraque tamen innocentibus cibis vescuntur, uti quæque consuerunt. Inter homines etiam, si qua alienis membris imprimunt dentem, mutuo tamen laniatu abstinent, nec est ulla super terras adeo rabiosa bellua, cui non imago sua sancta sit. Nos quibus divina providentia mitiores cibos concessit, quibus sociare populos, mutuo gaudere comitatu, sidera oculis animisque cernere datum est: visa non ante nos fecimus, nigros fame dentes pallidis cadaveribus impressimus, & inter horrorem, ac famem restrictis labris morsus abrupimus. Cadavera rogis devoluta sunt, & ad funera tanquam ad naves concurrimus. Deficit aliquis extremo jam spiritu pendens, tamen durat, quia prius moriturum [60] alterum putat: invicem expectant, & si spei figuratione tardius cadit, morsibus pugnat: non in omnibus mortes expectantur, pater liberos esurit, & oppressa decimo mense mater sibi parit, redit in uterum laceratus infans. Cludunt domos, ne quis funus eripiat. Solæ sunt divitiæ mortium: velut infaustæ aves supra expirantes stamus. Secreta miseri petunt, in solitudinem fugiunt, & ubi nulla spes vitæ supereſt, mortes suas abscondunt, jam morituri [61] ad feras confugiunt. Dehisce terra, & hanc noxiam civitatem (si hoc saltem fas est) hausta aliquo

DECLAMATIO

ad

54 Cyclopes antiquissimi fuere populi, & gigantes in Sicilia, qui primi æris usum invenere, ex quo fulminum Jovis artifices effecti. Crudeles extitisse patet ex verbis, & narratione Achemenidis apud Virgilium. 55 Lestrygones fuere antropophagi Formianum littus incolentes. 56 Monstrum apud Theban. manibus & caput humano, corpore canis, cauda draconis &c. homines quoque de rupe præcipitans, qui non interpretati essent ab ipso ænygma propositum. 57 Scopulus ad Siciliam, in quo dicitur versa puella, inguinibus &c. 58 Plures fabulas veras fecimus, sed quædam vere falsa sunt, utpote quod Sol in Thyestæa cœna ad ortum reflexerit; quia ad tantum scelus idem non contigit. 59 *Parcit Cognatis maculis similis fera, quando Leoni fortior eripuit vitam Leo? quo nemore unquam expiravit Apes majoris dentibus Apri?* &c. Juven. Sat. 15. Lege & reliqua usque ad finem, quæ optime conveniunt cum hoc loco. 60 Cujus cadavere vescatur, & duret.

61 Potius quam cadavera sua hominibus, & Civibus suis voranda relinquant.

Digitized by Google

DECLAMATIO. ad inferos conde. Cœleſtes auras contaminato ſpiritu polluimus, & ſideribus ac diei graves, & invidiam ſeculo facimus. Nullas jam ſpero fruges, propitios deos non mereor. Quomodo me a ſcelere meo divellerem? in quas ultimas terras, quæ inhoſpitalia maria conderem? Meum ſane conſcientia urunt animum intus ſcelerum faces: & quoties facta reputavi, flagellamentis ſonant, [62] ultrices video furias, & in quamcunque me partem converti, occurrunt umbræ [63] meorum. Habitat neſcio quæ in pectore meo pœna, & ne morte ſaltem hos metus effugiam, occupant gravia apud inferos ſupplicia, [64] volucris rota, & fugacibus cibis [65] cluſus ſenex. Adeo ne apud inferos quidem ulla pœna eſt fame major: & [66] ille hæc patitur, qui hominem appoſuit epulandum. Nobis imminet [67] ſaxum, nobis [68] ſtridunt ferreæ turres, noſtris cauſis urna jam ſtetit, nobis vivax ipſum [69] creſcit jecur, quia illic quoque viſcera tantum [70] aves laniant. Excipiunt nos in proximo [71] littore inhumatæ noſtrorum animæ. Miſerum me, vera ne hæc ſunt, an mens aſpicit? Laceros video manes, & truncas partibus ſuis umbras. Quid hoc eſt? Non de ſepulchris inſurgunt, non aliquo terrarum hiatu procedunt umbræ noſtrorum, de [72] populo exeunt. [73] Illum tædis incendite, illum anguibus petite, & tam longæ moræ exigite rationem. Vobis dicat, duplum attuli. Vobis dicat, ad diem veni. Ego ſi hujus pœnam videro, poſſum reddere rationem, quod vixi.

mentum tulit, qui ad diem venit, vobis judicantibus, quos pavit? Pereat, jam pereat tam immanium ciborum memoria; nova alimenta habetis, nova innocentia jam redeat; dum contenditis, dum moramini, & frumentum negligitis, adhuc veteres cibos amatis. Detrahite per fidem infamiam Civitati noſtræ, ſæculis venturis pudorem, quibus alimenta veſtra narrentur; numquam melius ſæviſſimæ famis violentiæ flagitia veſtra referetis, quam utique ſi nihil tale agatis poſt famem. ANTILOGIA.

IN

62 Et hoc eſt ſceleratis omnibus certiſſimum ſupplicium, licet non videantur externis pœnis torqueri; & illud quidem ſufficit ne ſceleribus ſuis admodum gaudeant, quare optime Juvenal. Sat. 4. *Nemo malus felix*, & 13. *evaſiſſe putas quos diri conſcia facti mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit occultum quatiente animo tortore flagellum*. Iſtæ vero ultrices furiæ non aliud ſunt, præter ipſam teſtem conſcientiam, cæterum putarunt antiqui, ſceleſtorum oculis, aut mentibus furias, aut macies inferi, cum tædis & flagellis obſcuſari; ſic Pacatus in Paneg. ad Theod. dubitat an Gratianus carnificem ſuum Maximum diris ultricibus obſideret &c. 63 Hoc contigiſſe Alexandro poſt cædem Parmenionis, teſtis eſt Curtius, & Neroni poſt cædem Matris, Tacitus An. 15.

64 Qua torquetur Ixion. 65 Tantalus cibis circumdatus, ſed ſemper negatis. 66 Tantalus Pelopem Filium Numinibus hoſpitibus epulandum appoſuit. 67 Quo laxatur ſcyphus. 68 Horriſono ſtridentes cardine, ſacræ panduntur Portæ. Virg. Æneid. 6. 69 Sicuti & Tytio. 70 Non homines, ut apud nos. 71 Inferni ad Stygiam paludem. 72 De ventre populi, qui ipſos deglutivit. 73 Ubi Legatus eſt, contra Legatum.

M. FA-

Digitized by Google



IN DECIMAMTERTIAM
M. FABII QUINTILIANI
DECLAMATIONEM
ANTILOGIA.

M. FABII
QUINTILIANI
DECLAMATIO
DECIMATERTIA.

APES PAUPERIS.

ARGUMENTUM.

* *Damni per injuriam dati ſit actio. Pauper, & Dives in agro vicini erant junctis hortulis. Habebat Dives in horto flores, Pauper* (a) *apes. Queſtus eſt Dives flores ſuos decerpi ab apibus Pauperis. Denunciavit ut transferret. Illo non transferente, flores ſuos veneno ſparſit. Apes Pauperis omnes* (b) *perierunt.*

Pro Divite contra Pauperem.

ANTILOGIA. CRedo ego, Judices, neminem veſtrum mirari, impudentiſſimum hominem patientiam noſtram rurſus hac accuſatione laceſſere, qui adverſus vicinum ſuum inimice ſemper, & ſupra fortunæ ſuæ meritum ſuperbe ſe geſſit, præſertim cum blande admonui, ut ſuas Apes transferret; & mihi fore puto,

Pro Paupere contra Divitem.

CRedo ego, judices, plerosque mirari, quod homo tenuis, etiam antequam [1] quod habebam perdidi, pauper, auſus ſim judicio laceſsere divitem utique vicinum, eumque notæ [2] impotentiæ, expertæ crudelitatis, in tantis fortunæ [3] viribus pernicioſum inimicum, etiam ſi venena non habebat. Neque ipſe DECLAMATIO.

* Lex. (a) Alvearia cum Apibus. (b) Dum evolaverunt ad carpendum cibum ex floribus Divitis.

1 Apes. 2 Perturbationis, qui non poſſit ſcilicet affectus ſuos moderari. 3 Divitiis, opibus, quas habet.

Digitized by Google

DECLAMATIO. ipſe hoc periculum ignoro, expertus non levi documento, quanti [4] ſteterit mihi quod ſemel [5] imperata non feci. Sed neque illud, judices, damnum tolerabile eſt pauperi, cum tam [6] parvis etiam divites moveantur. Et mihi, quamquam [7] prope nihil jam relictum eſt quod perderem, ſi tamen iſta impune ſuſtinenda ſint, ſolatium erit [8] iram potius quam [9] contemptum pati. Nec [10] ſane vitæ cauſa jam ſupereſt, ſi ad cæteras humilitatis noſtræ contumelias hoc quoque accedat, ut ſi habemus aliquid, migrandum ſit: ſi perdidimus, tacendum. Unum oro, ne cui minor dignitate veſtra videatur cauſa [11] litis meæ. Ante omnia enim non debetis expectare ubi pauper magna perdiderim: ſed quantulum eſt quod abſtulerit mihi dives, minus eſt quod reliquit. Et tamen quis indignatur apes [12] formula vindicari, cum venenis etiam floſculi vindicentur? Quod tamen, judices, (quamquam everſus, & ab omni ſpe tuendæ paupertatis excluſus) æquiore animo tolerarem, ſi cujus culpæ etiam ſi injuſtam pœnam, meritam tamen iram tuliſſem. Sed circunſpicienti omnia nihil mihi objici poteſt a divite, niſi quod vicinus ſum. * Eſt mihi paternus,

ANTHOLOGIA. puto, ut ſtatim faveat juſtitia veſtra, ſatis omnibus moderatione noſtra conſpecta, quod licet indigne provocatus contentus tamen fuerim ſolum de Apibus vindicari. Exundat tamen indignatio, ferri non poteſt, ut Pauperes nobis adeo adverſentur, ut crudeles vocent, & veluti tyrannos oderint; ut, cum nobis nullus relinquatur vindictæ locus, quotquot viliſſimi homines ſunt, eosdem acerrimos formidare, immo etiam pati inimicos debeamus. Quod ſi bene novi impietatis hujus ingenium, invidia eſt quidquid tenuitatis ſuæ calamitas, aut noſtra ſuperbia ipſis dicitur, & ferre non poteſt Divitem licet optimum Pauper ſuperbus. Unum oro, Judices, ne indulgeatis ideo inimico meo, quod affert patrocinia lachrymarum, quod queretur, puto, Apes paupertatis ſuæ ſubſidium ſibi occiſas, veluti nihil ſuperſit amplius ad vitam. Fingit, fingit inimiciſſimus homo dolorem, & contumax ad pietatis officia ſuperbia, quod hic unicus modus eſt ut Diviti noceat, innocentis hominis mentitur affectum. Quidquam illi livori, illis credetis gemitibus, cum ſciatis modo tantum ſibimet ſceleratum, immanemque pauperem

4 Quantum mihi damni fuerit. 5 Quod juſſus primo alveare meum non tranſtuli. 6 Cujusmodi eſt jactura quam faciebant ipſius flores & præda mearum Apum. 7 Quaſi. 8 Quam in me concipiet, quod ipſum accuſaverim. 9 Quo deridebor, quod præter Apum jacturam ne quidem ad judices confugerim. 10 Nec ſupereſt cauſa cur velim ego vivere. 11 Utpote quæ de Apibus ſit. 12 Formula judicandi, judicio, Lege &c.

* Peractum eſt exordium, in quo Pauper 1. ait, quod quamvis nimis audax videri poſſit in accuſando Divite, poſtquam etiam ipſius iram expertus eſt, tamen quia & ipſe Dives tam potuerit iratus eſt, vult piti potius iram Divitis, quam contemptum; nulla enim eſſet cauſa vivendi ſi præter tot miſerias paupertatis deberet ipſe nec poſſet uti rebus ſuis & contumeliarum nullum habere ſenſum; 2. rogat Judices, ne ſpernant & dedignentur cauſam ſuam, quæ adeo vilis eſt, nam primo licet parum ſit quod ipſi abſtulit Dives, minus tamen eſt quod ipſi reliquit, cum vix aliquid habeat deperditis Apibus; ſecundo vindicantur flores veneno, ita Apes vindicari poſſunt judicio.

In narratione deſcribit 1. vitam ſuam pauperem, ſed contentam in paterno ſuo Agello; 2. ſe tandem vicinum Diviti factum, circa quem quondam pares ruſtici habitabant; poſtquam Divitis aviditas circumjectos omnes campos expulſis pluribus Dominis ſibi uni comparavit; 3. opera ſua laborioſa, quibus dum vigebat ætas exercebatur; poſtquam vero invalida ſenectus ſubrepſit, quæſiſſe parvi laboris opus, inter quæ cum obveniſſet ſequi pecora, illud tamen opus ſequi nequit, recluſo omni aditu a circumpoſitis Divitis prædiis; quare inveniſſe Apes animal volatile, quarum educationi commoditatem dabat hortulus ſuus apricus, & irriguus &c. 4. ſtudia ſua circa Apes, non ſcilicet in mellibus condendis, quæ venderet; ſed inconſulendo ipſis Apibus, prout ferebat neceſſitas; 5. ſe a Divite vo-

Digitized by Google

ANTILOGIA. perem adversari, quod Dives est accusatus? Quidquam ne probabit illa macies, & humilitas oris, quod impavidum semper, & audax, tunc se maxime extulit, atque obduruit cum vicinus Dives cœpit rogare? Non vinces jam ficto dolore tuo, Pauper; aut nobis innocentia perit, quod neque fortunæ nostræ, neque animi constantiam in preces fœdissimas flectere, ad mendaces affectus componere possumus. Neque vero ideo mihi succenseri vos velim, quod fiduciæ nimis ad causam nostram afferre videor, & post illata per injuriam damna, post cædes, post venena, veluti criminationum, jurisque contemptor audacter admodum factum tuerí. Scire vultis, Judices, causæ nostræ difficultates? Non mihi defendendus est animus, neque eventus. Utriusque hinc innocentiam colligite: Apes perierunt. O invidiose petitam fortunæ nostræ innocentiam, o iniquiorem Pauperem post vicini Divitis indulgentiam! Ideo plus adversatus est homo, quod dejectum me credidit dum blande admonui, dum ad flores meos vindicandos, sero nimis tota auctoritate sum usus. Jam indurata tenuitatis audacia conditioni nostræ insultare conatur, quod vicino meo amici animi signum maximum protuli, cum nocui leviter & lacessitus. Sed debebatur profecto nobilitatis nostræ majestati, ut taceremus in causa, in qua quæritur, possit ne

DECLAMATIO. nus, judices, agellus, sane angustus & pauper, non vitibus consitus, non frumentis ferax, non pascuis lætus, jejunæ modo glebæ, atque humiles thymi, & non late pauperi casæ circumjecta possessio. Verum mihi vel hoc fuit gratissima, quod non fuit digna quam dives concupiscereret. In hoc ego vitæ meæ secreto remotus a tumultu civitatis ignobile ævum agere procul ab ambitu, & omni majoris fortunæ cupiditate constitui, & dum molesta lege naturæ transiret ætas, vitam [13] fallere. Hoc mihi parvulum terræ, & humilis tugurii rusticum culmen æquitas animi regna fecerat, [14] satisque divitiarum erat nihil amplius velle. Quid prodest? Sic quoque me latentem invenit invidia. Nec ab initio, judices, vicinus divitis fui, pares circa me habitavere domini, & frequentibus villis concors vicinia parvos limites coluit. Quod cives pascebat, nunc divitis unus hortus est. Postquam proximos quosque revellendo [15] terminos ager locupletis latius inundavit, æquatæ solo villæ, & exciſa patria sacra, & cum conjugibus parvisque liberis [16] respectantes patrium larem, migraverunt veteres coloni, & lætæ solitudinis indiscreta unitas facta est, postquam ad apes meas divitis fundus accessit. Nanque ego, judices, dum fortius opus permisit ætas, terram manibus subegi, & difficultatem [17] labore perdomui, & invito solo [18] non nihil tamen fœcunditatis expressi: cito labitur dies, & proclivis in pronum fertur ætas:

catum, & sibi jussum, ut Apes transferret; cui non obedierit quod nescierit quo iturus esset, & quidem se cogitasse de abeundo, sed a Divitis sævitia occupatum; 6. describit quomodo Dives veneno suos flores sparserit, quod ebibentes Apes obiere variis modis, quos pulcherrime describit.

13 Ita, credo, vitæ hujus tenuis oblectamentis detinere, ne majora concupiscerent. 14 Cujus veritatis plures habes testes passim apud Senecam moralem. 15 Saxa in prædiorum finibus alterum ab altero dividentia; sic enim antiquis mos erat, & apud quosdam etiam nostrorum. 16 Hoc est proprium invite de Patria, aliove loco discedentium. Sic Æneas apud Virg. 5. *Flüctusque atros Aquilone secabat moenia respiciens, quæ jam infelicis Elissæ collucent flammis.* 17 Qui *omnia vincit improbus.* 18 Ruricultorum labor maxime in causa est, ut fœcunda sit terra, quæ quo plus colitur, eo fertilior est, unde ille apud Plinium ad judices maxima instrumenta rustica, & valentes boves, & robustissimam Filiam attulit, dicens illa esse instrumenta magica, quæ ipsi objiciebantur.

Digitized by Google

DECLAMATIO. ætas: abiere vires, sensus meus, defectaque labore senectus, magna pars mortis nihil mihi reliquit, nisi diligentiam. Circumspicienti, quod conveniret opus invalidæ senectutis curæ, succurrebat sequi pecora, fœtuque placidi gregis paupertatem tueri, sed ex omni parte circumjectus divitis ager vix tenuem ad gressus meos semitam dabat. Quid agimus? inquam. Undique vallo divitiarum clausi sumus. Hinc hortuli locupletis, hinc arva, inde vineta, hinc saltus, nullus terræ datur exitus. Quæramus animal quod volet. Nam quid apibus invenit natura præstantius? [19] Parcæ, [20] fideles, [21] laboriosæ. O animal simile pauperibus! Et sane dabat occasionem mihi opportunitas hortuli mei. Est namque positus ad ortus solis hyberni, apricus, omnibus ventis medius. [22] Fusus ex proximo fonte rivus, crepitantibus inter radiantes [23] calculos aquis, utrinque ripa virente præterfluit. Satis consiti [24] flores, & viridis quamvis paucarum arborum coma, nascentibus populis prima sedes, unde ego frequenter consertum novæ juventutis agmen ramo gravescente [25] suscepi. Nec me tanta capiebat voluptas, quod fluentia ceris mella conderem, quod ad sustinendas paupertatis impensas deferrem in urbem, quod divites emerent, quam quod adversus omnia luctæ tædia ætatis habebam senex quod agerem. Juvabat aut lenta vimina vernis sectibus texere, & ne æstivus ardor, aut hyberna vis gravidam ANTILEGIA. ne Dives liberum animal, ac noxium intra suum privatum occidere. Nolo tamen iniquiorem me, quam cum admonui de Apibus, inimicæ patiaris. Quid ultra quæris a Divite longioris patientiæ signum, postquam damno affectus, provocatus, conscientiam suam adversus calumnias Pauperis tueri formula non recusat?

Sentio nunc, Judices, levissimam esse fortunæ nostræ calamitatem, quod inoertis tot casibus, & mortalium rerum certis vicibus late patentes, quo altiori humanæ beatitudinis loco constituti, eo graviorem lapsum, immanioremque ruinam expavere debeamus. Una est felicitatis nostræ misera conditio, una labes, unum discrimen; Pauper vicinus. Vicinus utique, qui tenuitatis suæ humilitatem dedignatus, & sive superbiæ stimulis, sive invidiæ sollicitus, supra conditionem suam extolli se putat, si majestati Divitis, & fortunæ, audacia, impudentia, insania denique insultet. Prima igitur maligni livoris jacta sunt tela in meos flores, utique plus invisos, quod fuimus hortulis viciniores. Maxima tamen nostris opibus innocentiæ laus est, quod criminator invidus Pauper non invenit de quo quereretur, nisi flores pro injuria vindicatos. Habuit etenim in hortulo suo vicinus meus alvearium, dicetem Paupertatis, non invidiæ solatium, si probare posset, de meis floribus melius, quam per Apes vindica-

19 Quare Aristot. 9. de Hist. Animal. c. 40. *Quod enim cibi causa sibi recondiderint parcius eo tempore bus ceteris utuntur.* 20 Vel Regi suo; nam *Rege peste consumpto mores plebs ignavo dolore, non cibos convehit, non procedit* &c. Plin. lib. 11. cap. 18. & Arist. 9. de Nat. Animal. cap. 40. *Si cum pergunt Rex ipse forte aberraverit, omnes inquirere, odoratuque sagaci persequi, donec invenient necerpimus* &c. vel locis, & casis suis; unde Virg. Georg. 4. *Et patriam fetæ, & cervus noverit penates.*

21 *Illæ ad usum vitæ laborem tolerant.* Plin. cap. 5. & 18. *Opere, ac labore præstantes.*

22 *At liquidi fontes, & stagna virentia musco adsint*, &c. Virg. 4. Georg. 23 Supra quos rivus fluit; sed necesse est ut aliqua saxa promineant; unde Virg. 4. Georg. *Grandia conjice saxa pontibus ut valeas possis consistere* &c.

24 *Hæc circum casia virides, & olentia late sesamis, & graviter spirantis copia Thymbræ* &c. Virgil. Georg. lib. 4. *Cunas autem ex omnium arborum, floribusque floribus consiguns, excepta tumice, & chenopede.* Plin. l. 11. c. 8. 25 Ad instituendum novum alvearium.

Digitized by Google

ANTILOGIA. dicari se potuisse. Evolabat quotidie infestum agmen in privatum meum, & quibusque floribus incumbens, quidquid olentius, quidquid purius, quidquid de cælesti nectare trahens, ad nocentes favos, & avaras cellulas referebat. Quod in hortulo meo nascebatur, quod tam sollicite cultum in curarum nostrarum solatia neque superba, neque nocentia ferebat solum, id omne Apibus præda erat; Flores mei non mihi, sed Pauperi germinabant. Quis me vetat, flores meos etiam diligentius, quam par sit custodire, cum Pauper Alvearia suo sic indulgeat, Apes suas ita pascat? Explicet nunc vobis inimicus ipse ordinem ultionis meæ. Neque enim illico prædantium animalium necem meditatus, aut Pauperi iratus sum; ipsum jam putabam consulturum, ne mihi vicinus noceret: unum dico, contumax Apum rapina tam longam vicit patientiam. Vocavi Pauperem, & admonui, mitius fateor, quam opus erat ut superbus invidus homo flecteretur, ut indulgeret inimico, & tanti solatii sui ipse ultro perderet ministeria. Sed boni homines credulitate innocentissime peccamus, dum quoscumque credimus in bonum pronos, & faciles; & nefariorum, præcipue Pauperum, iste mos est, ut precibus surdi nonnisi ex pœnæ formidine moveantur. Pudeat jam inimicissimum mortalium criminationis; quidnam deest conscientiæ meæ patrocinio, si me ipse tam inique lacessivit? Quid agerem, Judices, non ut flores meos, sed dam penetraret alvum, [26] hiantes rimas tenaci linire fimo, aut sessis apibus ultro præbere mella, aut [27] fugiens examen ære terrere, aut [28] bella sedare pulveris jactu: tum ne quid periculi saltem singulis esset, avidas longe fugare [29] volucres, & arcere parva dictu [30] animalia, reclusas interim scrutari apium domos, ne per vacuas alvos fœda [31] pestis insidiosas texeret plagas. Dederam laboribus meis justam senex missionem, habebam quæ pro me opus facerent. Quo non penetras, livor improbe? Quidve scabræ malignitati clausum est? Invidit pauperi dives. Cum evocasset me subito trepidum, totoque fortunæ suæ strepitu circumsletisset: Quid tu, inquit, non potes imperare apibus tuis, intra privatum volent, ne hortorum meorum floribus insideant, ne in meo rorem legant? Remove, transfer. Impotentissime tyranne, quo? nunquid tam latum possideo agellum, ut illum apes transvolare non possint? Neque tamen tantum inerat pectori meo robur, ut non perturbarer denunciatione notæ impotentiæ. Volui relinquere avitos lares, & conscios natalium parietes, & ipsam nutriculam casam, jamque pauperem focum, & fumosa tecta, & consitas meis manibus arbusculas [32] destinatus exul decreveram. Volui, judices, decedere, volui, sed nullum potui invenire agellum, in quo non mihi vicinus dives esset. Nec tamen licuit diu quærere. Forte [33] serenus pura luce fulserat dies, & hilaris matutini solis tepor ad quotidiana opera lætius solito agmen effuderat. Quin

DECLAMATIO.

26 *Levi rimosa cubilia Fimo unge* &c. Ipsæ vero Apes etiam sibi illinunt alvearia. Plin. l. 11. c. 6. *Alvearum ipsum intus totum ut quodam tectorio illinunt* &c. idem affirmat Aristot. lib. 9. c. 40.

27 *Gaudent plausu, atque tinnitu æris, eoque vocantur.* Plin. lib. 11. cap. 20.

28 *Sin autem ad pugnam exierint*, &c. *Certamina tanta pulveris exigui jactu compressa quiescent.* Virg. 4. Georg.

29 Quas longe ab Alveariis esse, necesse est. 30 Vespas, crabrones, muliones, ex Plin. l. 11. c. 18.

31 Puta Aranem. 32 Alii libri addunt *transferre*, ex imperitia puto correctorum.

33 Diebus tantum serenis, Apes evolant ad flores; unde & ipsarum agmen extra alvearium, signum est serenitatis.

Digitized by Google

DECLAMATIO. Quin ipse spectator operis (præcipua namque hæc mihi voluptas erat) processeram, sperans fore ut viderem quemadmodum aliæ libratæ pennis onera conferrent, aliæ deposita sarcina in novas prorumperent prædas, & quanquam angusto festinaretur aditu, turba tamen exeuntium non obstaret intrantibus, aliæ militaribus castris pellerent [34] vulgus ignavum, aliæ longum permensæ iter fatigatæ anhelitum traherent, hæc ad æstivum solem porrectas panderet pœnnas. Miserum me, ignoscite modo gemitibus meis. Non flosculos perdidi, nec caduca folia proximo lapsura vento. Apes cum volarent, suffugium tenuitatis meæ, solatium senectutis amisi. Nunquam me alias pauperem putavi, triste me excepit, expectatque silentium, & inanis alvei inchoata tantum opera, & rudes ceræ. Vos, Judices, æstimate quatenus recipiatis hunc affectum meum. Libenter bibissem, si invenissem venenum. [35] Hoc mihi damnum non brumæ glacialis penetrabilis rigor, non suppressi longa siti flores indixerunt, jejunam miseris famem, non aviditas injusta domini nihil melliis reservantis: non æqualis fessas morbus invasit, non damnatis sedibus suis avias fuga petiere sylvas. Apes pauper miser in opere perdidi. Paravit homo nefarius ante omnia tantum veneni, quod posset & divitis [36] hortis satis esse, & linivit flores maleficis succis, & in venenum [37] mella convertit. Sparsit omnibus floribus mortem, & quanto plura interum corrupit, quam [38] quæ apes abstuliſſent? Illæ studio quotidiani operis sed ut me ipsum vindicarem? Adhuc lentius, mitius, accusabo jam infirmitatem meam, vilius egi. Vicit in contumeliam nostram audaciſſimus pauper; hortuli mei tantum ultionem peregi. Vindictæ modum quæritis? Noxias Apes intra suas sedes, inter opera ex meo constructa, ne aggrederer ut debebatur, dissiparem, exurerem, mitis animus prohibuit; reliqui ipsis Apibus libertatem vindictæ meæ. Si non veniebant ad prædam, jam nullatenus vindicabar. Delinivi flores meos veneno, quod potuerunt non ebibisse. Eat nunc Pauper, Divitis immanitatem prædicet, & illatum sibi damnum invidiosis verbis exaggeret; antequam necarem Apes suas, flores meos vindicandos occidi. Sed jam veniamus ad causam, quam utique in duas quæstiones, damnum ne sit, injuriane datum, censeo esse dividendam. Quæro igitur quod damnum est liberum animal, ac vagum occidere? Ullum hominem non reum esse, ullum non inferre damnum vix credas, cum nulla prætereat dies absque hujuscemodi cujuspiam animalium leviſſima cæde. Detrahemus jam fas omne venationibus, quas liberum hominis cujusque solatium nulla Lex severa prohibuit, & quam tot sæcula dedere innocentiam improbi hominis vesana contentione negabimus. Quid volatilium non occiditur, quid non aucupiis libertati suæ rapitur? Flumina, maria ut passim depopulamur, neque tamen ullus hactenus inventus est, qui piscium prædam in damni dubium voca- ANTILOGIA.

34 Fucos, qui sunt veluti servitia Apum, ignavi, sine aculeo. Plin. lib. 11. c. 11. Sed qui plura de Apibus quærit, videat Virg. 4. Georg. Arist. 9. de Nat. Anim. cap 40. Plin. l. 11. Var. de re Rust. lib. 3. cap. 16 Colum. lib. 9. cap. 1. & alios.

35 Alii libri habent *hoc mihi damnum non brumæ glacialis penetrabilis rigor, non suppressi longa siti flores induxerunt jejunam miseris famem, non aviditas injusta domini nihil mellis reservavit*, &c. & puto genuinam lectionem. 36 Vastissimis, & innumeris floribus pleni.

37 Quod Apum ore decerptum ex ipsarum industria, in mel erat commutandum.

38 Omnes corrupit flores; quas Apes nihil potuissent corrumpere, nihil lædere, cum insensibile sit, quod a floribus tuleruntur.

Digitized by Google

ANTILOGIA. vocaret. Quidquid igitur animalium ad medicinam, & usus nostros, quidquid ad delicias, & lautos epularum apparatus solertia hominum capitur, innocentiæ nostræ pretium exiget; & dum vivimus, dum labores partimur, dum fruimur, & pascimur, illud erit naturæ contumelia, quod ejusdem utimur beneficiis? Jam non video quomodo se possit defendere humanitas, si damnum est animalia libera occidere. Quæritis, sintne Apes ejusmodi? Transeo quod eadem conditione Libertatis sunt genitæ, quod passim aut terrenis in specubus, aut in arborum truncis suis intentæ favis vivunt; Pauper ipse ubi invenerit, quomodo sui juris fecerit fatetur. Quid opus verbis est, Judices, ut scelerati Pauperis pateat iniquitas, cui liberum animal Apes fuere, mihi non item esse contendit? Sed fortasse Pauper objiciet, perire animalibus libertatem, cum in potestatem hominis ex usu pervenerint, vel ipsius industriæ facta sint pretium. Ita profecto; & illa quidem cohibet magister impositus, ut alienæ auctoritati eripiantur, & sic futuri damni certitudo lædentibus. Quis vero in hujusmodi animalium comparationem trahi Apes patiatur, nam quid simile invenitur in ipsis? Velim mihi dicas, cur non his quoque custos adsit, nisi quod penitus extra imperia sunt positæ, & cujusque rapinis, insultibus, voluntati denique sunt obnoxiæ? Præterquam quod animalia quælibet natura quidem libera sunt; si tamen aliqua humani juris fieri passa ris excitatæ, ut primum aurora lucem vocavit, in assueta miseræ pascua volant, ut antequam noctis humorem radii Solis ebiberent, matutinos legerent rores, & cœlestes aquas ad horreum ferre possent, 39 nec sibi, sed operi biberent. Hic triste spectaculum, & tantum non ipsi qui fecerat, miserandum. Illa ad primum feralis succi hausturn insolito consternata gustu fugit, sed fugisse 40 nihil prodest. Illa longiores expetitura pastus in altum tollitur, vitamque in aura relinquit. Hæc primo statim flosculo immoritur. Illa rigescentibus morte pedibus exanimis, sicut hæserat, pendet. Alia defecta nisu volandi adhuc per terram languide repit. Si quas tamen usque ad sedem suam distulit mora lentior, sicut ægræ solent sub ipsis pendere portis, in globum nexas, & mutuo amplexas mors sola divisit. Quis figurare possit, quis dicere, quam multas mali formas, quam varia lethi genera fecerint tot mortes? Semel, ut ipse tristem finiam expositionem, dicendum est, omnes perdidi. Celebre illud alvearium, & domino suo notius, ad nihilum recidit. * Audete nunc lacessere divitem, quibus vitæ 44 causa supererit, exerite libertatem fortibus verbis, si quid offenderit, & quod difficillimum fuit, jam expertus est venenum. Quod si mihi fortuna vel 42 ingenii vires, vel 43 suas dedisset, crimen istud non privatam taxationem formulæ merebatur. Venenum leges habere, emere, nosse denique vetant, inevitabilem pestem occulta fraude grassantem. Male hæret ibi innocentia, ubi

DECLAMATIO.

39 Neque enim melle pascuntur, sed quadam alia materia, quam in alimenta sua sibi parant, vide supra notatos Auctores. 40 In ipso enim volatu decidit.

* Descendit ad confirmationem, ante quam profitetur, quod si non tenuioribus viribus esset, alia quæstione certaret, eum Divitem nimirum accusans de usu veneni, quod a Legibus adeo vetatur, quod ut datum est Apibus, sic dari potest & homini; & sic dicens se id tractare non velle manifeste vasatur. Diviti enim Judicum odia & suspiciones conciliat. Ait igitur circa hoc versari se tantum, sitne licet damnum, sitne injuria datum, quod Dives intulit, & quorum utrumque Dives ipse negat.

41 Aut ex simplici vivendi desiderio, aut ex aliqua necessitate, v. g. fame, Patriam jurandi.

42 Fortasse eloquentiam validam; vel intelligo voluminosiores spiritus. 43 Opes, nobilitatem, in quibus par Diviti fortius possem contendere.

Digitized by Google

DECLAMATIO. ubi in poteſtate eſt ſceretum ſcelus, velut venenum, & quidem præſentaneum, inventum, compoſitum, datum eſt. Quantulum intereſt quis biberit? Homo dedit, & homini dari poteſt. Non adeo deſunt odiorum cauſæ, ut jam rara ſimultas ſit: & ut videatur aliquis nihil magis, quam malos odiſſe, libebit aliquando longius manum porrigere, & indulgere animis. Credite mihi Judices, difficilius eſt venenum invenire, quam inimicum. Sed me conſcia mediocritatis infirmitas intra meas tantummodo continet querelas, nam damnum id eſt, Judices, graviſſimum. Pauper vulnus accepi, quod mihi diutius deflendum apud vos, quam probandum eſt. Nam coarguendis quidem criminibus quis labor eſt adverſus 44 confitentem? Habent divites hoc quoque contra nos contumelioſum, quod non tanti videmur, ut 45 negent. Porro qui confeſſum defendit, non abſolutionem ſceleris petit, ſed 46 licentiam. Longius iſta, quam timui, quæſtio pervenit, non de præterito tantum litigamus: hoc agitur, ut etiam ſi quid forte reparavero, iterum diviti liceat occidere. In duas enim, quantum animadvertere potui, quæſtiones dividit cauſam, an damnum ſit, & an injuria datum. Negat eſſe damnum, quod animal liberum, & volucre, & vagum, & extra imperia poſitum perdiderit. Negat injuria datum, quod in privato ſuo, quod eas quæ ſibi nocerent, extinxerit, poſtremo quod ſparſo tantum per flores veneno ipſæ apes ultro ad mortem venerint. Ut nihil eſſet quod his poſſem reſpondere, æquum erat inter 47 vicinos ſa eſt, ex ipſa animalium qualitate, hujusmodi numquam eſſe volatilia qui's dubitet? Quid enim adeo ipſis indulſit, dum tam valentia libertatis inſtrumenta largita eſt, ſi nihilominus eadem ſervire patiatur? Inſpice jam, quodcumque animal plus homini inſervit, quam minus valet ut ſe ſe vindicet in libertatem. Quam lentos voluit eſſe natura boves, quibus quid ad vitam utilius? Velociores fecit equos, quod ipſis homini minus opus eſt. In ſumma, quodcumque videris ad libertatem valentius animal, illud profecto extra hominis imperia plus erit, ita ut in volatilia nullam eſſe homini crediderim auctoritatem. Verum, ut blandiar Pauperi, ipſius induſtriam circa Apes requiro; quos in nutriendis, aut cuſtodiendis labores ſuſtinuerit, quas paſſus ſit difficultates, quantum temporis in inſtruendis inſumpſerit, qua diligentia, aut leviſſima prorſus ſollicitudine ipſi opus fuerit, interrogo. Nimirum ipſæ ultro abeunt in paſcua, ultro redeunt, partus ipſæ fovent, atque educant, favos ſine ullius juſſu, aut ope conſtruunt, neque video quam homo conferat induſtriam, niſi occidendis. Videte quam liberæ Apes ſint, & quam acriter libertati ſuæ ſtudeant. Ab homine nihil prorſus requirunt. Ubi eſt qui ſuum in Apes allegat imperium, veluti pretium ſui laboris? Quanto ego plus præſtiti floribus meis, quos negat Pauper eſſe vindicandos? Adde quod cætera libera animalia alieni juris facilius fiunt, quod ita videntur eſſe a natura inſtituta, ut inſerviant hominibus, ut ſi- ANTILOGIA.

ve

44 Adverſus eum, qui fatetur ſe illud admiſiſſe, ut fatetur jam Dives.

45 Qui accuſatus ab Adverſario, negat crimen objectum, videtur adverſarium ipſum timere, quare & ipſi videtur inferior. Divites igitur non faciunt tanti Pauperes, ut quod objiciunt ipſi negent, ſed fatentur, ne videantur ipſos timere, & ideo ipſis veluti ſe ſubjicere.

46 Cur enim qui facinus admiſit, ſit reus pœnæ illius, quam juxta factum Lex præcipit, qui defendit jam ferentem probat licere homini impune peccare.

47 Inter quos mutuus amor ſolet intercedere.

Digitized by Google

ANTILOGIA. ve labores allevent, sive necessaria vitæ ministret alimenta. Apes quis in hominum usus transtulit nisi qui parsimoniæ innocentiam dedignatus invenit arte palato delicias, vitiis oblectamenta; & innocentis naturæ suaves cibos mensarum nostrarum libidini, corruptoque gustui inservire voluit? Sed quid naturæ scrutamur consilia? Non video quid inter Apes interfit, & parva cætera animalia, quæ nullus in usus vocat, nullus sui juris facit. Si considerare velimus causæ nostræ difficultates, non queritur Pauper Apes occisas, non sibi damnum illatum, non spoliatam subsidio Paupertatem; sed & vos tantæ causæ, Judices, veluti sibi faventes, & infensum sibi divitem, veluti conscientiæ suæ non securum irridet. Fatebor jam, esse damnum Apes occidere? Quis ultra contendat, illud homini in privato suo non licere? Addunt utique possessiones suæ, & privati juris spatia aliquid auctoritatis, & cum adversus noxia quæque etiam ubique liceat ulcisci, lacessiti tamen laris contumeliam potiori, neque nefario jure vindicamus. Inde est, quod animalibus quibusque suas intra caveas, cellasque plus inest audaciæ, plus virium (nam de homine quis dubitet, cum tam audaces intra sua tuguria sint Pauperes?) ideo cinos sic agi? * Sed excutiam singula, nec prius meis argumentis nitar, quam diversa repulero, quoniam quidem quæritur, an damnum sit perdere quod lucrum est habere. Liberum est animal, puta, non dico fœtus meis manibus exceptos, & in tutam conditos sedem, & reservatis ad supplementa generis favis examen vernaculum, quoniam quidem tyrannorum jura defendis, natos in privato meo: puta me vel inanis arboris trunco, vel cavis inventos petris, domum favos retulisse: multa nihilominus quæ libera fuerant, transeunt in jus occupantium, sicut venatio, & aucupatio. Nam ut cætera animalia hominum causa finxerit Providentia, quod omnibus nascitur, industriæ præmium est. Quid autem non liberum natura genuit? Taceo de servis, quos bellorum iniquitas in prædam victoribus dedit, iisdem legibus, eadem necessitate natos. Ex eodem cœlo spiritum trahunt, nec natura vilis, sed fortuna dominum dedit. Cur infrænatis equis victor insidet? Cur injusto quotidie jugo boum colla deterimus? Cur in usum vestium sæpe pecori lanæ detrahuntur? (taceo de sanguine, & epulis per [48] mortem paratis) Si omnia quæ libera generantur, naturæ demus, [49] definitis divites esse. Si vero hæc conditio est, ut quicquid ex his ani-

DICEO MATIO

* Confutat primam partem quæstionis, in qua dixerat Dives non fuisse damnum, quod Apes liberum sint Animal &c. quia multa quæ libera fuerunt transeunt in jus Dominantium, ut ex venatione, & aucupiis; quare licet v. g. inventos favos tantum in trunco retulisset domum, fuissent sui juris, multo magis erunt autem cum in domo sua ipsos habeat, cum Apes educat, &c. 2. quia omnia natura quinimmo libera sunt, & tamen alieni juris fiunt per victoriam homines; sic equi, sic boves, sic pecudes &c. & liberi alienæ dominationi serviunt, & quidem sine ullius contentione, cum ita institutum sit, ut sit proprium habentis quod in ejus usus cessit; 3. quia respondere Dives ad hoc poterat, armenta pecudum, equorum, vaccarum &c. cohiberi magistro impositio, unde non esse libera, ait, quod & servi fugiunt, & pecora disperduntur, quare hæc abierunt igitur extra jus antea habentis, quod si illa non libera sunt, quia magister ipsa cohibet, & domum reducit, & hoc Apes sine magistro præstant, quæ fideliter in alvearia redeunt &c. 4 quia ipsarum licet non sit certa possessio dum volant; tamen sunt in potestate habentis cum revertuntur, & licet dicantur posita extra imperia, tamen obediunt quantum potest animal irrationale; 5. quia si mel ipsarum factum est Pauperis quod nullus negat, quomodo non erunt Apes? 6. quia si ipsi alvearium raptum esset, non fieret quæstio solum de illo ligno, sed sane & de inclusis Apibus; 7. quia reditus suos perdidit, quia ipsi raptum est id cujus fructu vivebat; 8. quia si Apes habere adhuc voluerit eruendæ erant.

48 Tot animalium. 49 Illa enim perditis, quæ ex argumento tuo libera esse colliguntur, unde non plus erunt propria Divitis, quam alterius.

Digitized by Google

DECLAMATIO. animalibus in usum hominis cessit, proprium sit habentis: profecto quicquid jure possidetur, injuria aufertur, ut volucres mites, & aliæ quæ per rusticas villas, quæque ditibus cellis saginantur, in quibus tamen domini ambigua possessio est, & vaccæ, & armenta, & omne pecudum genus. Sed illa impositus cohibet magister. Pejus ne domino in iis jus est, quibus custode non opus est? Nam si hoc dicitis, nihil esse nostrum quod perire possit, ex nullius animalis damno hæc edi formula potest. Nam & errare pecudes solent, & fugere quotidiana mancipia. Si hoc in cæteris non obstat, vagari tu nolles apes, in opus exire, & ad quotidianum censum laboris assidui non detrectare militiam. An non ipsæ domum sua sponte revolant, finemque laboris sui sole metiuntur, & omnis intra solitas domos turba conditur, noctemque modesto silentio trahunt? Age porro, ut non sit earum certa possessio dum volant, nempe quia cum remearunt, concludi, transferri, donari, vænire possunt, in potestate sunt. Quomodo autem potest sine damno meo perire, quod quotidie meum est? At extra imperia positum est. Mirum hercule, si negato commercio sermonis humani, sunt in cæterorum animalium forma. Tamen quam dominus dedit, incolunt sedem, lascivientem luxuria fugam tinnitu compescimus. Etiamsi diversis regibus coorta seditio ad bellum inflammavit iras, exiguo pulvere, vel unius pœna ducis resedit omnis tumor. Illa vero admiranda sedulitas, quod operi totus insumitur dies, in dominorum reditus ablata supplentur. Age si obsequi possent, quid amplius imperares? Intelligo his vanis ultra necessitatem esse responsum. Si non sunt apes meæ, ne id quidem quod his efficitur meum est. Atqui nulla unquam inveniri potuit impudentia, quæ fructus mellis in dubium ideo natura, sive naturæ instinctum secutis legibus ita ipsius innocentiæ consultum est, ut ibi noceat impune, ubi indignior sit contumelia. Quod providentiæ consilium, si cui favet, maxime profecto divitibus: nam si nobis non licet contra audacissimos Pauperes vitam, fortunasque nostras tueri dum intra lares ipsos insultant; quantum favemus audaciæ, ut sese contra nos extra terminos nostri juris exerceat? Adde quod si mihi quotidianus prædo aut vastaret agros, aut meliorem segetum auferret partem, aut simile aliquid intra privati mei terminos admitteret facinus, quæ lex, quod Tribunal damnaret ultionem, cum præcipue nullus obstandi modus supereset? Puta jam nos esse in pari casu nocentis, sicuti ratio damni par est. Decerpebant flores meos, ipsam suaviorem, ipsam quam optabam partem audacissimo volatu selectam referebant ad Pauperem; an vero aliter audaciorem in dies rapinam sistere potuerim, dicat Pauper, qui noluit Apes transferre. Sed pudeat tam iniquæ comparationis. Si fas est hominem aliquando occidere, de cæde Apum quis quærat causam? Putate jam, quod intra privatum meum non occiderim. Adversus inferentem damnum hæc ultio fuit. Adhuc ne Pauper nobis insultat, qui tam præclara vindicta gaudet? Ipsi ne licuit invidiam suam, ac superbiam ulcisci cum nobis rogantibus non obediit; diviti autem provocato minor contumeliis ultio paucarum Apum morte negabitur? Ipsæ nobis leges, ipsæ contra nefarios ministrant arma, & ne sit sola judiciorum formido sceleribus, quemque hominem esse voluerunt sui doloris ultorem. Ita & prædones, & sicarii, & fures occiduntur impune, ne boni homines insultibus improborum obnoxii innocentiæ ignavia damna quælibet paterentur, ANTILOGIA.

Digitized by Google

ANTILOGIA. tur, & nova fieret probitati contumelia, quod nunquam vinceret. Quid plura? Si, quotiescunque Pauperes nobis insultant, ad leges, ad judicia confugimus, numquam erit contentionum finis, numquam nos sinet audacissima hominum invidia requiescere. Ideo, ne major lite sit strepitus, ne vilibus causis tribunalium majestas polluatur, in levissima re quisque est sibi Judex. Neque jam inimice queraris, iniquius me vindicatum. Postquam Apes tuæ flores meos decerpserant, nihil tibi æquius contingere poterat, quam ut quidquid nocuerat occideretur. Unum, fateor, unum recte minus admissum est, quod occidi animal innoxium, sola domini sui, malignitate scelestum; & male peperci homini, qui suas Apes fecit nocentes. Quæritis in quo mihi nocuerint Apes, quid corruperint, quid abstulerint? Non evertere reditus, non depopulatæ sunt agros; flores meos decerpserunt. Namque non ebibunt modo pendenti volatu superfusum rorem; verum & ipsos cædunt flores, & pedibus aggerant, & sarcina intra alvearia reportant. Hoc ipso jam quod cælestes aquas exsugunt in ipsis, nonne tum suavissimam, ac purissimam partem auferunt, tum delicatius illud alimentum, & pugnantis aquæ contra Solis radios humidum tegmen? Vis scire quam potissimam tollant de floribus partem? Illam utique, quam ne recipiant insecti tota nocte clausi aditum aliis humoribus negant, cui statim se se totos affundunt, & expansis vocaret. Hoc ergo fieri potest, ut quod nascitur, meum sit: quod generat, alienum? Age, si mihi alvi furto abessent, utrum nulla daretur actio? An viminis modo, vilisque texti pretium formula taxassem, & perinde agerem, quasi inanes perdidissem? Nisi fallor, esset æstimatio & apum. An tandem quas surripere non liceret, liceat occidere? Non est damnum, quod exutus sum, quod reditus perdidi, quod annuos fructus præsidia paupertatis amisi? Non est damnum id perdidisse, quod (ut proximo utar argumento) si habere voluero, emendum est? 50 Quid ergo tibi opus est maleficis succis, cum liceret palam trucidare, & plenos vel cremare igni, vel aquis immergere alvos? An est aliquod animal, quod non liceat nisi venenis occidere? * Ut damnum sit, inquit, jure tamen feci in privato meo. Per fidem vestram, Judices, succurrite exemplo, non sufficit his partibus unus rusticus pauper, obviam publice eundum est, & objiciendæ adversus nascentem licentiam consensu manus. Credite mihi, major 51 lite 52 quæstio est. Hoc vobis hodie judicandum est, ubi scelus facere non liceat. Nam cur non hoc idem de homicidio respondeat, cur non de latrocinio? Non enim 53 jure ista, sed modo differunt. Aperitur ingens funeri via, & obluctantia diu legum velut claustris scelera porta prorumpunt. Si in privatum jura non veniunt, & in manifestissima quaque noxa non de facto quæritur, sed de loco, non æqua portione cum sceleratis terras divisimus.

DECLAMATIO.

cir- Ubi

50 Ultimum argum. si liberum iterum animal Apes meæ sunt, quare non est mihi damnum illatum, cur occidisti ipsa veneno, occulte scilicet, quod facinoris conscius, cur non palam?

* Confutat secundam partem confirmationis Divitis dicentis, non esse, licet sit damnum illud, injuria datum. Primum autem argumentum est Divitis, quod fecerit in privato suo. Resp. 1. Ita posse defendi & latrocinium, & homicidium, sicuti defenditur venenum; 2. maximam viam sceleribus aperiri, nam cum liceat ipsa in privato suo cuilibet admittere, innumera Divites impune patrare poterant, cum tam latæ ipsorum sint possessiones. 51 Lite præsenti, quæ agitur inter nos de Apibus.

52 Quæ oboritur ex hoc patrocinio quo Dives utitur; nimirum liceat ne alicui in privato suo scelera committere, quæ quidem quæstio magni momenti est.

53 Æque enim scelera ista sunt, & injuriæ.

Digitized by Google

DECLAMATIO. Ubi enim non jam divitum privatum est? Parum est proximos æquare terminos, & possessiones suas velut quasdam gentes fluminibus, montibusque distinguere. Jam etiam devios saltus, & sylvas vasta solitudine horridas occupant totas, atque intra paucorum umbram latent, e finibus suis populus excluditur, nec ullus procedentis finis est, 54 nisi cum & in alterum divitem inciderit. Adhuc tamen spolia transeuntium, & abacta pecorum greges, sub hoc titulo defendebantur, jam privati veneni transcriptio est. Iterum ac sæpius, Judices, admoneo, considerate, discite, aut 55 nihil usquam contra jus licet, 56 aut in privato omnia. * At enim adversus inferentem damnum justa ultio fuit. Dicam nunc quam iniqua sit invicem injuriæ compensatio, quamque non solum legi adversa, sed etiam paci. Barbarorum mos est populorum, quos procul omnis juris humani societate summotos proxima belluis natura efferavit. Nos ideo magistratus legesque a majoribus nostris accepimus, ne sui quisque doloris vindex sit, & assiduæ scelerum causæ se refellant, si ultio crimen imitabitur. Damnum accepisti. Erat lex, forum, judex, nisi si vos jure vindicari pudet. At mehercule jam ad arma mittimur, & instituitur pernicioſa nocendi contentio, & in vicem legis ira succedit. Premetur quidem obnoxia infirmitas, & paucorum dominio subjecta plebes triste servitium perferet. Est tamen 57 nec pauperibus interim dolor, & ut facilius nobis noceri potest, ita vobis 58 latius. Postremo placeas licet tibi opum tuarum fiducia. Dives, si mihi 59 invidere non expedit circumquaque foliis toto nisu veluti & ultra excepturi procurrunt, exsurgunt, reviviscunt. Tolle matutinas aquas, flores jam perierunt. Non exaggerabo nunc, Judices, conditionem hortuli mei; satis sit credere summa diligentia utique custodiri meruisse, cum & alvearium tanta curæ servatum tanta sollicitudine vindicetur. Utcumque sit, nihil mihi certe meis floribus carius, nihil delitiarum blandius; & tunc maxime sensi propensiora studia mea fuisse, cum suas Apes cœpit Pauper infensus immittere. Unum hoc minus hortuli mei maritum fuit, quod fortunam meam innocentem fecit, & ideo vicino meo despiciendam. In hoc enim possessionum mearum spatio veluti selecto cupiditatibus termino ab omni ambitu fastuque removens figebam animum, & tot perlegens humanæ testes caducitatis, a votis omnibus quæ veluti perennaturi molimur castigatam mentem revocabam. Flores mei fecerunt, ut tarde dolerem, ut admonerem blande Pauperem, ut leviſſime vindicarem. Quam felicem mihi præstiterant innocentiam si non adeo sceleratus fuisset vicinus meus! Proclamo jam, interrogo, cui videatur iniqua ultio florum damnum etiam voluisse pensare; aut quis ferat tanto strepitu animalia vindicari, quæ in ipso scelere occisa sunt? Sed jam fuerit levis

ANTILOGIA.

54 Neque enim Pauperes ipsis possunt obstare. 55 Ut damnum mihi illatum a Divite erit cum injuria. 56 Et sic *Aperitur ingens funeri via*, &c. ut supra.

* Secundum argumentum Divitis est, istam fuisse ultionem adversus inferentem damnum. Resp. 1. iniquissimam prorsus, & barbarorum propriam esse injuriæ compensationem; 2. potuisse Divitem vindicari per forum, ideo etenim statutæ sunt Leges, ne quisque ultor esset doloris sui; 3. jam hoc modo vindictæ armis jam omnia peragenda, & iram in locum Legis succedere.

57 Alii habent &, male prorsus; sensus etenim Pauperis utique est, quod obnoxia sit licet infirmitas, &c. tamen non dolet, quia & Divites læsi possunt, & quidem latius.

58 Ex magno numero rerum quas possidetis, quarum quælibet læsi potest. 59 Alii Libri habent *vivere*; vide quam depravate.

Digitized by Google

ANTILOGIA. vis præda, & exiguum hortulo illatum damnum; quod negare non potes, certe Apes tuæ aliquatenus nocuerunt. Addo modicam licet causam, in comparatione tamen occisarum Apum summam: flores meos ante me legebant. Doceat nunc ipse Pauper mitiorem, æquioremque ultionem, si flores divitis vindicari possunt levius, quam cæde Apum. Spectate nunc animum meum, & ultionis iniquitatem expendite: Apes occidi, postquam ipsas Pauper servare noluit. Quis sibi illatam contumeliam jure queratur, postquam ut caveat admonitus superbe nimis ipsius fovere causam non desinit? Quisque sibi damnum objiciat, cui cum se potuerit eripere recusavit, & concitatæ auctoritatis indignatione merito premitur qui precibus æquissimis contumax non indulsit. Debebatur equidem ultioni nostræ, ut non parcerem homini, qui suas Apes intra meum privatum immiserat, & licet pro merito vindicari noluissem, levissimum genus erat pœnæ Apes illico intra Pauperis casam occidere. Admonui tamen vicinum meum, & denunciavi, ut transferret. Plusne superbiæ igitur esse dicam divitis, quem læserit, monitis, jussibus non obedire, an impudentiæ illius incusare vindictam, quam ipse concitaverit? Dicat jam Pauper quæcumque valet audaciſſimæ malignitatis ingenium, & iniqua remunerandi vice pedit, pares sumus. * Quid ergo? Si quid tibi damni attulissent apes meæ, non mihi auferretur ratio, sed forsitan aliqua daretur & tibi. Nunc vero quid quereris? Credo depopulatos agros, eversosque reditus. Non enim debet leve esse damnum, quod [60] dives ferre non possit. Decerpebant, inquit, flores meos. Ecquid intelligitis, Judices, quanto dolore dignum sit, quod ego perdidi, si etiam hoc damnum est, flores auferre? Ita plane. Alioqui tu illos in vetustatem reservabas, & durarent adhuc, nisi ad hortum tuum apes venissent. Cujus rei inveniri potest brevior ætas? Namque dum immaturos exterior alligat cortex, nondum dixeris florem. Paulatim deinde vividiore succo tumescit uterus, & albentes accipit [61] rimas, nec dum tamen flos est. At cum se ruptis jam tunicis in patulum capita fuderunt, & velut fissa in [62] orbem, jamque eorum videtur maturitas, & ignotus occasus est, & jam sine ventis quoque soluta natura, labitur gratia, nec quisquam est flos nisi novus. Quare si dicerem, abstulere peritura, & quæ protinus humi jacuissent, in usus hominum conversa, inauditus tamen livor videretur, etiam apibus invidere. Nunc vero differendum mihi est, quam momentosa sit hujus animalis rapina. Nescimus qua pernicitate plerumque vis contractis floribus revolet, discurratque per singulos velox experimento, quam etiam ubi immorantur, libratis pendeant alis. Quis unquam quod ferentem apem viderat, ubi deesset, invenit? Quantulum vero est, quod ex his manu confitis floribus legant? Prata sylvæque, vel maturæ fructibus vites, & fragrantes (62) thymo colles (quantum conjectu-

DECLAM. MAJOR.

* Tertium argum. Divitis est, quod Apes Pauperis flores sibi decerpebant. Resp. 1. eo hoc infensi, quam fecerit in Apibus pauper jacturam, si damnum est Divitis flores amisisse; 2. quia abstulere flores, res scilicet nullius momenti, qui neque durant ut possint de die in diem servari, qui vix nati statim immoriuntur; 3. quia nullum est damnum, quod inferunt Apes floribus, insensibile enim est, quod auferunt, quod in omnibus floribus, quibus insederint, observari potest; 4. etiam si aliquatenus nocuissent Apes, tamen compensabatur damnum, quod primitiæ mellis, & cera Diviti reservabantur &c.

60 Cui leve damnum esse deberet insensibile ex redituum, opumque suarum numero.

61 Quæ apparent in floribus cum se se rupturus est cortex. 62 Foliis in circulum expansis.

[62] Frutice Apibus gratissimo. *Dumque thymo pascuntur Apes.* Virg. Egl. 3.

Digitized by Google

DECLAMATIO. jectura ſuſpicari poteſt) pabulum miniſtrant. Non ex omnibus floribus carpunt utilia operi ſuo, ſed in omnibus quærunt. Præſens & quidem protinus illa redditur merces, quod omnibus, quibus inſedere, odorem mellis inſpirant, & brevi contactu vim ſui relinquunt. Hoc tu damnum intelligis, hoc veneno vindicas, quod mehercule inhumane etiam fumo prohibuiſſes? An non te ſolus vicinus colui? Non frugum mearum primitias omni vere miſi? Non ſi quis ceris novis candidior incidit favus, tuis reſervatus eſt menſis? Cum parvis mediocritate munuſculis iſta ſemper adjiceretur commendatio: Hoc tibi mittunt apes meæ. Puto, relata eſt mihi gratia. * Admonui, inquit, & ut transferres denunciavi. Idcirco contumacem merito puniſti. Non enim video quid aliud patrocinio tuo conferat hæc [63] denunciatio ſupervacua, ſi non licuit tibi facere quod queror, injuſta, ſi licuit: juſta aut ſine iſta, aut ne cum iſta quidem valeat. Pudoris vero quod velamentum eſt male [64] audere, culpam defendi ſuperbia? [65] Aut tandem tuas pecudes quamvis diffuſa ſtabula non capient, tibi omne armentis mugiet nemus, tu gregibus arva ſulcabis, & ad excolendos agros procedet ignota etiam villicis familia, tuis horreis populi annona pendebit, nec tamen invidebimus, nec quisquam tam grave putabit ſibi iſtud fortunæ tuæ pondus: nos ſi paucas apes intra anguſtias pauperis horti compoſuimus, quæ tamen [66] nobis mella faciunt, id prorſus indigne ferendum eſt? & quod nunquam fando cognitum eſt, vicinus divitis pauper moleſtus eſt? Adeo parum eſt plurimum poſſidere, ut cum ſervis quoque veſtris habere peculium liceat, invidioſum nobis putetis, quicquid egeſtatis nomen exceſſerit? Tantone his, in ANTILOGIA. ce inſultet vicini divitis humanitati, in ipſa tamen vindictæ meæ ſerie nihil infeſte actum objiciet, niſi quod non & rurſus ignoverim. Dicam quo animo egerim? Inimicum, ut damnum caveret, admonui, & vindicatus ſum cum cœpit Pauper mihi plus eſſe inimicus. An nihil cauſæ noſtræ innocentiæ faveat ipſum lethi genus quod Apibus intuli? Veneno quidem contigit, ſed quis Apibus præbuit? Nullus inſultus, violentiæ nihil admiſſum eſt; dicere jam poteram, ipſæ ultro venerunt ad mortem. Quis non ſentit ideo mihi ultionem contigiſſe, quod non deſiit Pauper prædantia agmina in noſtri hortuli paſcua mittere, ut mihi pœne ipſæ Apes imputent vindictam meam? Quis probabit maligni animi ſolatio, aut damno Pauperis me ſtuduiſſe, cum nihil egerim ut vindicaret, niſi illatæ mihi contumeliæ compenſationi animalia ipſa miniſtraſſent? Vindictam meam ſcilicet ita ordinavi, ut nolentibus Apibus potuerit mihi non contigiſſe. Si ad ſolitas non evolabant prædas, Pauper jam vicerat. Non voco damnum injuria datum quod volenti contigit; inimico qui feciſſe dicitur nil miniſtrante. Cui plus jam Apum tuarum cædes objiciatur, quam tibi ipſi, qui ut Divitem laceſſerent impulſi hac

* Quartum argum. Divitis, quod jam admonuerit ut transferret. Reſp. 1. quod ſi ultio juſta eſt, erit & ſine hac denunciatione, quare ipſa eſt ſupervacua, ſi vero injuſta, neque per hanc denunciationem ſalvatur; 2. greges Divitis undequaque vagari, & in alieno paſci, & tamen Pauperem non reluctari; cur igitur hac ultio quod pauca Apes in horto Divitis volitent decerpturæ mel ipſi Diviti referendum?

63 Alii habent *Denunciatio ſupervacua ſi non licuit tibi facere quod queror, juſta ſi licuit; juſtæ autem ultio ſine iſta, ac ne cum iſta quidem valeat*. Ut lucidior ſenſus fieret obſcurior puto ab edentibus hanc lectionem factus eſt; idem, & clarius admodum exprimit noſtra lectio.

64 Alii habent *audiri*. 65 Alii habent *An*. *Aut* præfero. 66 Alii habent *vobis*, quæ quidem lectio magis placet, neque enim noſtrum mordicus hæreo.

Digitized by Google

ANTILOGIA. pulisti? Adhuc ne vero quisquam illum calumniabitur, cujus supremum ultionis fuit anceps exitus vindictæ? Considerare nunc mehercule libet patrocinia doloris, quæ ficta macie sceleratus Pauper ostentat, & clementiam vestram, atque æquitatem vestram, Judices, admonere, ne credat homini qui sola valebit innocentia lachrymarum. Quid ille squallor, quid illa planctibus everberata facies, & liventes genæ, nisi ut facilius probet, maximum esse damnum Apes perdidisse? Conqueretur, puto, proclamabit veluti Paupertatis suæ subsidium amiserit, & nihil sibi supersit amplius ad vitam. Age igitur, damnum licet, & injuria quidem intulerim, quam levissima, & profecto nulla Apum jactura est! Nam inter animalia, quæ inserviunt homini, quid Apibus genuit natura reparabilius? Quem percurreris campum, quos prætermiseris flores, quod legeris truncum, ubi non Apes inveneris? Leve animal, & vile non statim affixum sedibus, non certis supervolans pascuis, ubique liberum patens, obvium etiam non inquirentibus. Dicat Pauper hac, ut putamus, æquissima libertate, legibus vivimus, ut nobis habere medelam non liceat, vobis liceat habere venena? *Postremo quidem divitis patrocinio non putavi, Judices, respondendum, nisi rideri vestram majestatem contumeliosa defensione non ferrem. Ultro enim, inquit, ad mortem venerunt apes tuæ. Ita plane. Atlioqui tu venenum floribus dederas. Impudentiæ ne, Judices, ejus assignem, si hoc mihi apud vos obtinuerit, an stultitiæ, si speravit? Si venenum homini dedisset, diceret ipsum labiis admovisse pocula. Si percussorem posuisset in saltu, ipsum in insidias ultro venisse clamaret. Si telum objectasset in tenebris, non illatum sua culpa contenderet? Ego, Judices, quid dico? [67] Duo esse sola, quæ omnis in crimine spectanda sint, animum, & eventum. Quis animus divitis fuit, cum venenum sparsit? ut apes perirent. Quis eventus? Perierunt. In summa, Judices, quis dubitet, quin damnum ei sit imputandum, sine quo non accidisset? **Intelligo, neque prudentiam vestram desiderare plura de causa, neque vestram fidem, ac religionem egere exhortatione vere.

DECLAMATIO

* Quintum argum. est ad mortem ultro Pauperis Apes venisse. Resp. plane vix afferendum esse hoc argum. quod Judicum majestas lædetur; 2. æque posse se defendere Divitem in aliis sceleribus ut si homini venenum dederit, dicat, ipsum ad movisse labiis &c. 3. quoniam spectanda sunt in crimine, & animus & eventus; utique ideo illitos flores, ut perirent Apes, & de facto periisse; 4. utique sine Divite non periissent Apes, ergo & ipsius voluntate ipsarum intendente mortem sparsum est venenum.

67 Ita Cicero, *nam cum duo sint, judices, in omni causa spectanda, animus & eventus.*

** In peroratione 1. dolorem suum, atque indignationem ex morte Apum, & veneno quidem illata; 2. Apes laudat, primo, quod nullius impensæ, nullius laboris ipsas tenenti sint; secundo, quia nec satis, nec vitibus nocent, ut alia pleraque animalia; 3. quia hominis sunt parvum quodam exemplar; 4. quod non generentur per coitus, sed faciant fœtus, non edant; 5. ex pietate in parentes, quibus ne sint impedimento abeunt, & turmatim ramo adhærent expectantes hominis manus; 6. ex fidelitate qua datas incolunt sedes; 7. ex eo quod perfectæ nascantur artifices, neque studio egeant; 8. ex providentia qua non vagantur incertæ quiescenti cubili, & qua cibos hyemi reponunt, & cum opera ipsarum subducta sint amissa reparant; 9. ex concordia in operando, & vivendo, communes opes in medium semper congerendo; 10. ex ordine, quo officia invicem partiuntur; 11. ex severitate, qua tardas puniunt; 12. ex prudentia, quod tempestates prævidentes, dubio se cœlo non tradant, & iniquiore aura raptæ, capilli pondere pennas librant; 13. ex fortitudine, qua in bellis mortem pro Duce oppetunt; 14. ex pietate, qua suorum cadavera prosequuntur, ipsorum funeri, priusquam operi, studentes; 15. ex eo, quod cruribus flores alligent, & succos ore ferant; 16. ex mirabili ipsius operis artificio; 17. ex utilitate ipsius operis; tertio, invehit in crudelitatem, quæ tam dignis Animalibus, tam pene divinis, insidiari veneno potuit; quæ quidem ex livore certe nata est, nam cum doleat Dives de damno florum; & idcirco mortem intulerit Apibus, flores suos ipsos prætius inutiles fecit.

Digitized by Google

DECLAMATIO. vere judicandi. Quid moror igitur? Tenet me dolor, & asuetæ [68] voluptatis desiderium. [69] Sunt quædam in hac causa, quæ sarcire pœna non possit. Major forsitan [70] materia videatur [71] affectus. Si pauperes amare nisi paria non possumus, & necessario nobis pretiosa, quæ sola sunt; animum meum extinctæ unius horæ momento tot animæ movent, quot perierunt de me bene meritæ. Quin ipsum lethi genus addit indignationem, veneno perierunt. Quis hoc ulla satis prosequi possit invidia? Apes veneno? Hæc illis gratia refertur, quod fructibus nostris invigilant, quod quotidiana statione laboris assidui ne damno quidem summoventur? Nam & cætera animalia videtur mihi natura usibus nostris genuisse, hæc etiam deliciis, cum eo, quod in illis, quæ vel scindendo solo, vel maturando itineri comparamus, multus ante reditus insumitur labor, & cum perdomanda, cum alenda sint, nihil tamen possunt sine homine, & tantum coacta prosunt. Apes faciunt injusæ [72] favos, sine ullo fructus ultro venit. Adjice, quod cætera tibus nocent, [73] primaque, ut fama est, hostiæ causa pecudi fuit læsa fruges. Harum ita innoxius per prata, sylvasque discurrit labor, ut tantum factum [74] opus appareat. Qua satis digna prosequar laude? Dicam animal quodammodo parvum hominis exemplar? Hoc humana excogitare non potuit solertia. Etiam ratio nostra, quæ sub terris [75] lucrum invenit, quæ maria inquisitione sua sideribus immiscuit, hoc tamen efficere, consequi, imitari non potuit. Venena potius invenimus. Jam primum futuræ laudabilis vitæ digna principia, non illas libido [76] progenerat, domitrixque omnium animalium Venus: utque homines in excusationem sui fabulis tradiderunt, etiam deorum posteritas has regnis suis excepit. Abest inimica virtutum voluptas castis sine labe corporibus. Solæ omnium non edunt fœtus, sed faciunt. Ipsæ paulatim sicut stipa-

per quomodo sui juris fecerit, idem contendat damnum esse quod perdidit. Quid opus est verbis? Apes hodie perierunt, quas cras illico, & si volueris, plures reparabis. Sed vultis facilius probem, nihil modo inimico deesse, non ad plus paupertatis esse redactum? Nihil invidiæ suæ perdidit, nihil audaciæ, eadem quæ prima stante fortuna superbia est. Proclames jam fictis querelis tuis Pauper, & meditato gemitu Apum tuarum jacturam exaggeres; ego tamen vindicandus plus perdidi. Satis, ut puto, mentibus vestris Judices innotuit causæ nostræ innocentia; hisce jam contentus sum patrociniis, & conscientia mea aliter, quam ipsius rei veritate defendi recusat. Quid enim agam? Vos orem obtesterque, ut vere judicetis, ut maligno Pauperi non faveatis? Sentio, me profecto fidei vestræ, atque æquitati gravem, injuriumque futurum, si veluti de justitia rationis humanæ ministerio totus fructus animalia, aut satis incurrunt, aut vi- hostiæ causa pecudi fuit læsa fruges. Harum ita innoxius per prata, sylvasque discurrit labor, ut tantum factum opus appareat. Qua satis digna prosequar laude? Dicam animal quodammodo parvum hominis exemplar? Hoc humana excogitare non potuit solertia. Etiam ratio nostra, quæ sub terris lucrum invenit, quæ maria inquisitione sua sideribus immiscuit, hoc tamen efficere, consequi, imitari non potuit. Venena potius invenimus. Jam primum futuræ laudabilis vitæ digna principia, non illas libido progenerat, domitrixque omnium animalium Venus: utque homines in excusationem sui fabulis tradiderunt, etiam deorum posteritas has regnis suis excepit. Abest inimica virtutum voluptas castis sine labe corporibus. Solæ omnium non edunt fœtus, sed faciunt. Ipsæ paulatim sicut stipa-

ANTILOGIA.

68 In contemplandis meis Apibus. 69 Licet det pœnas Dives, numquam tamen tantum damnum pensabit, quod hæc animalia tam cara, tam mihi jucunda, tam in se ipsis pretiosa, ut infra, veneno sustulerit. 70 Tenui, utpote de Apibus.

71 Affectus quam maxime ex Apum cæde movendi, dolor, indignatio. 72 Alii libri delent *favos*, non habent *ac*; correctores, puto, mutaverunt *ac* in *favos*, male credentes non posse sic stare verbum *faciunt*. 73 *Initium fecit, fuillum pecudis genus*, ait Polyd. Vergil. lib. 3. cap. 5. prima scilicet victima fuit porcus eo quod læserit fruges, in medio sit, maxime sane ipsis obest, nam & vellit & conterit ingenita violentia. 74 Non appareat, quod rapiunt ad faciendum opus, sed tantum ipsum opus, postquam factum est. 75 Pretiosa metalla excavando.

76 Plinius tamen lib. 11. cap. 20. habet *sed horum coitum cernimus*, locutus & de scarabæis, & de crabronibus &c.

Digitized by Google

ANTILOGIA. ſtitia veſtra diffidens admoneam. Confugiamne ad preces, ut cauſæ meæ faveatis, & concitatæ perturbationis clamoribus judicii veſtri ſeveritatem aggrediar? Iſtæ jam Pauperis partes ſunt, cui ſolum ſupereſt miſerationis patrocinium; neſcitque Dives ad viliſſimos, ſuſpectosque affectus ſe componere. Unum vos oro, ne plus credatis inimico meo, quod eſt Pauper. Scio enim, quam fortiores in judiciis viliſſimi homines Divitibus ſint inimici, dum ille plerumque ſuſpectus eſt, qui plus videtur inſultare potuiſſe. Maxima ipſis ad ſcelera quælibet audacia, maxima libertas, maxima ſecuritas, quod male creditur deſpectus, tenuisque homo, ſupra vires ſuas ſcelus maximum aut meditari, aut perficere potuiſſe. Nefas eſt minori conditioni credere, Judices, quæ majoribus non iraſcitur modo, ſed & inſultat; & per vitia quælibet de ſuis ſordibus elata nobiscum certat paria jura dividere. Abeat jam triſte hoc noſtræ conditionis adverſum, quod minor Divitis fides habeatur; & ſceleracontendunt, & labor damno incenditur, & nunquam deficit animus ante, quam locus. Quid quod inter animalia, quæ non verba conjungunt, non verba rationis invicem negant, tantus operis conſenſus eſt, tanta difficillimæ rei laboris concordia? Non humano vitio in proprios quæque uſus lucrum ducit, in publicum vivitur, & [79] communes opes congeruntur in medium, nec fas eſt delibare guſtu, priusquam plena horrea ſecuros ſpondeant menſes. Quis porro tantus ardor operis, quæve officiorum [80] partitio, ut aliæ congerant onera, aliæ accipiant, aliæ liniant? [81] Quæ ſeveritas in caſtiganda inertia? Multa dictu, viſuque miranda: [82] prævidere tempeſtates, nec dubio ſe cœlo tradere, nec ultra viciniam nubilo tendere. Jam ſi leves iniquior aura rapuit, ad dirigendos in deſtinata curſus modico [83] lapilli pondere librare pennas. Illas

DECLAMATIO. ſtipatæ ſunt per mella viviſcunt, & ut oportet animal laborioſum, ex opere naſcuntur. Inde ut adolevit juventus, & ad ſimiles labores ætas roborata convaluit, relinquitur liber parentibus locus. Et ne coacta in anguſtum multitudo nova turba laboret, quaſi habita verecundiæ ratione, cedit populus minor, ſuſpenſumque proximis ramis examen humanas [77] manus expectat. Acceptas cum fide colit ſedes. Et cum ingenia noſtra, quæ nos ſcilicet ambitioſi noſtri æſtimatores proxima divinis credimus, ad percipiendas diſciplinas multo labore deſudent, nulla apis niſi artifex naſcitur. Quid credas aliud, quam divinæ partem mentis his animis ineſſe? Quid præcipuum referas? Non ut cætera animalia per paſtus [78] vaga incertum quieti capiunt cubile, noctis arbitrio ſemper habitatura, ſed tutas ſedes continent, urbes tectis, turba populos imitantur. Non ut feræ volucres, non præſentis modo cibi memores in diem vivunt, duraturus hyemi reponitur victus, & repletis vere cellis tutus annus eſt. Etiam cum ad humanos uſus opera ſubducta ſunt, reparare amiſſa

77 Quibus in alterum alvearium deferantur.

78 Quod ſi conſumpti ſint flores in proximo, non exeunt ad cibos incertos ubi inveniant, ſed ſpeculatores præmittunt, ſic Plin. lib. 11. cap. 8.

79 Unde ipſas præſtare ait hominibus, Plin. lib. 11. cap. 5. *quod nihil novere niſi communes.*

80 *Sunt enim opera intus diviſa; aliæ ſtruunt, aliæ poliunt, aliæ ſuggerunt, aliæ cibum comparant.* Plin cap. 10. 81 *Ceſſantium inertiam notant, caſtigant mas, & puniunt morte.* Plin. cap. 8.

82 *Prædivinant enim ventos, imbresque, & tunc ſe continent tectis.* 83 *Si coeriatur procella, apprehenſi pondeſculo capilli ſe librant.* Plin. c. 10.

Digitized by Google

DECLAMATIO. las majorum pectorum totis pro rege castris procurrere, & inire bella, mortemque honestam pro duce oppetere. Adjice, quod si quas aut ætas longior, aut morbus oppressit, efferuntur prius corpora: posteriorque operum, quam funerum cura est. Quid illigare [84] cruribus flores? quid ore succos in publicum ferre? Me tamen ipsius [85] operis præcipua admiratio subit. Non est temere, nec fortuitam figuram, & sedes modo reponendis cibis quæsisse credas, rudis cera componitur, accedit usibus inenarrabilis decor. Nam primum tenacibus vinculis fundamenta suspendunt, tum ab exordio in omnem partem opus æqualiter crescit, nec quicquam ex inchoatis parvum est, quod non sua portione perfectum sit jam, nec alia parte opus esset. Gemina frons ceris imponitur, & cum foraminibus tantum spatium detur, quantum ad generanda examina puram spem capiat (ipsi enim sibi invicem anguli hærent, & ita mutuo vinciuntur, atque alligantur, ut quod voles, id medium sit) his textis, ne universi mellis effluat pondus, inter septa onera cluduntur. Quis non stupeat, hoc fieri posse sine manibus? nulla interveniente doctrina hanc artem nasci? Quid non divinum habent, nisi quod moriuntur? An vero auctorem vini Liberum colimus, primitiæ frugum Cereri referuntur, inventrix oleæ Minerva narratur: mella genuisse minus est, & interponenda gustus voluptate tantum effecisse, quantum ne ipsa quidem rerum natura per se potuit? Ad plurimarum incursus [86] valetudinum remedium est, & præsentissima medicina. Nam quod ad cibos, quidem pertinet, [87] divites viderint. His animalibus aliquis insidiari potuit, & insidiari, [88] quare mella facerent? Hæc pestiferis succis exquisita per fraudem morte confecit? & quod sit indignissimum, quo

ANTILOGIA. leratissimus Pauper maximum habeat causæ suæ patrocinium, alienam opinionem. Eidem vestram, Judices, facilius fallaces, superbos, invidos Pauperes, quam violentos Divites invenietis. Adde quod impudentes, ac falsi quoslibet mentiuntur affectus, & in lachrymas, gemitusque prompti ipsa tristitia vultus violentiæ Divitis præseferre signa videntur. Annon certum pene innocentiæ signum est ille compositus vultus dolor, & obsequens planctus, dum interim sagax animus mendaciis studet, & non inutili fraude maxime fruitur? Sed per Deos immortales sanctissimi Judices non ferant, ut nefarii hominis scelerata mendacia contra innocentiam Divitum valeant; quod enim certius est non securæ conscientiæ signum, quam cum ad affectuum patrocinia confugitur? Quod si vincat Pauper, ipsique fraudes suæ valeant, quid in perniciem nostram sequatur, non ignoro. Maxime confirmatur nefariorum hominum malignitas, maxime juvatur audacia; & nobis nil amplius supereſt, quod contra improbos insultus valeat. Provocabit nos tot conatibus exercita malitia

84 *Prioribus pedibus fœminas onerant*. Plin. cap. 10. 85 Vide Plin. lib. 11. toto cap. 10.

86 Non mel modo ad medicinam invenit, sed & ad cibum: sic enim vocant, *quod velut excrementum, purgamentumque ceræ est, bene nigrum, acrique odoris; medentur hoc plagis, & hujusmodi suppurationibus*. Aristot. lib. 9. de Histor. Animal. cap. 40.

87 Qui ipsis adeo utuntur, & testis est Dives adversarius, cui reservabantur Apum mearum primitiæ. 88 Nam qui insidiatus est, quod flores decerperent, ideo sane insidiatus est quod mella facerent.

Digitized by Google

ANTILOGIA. litia etiam innocentes; & si probitatem noſtram tueri voluerimus, neceſſum erit dimidia parte bonorum cedere.

quo facilius deciperet, fortaſſe venenum melle permiſcuit. Quæ tam inhumana crudelitas. Quis tam inauditus livor? Nihil enim eſt, quod utaris patrocinio tuo, dives, paucorum damno foliorum doluiſſe te ſimulas. Dum meas apes occidere vis, flores tuos inutiles feciſti. DECLAMATIO



M. FA-

Digitized by Google

M. FABII QUINTILIANI DECLAMATIO DECIMAQUARTA.

IN DECIMAMQUARTAM M. FABII QUINTILIANI DECLAMATIONEM ANTILOGIA.

AMICI VADES.

ARGUMENTUM.

Duo amici, ex quibus uni Mater erat, peregre profecti, ad tyrannum appliciti sunt. Mater cognito, quod filius haberetur a tyranno, flendo oculos amisit. Oblata est a juvenibus tyranno conditio, ut dimitteret alterum ad visendam Matrem, ad diem praestitutam reversurum, ita ut nisi occurrisset ad diem, de eo, qui restiterat, poena sumeretur. Et jurejurando astrictus est. Venit juvenis in civitatem. Mater detinet ex lege, qua parentes in calamitate deserere non licebat.

PRO JUVENE CONTRA MATREM.

DECLAMATIO.

ETsi, sanctissimi viri, olim omnes videor humanorum pectorum affectus in solam amicitiam contulisse, & patior invi-

PRO MATRE CONTRA JUVENEM.

ANTILOGIA.

JActata miseriarum omnium saevissimis aestibus, quibus se se circa miseram Matrem adversi syderis inexplicabilis furor exercuit, putabam,

* Exorditur Filius a querela, quod pietati suae misera haec conditio contigerit, ut relinquere debeat aut amicum, aut Matrem; rogat tamen Judices, ut nihilominus permittant ipsi, ut pro altero impendatur; 2. ait noscere se incredibilem fore fidem suam, quare fortasse quispiam credet, se ipsum cum Matre colludere; quare, ut difficultas omnis tollatur, necesse est ut ipsum sibi relinquant; 3. dolet se expectationibus suis omnibus esse deceptum; sperabat se facile rediturum, expellente immo ipsa etiam Matre, potius quam contradicente, & sic summae fidei, utpote etiam in Matris orbitate constantis, laudem consecutus esset, &c. nunc vero deceptus est & Amicus ipsius fidei securus;

Digitized by Google

ANTILOGIA. bam, Judices fore, ut nihil ærumnosius cæcitate contingeret; & mihi humani affectus incomparabiles cruciatus expertæ, & cæterarum Matrum dolores quoslibet supergressæ blandiebar, ut si nihil tristius superesset postquam videre desieram quem unice amabam. Quis nunc me primis doloribus reddat, & præteritos metus, pœnasque, dum unicus meus peregre profectus est, infelicissimo pectori imponat? Proclamo, testor, excusandum est quidquid hactenus fuit miseriarum; novum genus filius meus materni artifex doloris invenit, quo me plus affligeret. Inenarrabile quod patior est, monstri aliquid habet quod mihi contigit post supremam calamitatem. Fregere captivi hominis preces immanis tyranni durissimum pectus, ut prædam dimitteret, ut dum pietati indulget, sævitiæ suæ pretium ultro deperderet: quanto plus feritatis est filio, apud quem nihil impetrant preces, lachrymæ, desperatio, maternæ tandem gratia cæcitatis? Ibi unicus meus sævire cœpit ubi desiit tyrannicæ aviditatis ingenium. Unde nunc solatium expectem; cujus subsidium, juvamen implorem? nam quis non objiciet a filio relictæ? Minimum jam esse sentio in causæ hujus gravitate, si quæratur, amicusne Matri præferendus sit; quod summe interest, res profecto agitur innocentiæ meæ. Miseram me! fortasse perit apud gentes bonæ Matris persuasio; & me novum hoc torquet diversitatis ambiguum, probare ne prius debeam omnibus salvam pietatem Matris, & notos caritatis affectus ingratissimo filiorum objicere, ut detinere jure valeam meis calamitatibus solatium. Nemo invidiam hominis, [1] qui sibi non reliquerit, ut amaret & matrem: quoties tamen universam pietatis meæ conscientiam intueor, in qua [2] minimum est, quod videor bonus amicus: non possum non hanc primam electionis nostræ complorare fortunam, quod mihi necesse est, aut [3] amicum relinquere, aut [4] matrem. Facinus, severissimi viri, facinus fit [5] impatientissimis affectibus meis, quod succurri non potest duobus. Excedit omnem querelæ meæ complorationem, quod tam [6] diversis meorum conatibus [7] adversa conveniunt, [8] ut videar eligere. Quid non darem miser pro luce matris, qui ut illam viderem, amicum dedi? Fidem vestram, Judices, ne inter [9] maximas necessitates pereat usus hominis, qui paratus est duobus impendi. Jam hic est tota ratio clementiæ, ne ibi me detineatis, ubi non prosum. Nec dissimulo, sanctissimi viri, [10] proferre me cum maximi, tum incredibilis exempli fidem, ut non immerito possim videri cum matre colludere. Ego videor excogitasse istum colorem, & hoc quod detineor, Nemo

DECLAMATIO.

qui licet & ipse reverentur, aliqua tamen affectus est injuria, propter primum Matris imperium; ultimo artificiose persuadere conatur pluris debere fieri amicitiam, quam sanguinis pietatem &c.

1 Qui tam propense amicum amarit, ut nihil sibi superfit amoris, quo Matrem prosequatur. 2 Summum enim pietatis in Matrem meam me conferre protestor. 3 Si apud Matrem obediens remaneo. 4 Si non obtemperans ad tyrannum revertor. 5 Quibus par impatientia est, & gratificandi Matri, & liberandi amicum a mortis periculo. 6 Quisque enim me ad se vocat, & rapit alteri. 7 Et quidem prorsus contraria, nam si alteri faveo, alterum prorsus lædo. 8 Vulg. Cod. post *eligere* periodum claudunt; & sequentis termino interrogationis notam adfigunt; puto certe, & librum meum pluribus tamen in hac lectione similem castigo; alioquin durior, & obscurior sententia est. Est igitur approbatæ lectionis sensus hic ferme; tam adversis conatibus meorum adversa conveniunt, ut necesse habeam attentius consultare, inde eligere, quam electionem alter maxime dolebit, & sibi illatam injuriam objiciet, atque cuilibet hujus electionis reus ero; fateor tamen, quod hæc quoque suas patitur difficultates; eligo hanc tamen præ cæteris, donec melior objiciatur. 9 Gratificandi Matri, liberandi Amicum. 10 Male habent quidam Codices *perferre*.

Digitized by Google

DECLAMATIO. tinèor, amicitiæ vocatur infirmitas. Miseremini, Judices, tentate me, & dimittite. An voluerim reverti, scire non potestis, nisi revertor. Illud, sanctissimi Judices, illud affectus meos torquet ac lacerat, quod sim ingenti expectatione deceptus. Speraveram futurum, ut hoc loco rem magnam faceret & mater. Paraveram apud tyrannum hanc jactationem, ut me crederet remissum: & genus ostentationis adamaveram, ut mirarentur [11] hominis fidem etiam in orbitate. Quo vultis hoc animo feram, quod etiam ut revertar, amico meo mater imposuit? Et quantum ad hanc pertinet, maximum juvenem decepit, illum, qui meos crediderit affectus. Non possum, judices, litis hujus dissimulare facinus, [12] ionocentius fuerat, ut ego nollem reverti. Viderint, sanctissimi viri, qui [13] receptas nominum persuasiones velut aliquam servitutem charitatis attendunt. Me si quis interroget, nullos affectus tantum [14] nasci puto. Et si quis omnia vera oratione respiciat, quicquid liberos, fratres, propinquos invicem tenet, amicitia est. Homines igitur, quos cum maxime incredibilium rerum loquitur invidei, ille virtutum cultor, ut miseriis Matris adstat, ut præsentia sua præstare contentus est, me saltem plusquam lumina sibi infelix perdidisse videatur. Ita dum enixe relinquere me contendis, nemo credet, ad amicum te velle reverti.

mo conscientiæ meæ credet, nemo non accusabit, prædicabit me quisque sævam, sceleratam; quæ filii, cui tota pietatis gloria est, neque in cæcitate misericordiam impetraverim. Vide, fili, quid impietate tua prestes. Nemo credet, amisisse me lumina, dum sævis tuis fatis illachrymor, dum subrepit orbitatis dolor, dum indulgentiam meam, quæ te primum dimisit, accuso, dum captivitatis cruciatus omnes ipsa animo, ac desperatione subeo; dum jam mihi videor sentire vincula, exhorrere tyranni faciem, & pati flagella. Parumne est, amisisse me apud posteros meritum cæcitatis? Restat adhuc, de quo queratur infelix. Non possum, Judices, credere, veram esse amicitiæ fidem in homine, apud quem pietati nullus est locus. Ita mihi calamitatum mearum serie scelera tua quælibet pensanda erunt; & novus tot jam superfusis angoribus accedet, dum credo, te amicum quoque reliquisse. Imposuisti utique, imposuisti tyranno, amico tuo ipso jurejurando mentitus es; ad matrem venisti ut perfidiæ nefas admitteres; & reditus votum simulas, ut cæcitate quoque decepta effrænibus votis missionem impetres iniquissimam. En illud prædicandæ hactenus exemplar fi-

ANTILOGIA.

Matris adstat, ut præsentia sua præstare contentus est, me saltem plusquam lumina sibi infelix perdidisse videatur. Ita dum enixe relinquere me contendis, nemo credet, ad amicum te velle reverti.

Infelicissime amicorum, quisquis a primis annis affectus junxisti cum filio meo; si fidei tantumdem hic amico præstat, quantum Matri pietatis. Invenit etenim, invenit quem, aut æque ac Matrem deciperet, aut supra Matrem amaret. Quæsivit putò primis suis sceleribus velamentum, ut me dum primo reliquit videretur ex amicitiæ vi proficisci. Quas habuerit filius itineris cau-

fas

11 Qui maluerim Amico meo fidem servare; quam indulgere de rebus suis posi amissos parentes; puto enim sum nunc orbitatem per cathacresin, & prædicari de Filiis; cum proprie de parentibus dicatur, nisi intelligamus positam orbitatem pro cæcitate; & fic erit sensus, maluisse ipsum esse fidelem, quam cæcæ Matris solatio indulgentem. 12 Cur, an quia fic facta esset injuria soli amico; nunc vero, & ipsi eadem injuria fit, & ulterius filii fidelitati, ac pietati? 13 Nisi fallor, ita sensus est: qui putant amicitiæ nomen, quia aut sibi suadent, aut male receptam ab aliis persuasionem admittunt, non esse nisi nomen caritatis servilis, nec importare similem illi præcipue, quæ inter affines est. 14 Sed nostra opera, & nostris viribus, ut infra, procreari.

Digitized by Google

ANTILOGIA. fas quis ignoret, quis quærat? Modo me docet eventus, ipsum a Matre semper abiisse dum potuit. Dubiæ se fe igitur peregrinationi commisit, & per horrentes fluctus, spumantes scopulos, piraticisque insidiis obnoxias semitas deferri maluit, quam assidere piissimæ Matri, & labente jam in pronum proclivi ætate infirmitatem solari, ministrare impotentiæ. Non cohibui, fateor, sive quod amicitiæ pietati indulgere libuit, & filium famam aliquam sibi, fidei saltem comparare gaudebam; sive quod pietatem si coegeris, perit illud in caritate maximum, libertas, & innocentia. Verum diutina, Judices, felicitate nemo malus gaudet, & nullius, ut pœna differatur, impunita sunt scelera. Applicitus est ad tyrannum qui reliquerat Matrem. Quis miremur, adversos illi fuisse ventos, infideles undas, iratos marium, & navigationum præsides Deos, qui inauspicato profectus nefariam secum mentem, & maternarum imprecationum meritum provehebat? Quos nunc vocem mei doloris testes, divum ne, an hominum conscientiam implorem? Quomodo filio pietatem meam persuadeam, quem necesse est non cedere incomparabili meo, si tentat rursus inferre? O crudeles literæ, o sævissima nuncia captivitatis! Vicit dolor quoslibet gemitus, & totam infirmi sexus desperationem; ipsa lumina solito fusius manantia jam pietatem meam supra cæterarum matrum affectus tollebant. Exegit plus aliquid insatiabilis dolor; deficientibus lachrymis impensa sunt ipsa lumina. Quis judicare queat quantus sit dolor, qui excæcat? Licet pietati nostræ innoxia laude

DECLAMATIO. invidiæ, summus sine dubio [15] ejusdem ponderis uteri: & quanto minus in causis, tanto plus in affectu est. [16] Admirabilior charitas, in quam coimus viribus nostris. Non pudet, Judices, hanc fateri persuasionem, [17] minus debetur homini, qui aliquem ideo tantum amat, quia necesse est. * Ita est, Judices, ita est, a primis statim ætatibus in eandem coire vitam, habet aliquem fraternitatis affectum. Sic effectum est, ut nos statim fama committeret, & tali certamine coivimus, ut si quid accidisset uni, deberet & alteri exemplum. Inde est, quod & pariter reverti contempsimus, & quasi [18] facilius esset inter fidos, placuit sub incerto pelagi cohærere. Nec tamen vanitate, nec [19] discursibus putetis extractos: magnas, & inexplicabiles navigandi fuisse causas, vel hinc potestis existimare, quod nos non detinuit hic mater. Utrumne igitur, Judices, sumere de nobis etiam nunc voluit experimentum ipsa amicitia? & parum fortuna credidit hominibus adhuc tantum feliciter amantibus? An hæc est magnæ semper opinionis invidia, nec ulli unquam tam plena confessione laudantur, ut illos non ipsa quo-

15. Vulg. libris deest *non*, male. 16 Illius enim quæ summus naturæ imbuti, nullum nobis est meritum, quippe quia nihil ad consecutionem ipsius præstiterimus. 17 Acute profecto, & de more; quasi laudandus plus sit, qui amet alterum tantum quod velit; ex quo in amato meritum magnum arguitur.

* Exponit 1. amicitiam, & quidem magnam a primis annis cum amico suo partam; 2. peregrinationem, quam pariter susceperunt, cujus quidem magnas afferit fuisse causas, cum mater ipsa non vetaverit; 3. tristem eventum, quo in Tyranni manus devenerint, & pariter alligati sint; 4. excitatem Matris audita calamitate; cujus quidem nuncium primum ad alterum venit; 5. magnum fidelitatis Amici sui experimentum, cum toto nisu impetrare conatus est a Tyranno, ut filio permitteret pergere e carceribus ad invisendam Matrem; 6. conqueritur de duritie Matris, quæ neget redditum ad Amicum suum liberandum; 7. queritur graviter veluti famam omnem fidei suæ perdiderit.

18 Alii habent *facilius esset inter fidos*; quisquis ille corrector fuit lucem voluit afferre sensui, ut puto, sed in deterius mutavit; quid recedam a veteri lectione? 19 Alii habent *discursu*; sed ego nihil immutans, lego *discursibus*, quasi abbreviatura illa sit.

Digitized by Google

DECLA-MATIO. quoque amicitia tentare velit? Littoribus appulsi sumus homines, quorum omnia casus, fama custodiebat, consumimur terrore, qui parentibus statim cæcitas est. Hinc illud evenit, quod sumus pariter alligati. Sic magis adversus solutum carcer inventus est. Pudet, Judices, fateri, jam in hoc victus, jam inferior recessi, ex duobus magis amatur, quem tyrannus paratus est alligare. Quantum tibi, amice, debeo? Non potuit nos dividere nisi mater. Tibi primum cæcitas nunciata est, tuus hic affectus fuit, [20] quod hoc crediderit tyrannus. Quid ille non fecit, ut Rex desideravit vicarium corpus, amplexus est catenas. Sponderi sibi voluit hominem rediturum, per maria, per matrem repromisit de incertis tanquam de animo suo. Quis hominum pro se tam multa feciſſet? Præstitit, inquam, amicus, præstitit rem, quam videbatur ideo tyrannus indulsisse, [21] ne fieret: & hominem qui in rebus humanis hunc esse nolebat affectum, decipimus, dum tentamur. Ego non invenio, cur horreat mater carcerem, quid sibi velit quasi destinatas operire cervices. Non odit me tyrannus, cujus non interest an alium occidat. Miserere mater (si quis est magnorum meritorum pudor) querere quod unum de cæcitate impatientius ex nobis amaris semper absentem. Cui tu fortunæ, quibus de blandiri. Vicit omnem comparationem Mater, quæ parata erat perdere plusquam oculos, si filio sævius aliquid sola captivitate contigisset. Hæccine Mater relinquitur, hæccine est, cujus caritati ita paria fiunt, hæccine cujus meritum inique comparare filius audet levissimo affectui? Ait igitur, ait, sibi ad amicum revertendum, qui vicario interim oblatus patitur non suam sortem, cui, si ad diem cum tyranno præstitutam ipse non redeat, supremum imminet fatum. Quantum odit misera Mater invidiosis hisce contentionibus detineri, & quam sibi optat oculos, ne filio suo amicum relinquendi necessitatem, imponat! Sed per Deos immortales, unde filio tantum auctoritatis, ut se se alteri jurejurando adstringeret; dum Mater aliter jubere potest; dum non ignorat, a parentibus miseris recedere natis non licere? Credo jam, filio meo amicitiæ pietatem inesse, neque mendaci affectu liberam viam nefariis votis expedire, illud volo tamen, ut primum caritas sit in Matrem. Poteram equidem primas partes precibus agere, & contumacis filii, sive lenire humanitatem, sive deflectere affectus. Sed (proh Numina!) quid ipse communis sanguis non rogat, cujus ipse merita non sentit? Quid tacite non precatur cæcitas; & si non impetrant apud filium livens hic vultus, & misera macies, & planctibus everberatæ genæ, exsiccata lumina, quid verba, & compositæ preces exorabunt? Quoniam igitur pietatis jura non valent, & crudelis iste cogi mavult, ad strepitus veniamus, ad litem, non ita tamen, ut nostri decoris oblita, animoque dejecta, veluti impatientiam nostræ calamitatis excusem. Quid enim nostri juris obliviscar, aut sanctissimi nominis perire reverentiam, despici, negligique sinam auctoritatem? Mater jubeo. Quid respondebit Filius huic voci, cui Leges ipsæ cedunt, nihil objicitur, nemo non indulget, unius respectus apud barbaros etiam, & immanes belluas maxime valet? Jus ergo nobis vitæ, necisque concessum est; retinere Filium ego cæcitati solatium non potero? O numquam despectius nomen, itane Filius obtemperat? ANTILOGIA.

Quis

20 Vere factam esse cæcam alterius Matrem. 21 Quia forsan putabat tantum fidei iis non inesse.

ANTILOGIA. Quis hominum, aut Divum patitur tam iniquæ nefas comparationis impune in exemplar abire, ut apud hominis pietatem plus jubere valeat amicus, quam Mater? Et mehercule scio quantum de materni nominis gravitate pereat, quod redditura sum Filio causas meæ voluntatis. Volo, te detineri apud Matrem. Nec me reddere rationem decet, nec tibi licet exposcere; tantumque tibi necesse statim parere, ut nefas sit etiam deprecari. Ubi est, qui non instituit in parricidas Legem, neque pectus hominis tantæ capax impotentiæ credidit, ut inexplicabile scelus in lucis ipsius, vitæque auctorem admitteret? Quantulum est Matrem in cæcitate relinquere, nisi quod hic non occidit, ut miserrime vivens sæpe moriatur? Jure igitur miseris parentibus consultum est, & recte Lex clamat: Filii parentes in calamitate ne deserant. Quid opus est verbis, quisquam ne Legem istam interpretabitur, aut pietatis debito quæret levamentum? Expectas, ut calamitatem meam probem, ut dolores, ut cruciatus explicem? Transeo quod cæcitas est, & illud in causa qualibet maximum veluti mihi præ cæteris leve prætereo, ut scias, mihi nonnisi insolita, & supra constantiam hominis contigisse. Scire cupis, cujus sit generis mea cæcitas, cujus doloris? Quanta calamitas tibi captivitas fuit? Ast hæc mihi contigit dum tenebaris apud tyrannum, dum tua Fata dolebam. Sed si jam de nostri gemitus, querelarumque veritate dubitari non potest; ita ne igitur in Matrem pariter, ac Legem impius miseriis meis mendacio majoris pietatis insultas, & invenis in homine calamitatem, quæ plus quam Parentis cæcitas mereatur? Levius, Judices, Filii crudelitas incusaretur, si tantum me relinqueret; illud, Judices, ferri nequit, ut præferat amicum Matri, ut alienis miseri-

DECLAMATIO. bus necessitatibus injicis manus? Me ad amicum meum admitteret alterius catena, & tyrannus nunc mihi portas aperiret, subsidio navigium pirata præstaret. Si mehercule ante morerer, ire deberes mater ad diem. Misera non intelligis, quanto te magis, pius obligaverit amicus? plus debes homini, qui me tibi remisit, ex quo pati non potes ut revertar. Libet mehercule, Judices, libet misereri hominum, qui me laudant revertentem. Amicus mihi credidit, ut redirem; Ita nunc ego facio rem magnam, ego sum ille bonus amicus, ille mirabilis, ille narrandus. Si qua dicentis fides est, facinus mihi videtur, quod scio me non esse periturum. * Sentit, Judices, & ipsa mater rem se facere turpissimam, si necessitate [22] detinear. Itaque mulier quæ adhuc [23] de affectu cuncta fecerat, ad legem subito convertitur. Pessima, Judices, causa matris est, in qua plurimum lex potest. Liberi parentes in calamitate ne deserant. Facinus est, Judices, hoc dici homini reverso. Ita nunc ego contemno matrem, ego despicio cæcitatis obsequia, homo, qui omnium calamitatum mearum ambitum in hoc consumpsi,

ri ve-

* Confutat argum. Matris ex Lege desumptum. Resp. igitur primo: hujus Legis auctoritatem non esse sibi objiciendam, quia ex impietate, atque irreverentia jam non venit, quod modo deserat Matrem; cum reversus e carceribus quinimmo sit tantum ut bonus Filius videretur, & solum Matris causa Amicum suum reliquerit; 2. non valere Legem cum Parentes non soli sunt in calamitatibus, sed & alii qui vim habeant pariter retinendi: sic v. g. si Legatum Patria dimitteret, Mater detinere non posset &c. 3. tunc quidem malam sibi fore causam recedendi, si ad amœnos recessus, ad amores meretricis &c. distraheretur, sed cum pergat ad Tyrannum necesse est, quod magnas habeat causas, neque id faciat ex malo animo in Matrem.

22 Alii *desinar*. 23 Blandas scilicet preces, & affectuum motionem.

Digitized by Google

DECLAMATIO. pſi, ut redirem, qui inter [24] ſupremas ſollicitudines non [25] pro me rogavi? Mihi quisquam contumacium ſupplicia liberorum, mihi neglectæ pietatis minatur invidiam? Bone Jupiter, [26] quanti mihi conſtitit, ne malus filius viderer? Imputem tibi neceſſe eſt, mater, quod meum amicum propter te reliqui, ad quem facinus eſt non reverti. Nondum, Judices, neceſſitates meas, nondum amici merita refero, interim contendo tunc eſſe tantum legis hujus uſum, cum in calamitate ſoli ſunt parentes. Magnam partem mortalium fortuna dimiſit a legibus, nec ulla jura tam triſtia ſunt, ut ea in (26) adverſis patiantur homines. Ego, cum me neceſſitas rapit, ſic habeo queri, quaſi relinquar. Excuſatæ ſunt parentibus liberorum calamitates, & ſi quem lex iſta deprehenderit, in alterius fatum tranſeat neceſſe eſt, tanquam orbitatem. Quid enim ſi me detinente matre alter e latere revocaret? & ſi bella militem poſcerent, ſi legatum patria dimitteret, veluti ad propriam deſcendam neceſſitatis meæ complorationem? Si me damnatum pœna conſtringeret, videlicet effringeres carcerem, mater, injiceres carnifici manum & perituri filii jugulum autoritate juris operires? Dii deæque, quam longe eſt lex, quæ retinet hominem, qui pœnæ non venit! Neſcis, quantum intelligo, mater, quantam [27] invi- ANTILOGIA. ri velit, Domus ſuæ fata non ſentiat. Pene igitur jam puderet Filium de nefario affectu revocatum ad potioris pietatis opera auctoritate Legis impellere, & mihi novum hunc inurere doloris, ut non ſponte Filius adſtet mihi miſeræ, quam grave eſt, quam inenarrabile. Libet tamen, libet poſteritatis cauſam agere, futuris ſæculis comparare innocentiam, perditiſſimos cohibere Filios, Parentum ſecuritati conſulere. Totum valeat igitur ſacræ Legis imperium; & crudeliſſimus natorum juſſu ſtrictiſſimo apud cæcam detineatur. Nam quo ſcelerum, atque audaciæ ruimus, ſi voluntatis publicæ detrectare præſcripta licet, & ſceleratis liberis poſt deſpectos Parentes nulla formido ſupereſt fortioris imperii? Satis dedecoris cæpimus dum inquirimus, dum, veluti quid noſtrum unicuique conveniat, dubitamus; & nimis vereor, ne in exemplum iſtud abeat facilitate vitiorum, dum videmur Filium lenta nimis perſuaſione reverentiæ admonere. Quis Filiorum parentibus miſeris adſtabit imposterum, ſi ad comparandam nefariis votis libertatem allegare ſufficiat quamcumque cauſam? Liberi Parentes in calamitate ne deſerant. O numquam Lex juſtior, numquam ſanctior! Defendi non poteſt, qui invenit aliquid quod objiciat, quo Legis hujus penſet auctoritatem. Adhuc ne cogendus eſt Filius meus, qui non deſinit calamitatum mearum cruciatus inexplicabiles decipere, ad quos ait, ſe de captivitate veniſſe? Fidem veſtram, ſanctiſſimi viri, detinere vult Filium Mater, quæ cæca eſt. Ignoſcite vos univerſi ſexus homines, ſi Filium revoco de fide amicitiæ, ſi nimis impatiens affectus Juvenem, qui paratus eſt amico ſuo impendi, inter otioſa morari jubet miniſteria cæcitatis. Maximum meretur ſolatium dolor, qui parem non habet. Conſiderate jam, expendite dolores omnes, cruciatus omnes, ſingulis cæcitas comparatur, & ſupra comparata mala ſupereſt adhuc dolor cæcitatis. Nullum invenies

24 Imminente mihi apud Tyrannum morte. 25 Pro vita, aut ſalute mea. 26 Primum labor ad ſuperandum Tyranni animum; incommoda itineris &c. 2. diſcrimen perdendi amicum; & quod majus eſt, infamiæ ſubeundæ periculum, ſi fidem datam non ſervet. 26 Alii legunt *diverſis*, fortaſſe clarius. 27 Quantam invidiam, odiumque hominum debeat in deſerentes Filios concitare.

ANTILOGIA. venies tormenti genus tam ſævum, tam atrox, cui ex blanditiis ſenſuum non ſit aliquod delinimentum, quod dulci quapiam objecta ſpecie non plurimum de ſui doloris immanitate deperdat. Gaudet æger fluentis rivuli leni lapſu, & ſuavium arborum viridi coma; quam contingit hilare Patri lethum, qui aſſidentes liberos videt; qui torquetur, qui occiditur, quam levius dolet, ſi & inimicum ſuum, aut percuſſorem pati aliquid intueatur! Sola cæcitas eſt, quæ dolorum ſuorum non admittit indulgentiam, cui nullo ſolatio conſultum, ut contingeret infelicibus pœna non habens modum, ut homines ſævum aliquod indiſcrete paterentur. Hanc non iſta pulcherrimarum rerum diverſitas allicit, non tot ſpecioſa miræ opificis naturæ miracula diſtrahunt. Quidquid dulcius, quidquid jucundius eſt idipſum plus exaſperat, plus torquet quod fruſtra imminet. Hanc nullius ſenſus blanditiæ recreant, quid enim cæteri valent animo voluptatis inferre deficientes penitus, ac nulli, cum lumina perierint, quæ ſola totum eſſe hominem poſt amiſſa tantum apparet. O miſeranda cæcitas, & ſolum illi, qui te deſerit, non intellecta! Quibus ultra verbis calamitates tuas proſequar? Triſtis, impatiens, immitis; ſed leviter queror, æterna es. Hic jam fatiſcit animus, lingua deficit, ſuccurrite Judices, & vos liberi mei impotentiſſimi affectui tandem favete. Pœna mihi contigit, cujus non viſura ſum finem. Suavis eſt miſeriarum recordatio, & quæ præterierunt mala uſque ad damni compenſationem fortaſſe delectant, mihi miſeræ, ne in hujusmodi quidam ſolatium, quod tanti emitur, continget meminiſſe. Invidere fata doloris noſtri memoriæ, ut ſi nimia ſit felicitas Matris, cui præteritos tandem liceat contemplari cruciatus, ſibique ſuis doloribus complacere, quod pro Filio tantos paſſa fuerit. Inexplicabile, incomparabile malum eſt, quod finem numquam nec pollicebitur. Adhuc ne quis dubitat de ſævitia cæcitatis, quæ ſani-

vidiam debeant facere liberis parentes, a quibus relinquuntur. Mater, quæ ſe deſeri queritur, illud exclamet, Filium meum civitas peregrina ſolicitat; ut amœnos neſcio cujus receſſus orbis petat, debilitati meæ ſubtrahit humeros. Juvenis meus abducitur amore meretricis, & ab officiis civitatis vitiis abſtrahitur oculorum. Ejusmodi gemitu filium neceſſe eſt perſequaris, ut quod detineor, obiter & pœna ſit. Non facit iſta lex ad liberos, qui miſericordia detinentur. Ut turpe ſit quod recedo, [28] in eo tantum eſt ad quem revertor: & ut facinus ſit relicta mater, non [29] faciunt niſi cauſæ relinquendi. Homo, qui ad tyrannum revertor, ſi malo animo relinquo matrem, dignus ſum qui detinear. * Non eſt itaque quod ſubinde nominis veſtri beneficia, mater, opponas, non eſt quod vilitate tua fieri [30] putes, ſi credimus eſſe in rebus humanis & alterum affectum amicitiæ, quam mihi videtur natura excogitaſſe, ut coire invicem poſſit totum hominum genus, quæ ideo nondum circa ſe tenet omnes admirationes, [31] quia tota non contingit, [32] quæ tamen pervenerat ad incredibilium fidem, niſi illam vos [33] impediretis. Amicitia plu-

DECL. MAIOR

ſuccurrite Judices, & vos liberi mei impotentiſſimi affectui tandem favete. Pœna mihi contigit, cujus non viſura ſum finem. Suavis eſt miſeriarum recordatio, & quæ præterierunt mala uſque ad damni compenſationem fortaſſe delectant, mihi miſeræ, ne in hujusmodi quidam ſolatium, quod tanti emitur, continget meminiſſe. Invidere fata doloris noſtri memoriæ, ut ſi nimia ſit felicitas Matris, cui præteritos tandem liceat contemplari cruciatus, ſibique ſuis doloribus complacere, quod pro Filio tantos paſſa fuerit. Inexplicabile, incomparabile malum eſt, quod finem numquam nec pollicebitur. Adhuc ne quis dubitat de ſævitia cæcitatis, quæ

28 Illi objiciendum eſt, qui me pari vi ad ſe trahit. 29 Non faciunt facinus hunc meum reditum, niſi cauſæ relinquendi, quæ tamen non ſunt niſi ſumma fides.

* Confutat alterum Matris argum. allegantis auctoritatem ſuam, & beneficia materni nominis; veluti quibus neceſſario Filius parcere & indulgere debeat. Reſp. vero eſſe in rebus humanis affectum amicitiæ qui fortior eſt, cujusque modo pientiſſimum exemplum edetur, ſi Mater non prohibebit.

30 Alii libri habent *poteſt*, nihil clarius. 31 An quod maximum amicitiæ exemplum edi nequeat. 32 Modo in noſtro caſu. 33 Negando mihi reditum ad Tyrannum.

Digitized by Google

DECLAMATIO. plurimorum corporum unus animus, vicariæ manus, fortior, quam matris affectus. Rogo quid refert, quid vocetur ille, qui sic amat? Quid interest ex [34] quibus magna merita descendant? Vultis scire quid de hoc affectu sentiat mater? Et amicum meum putat malle, ne revertar. * Finge me positis paulisper meritis, quibus obligatus sum, hoc tantum dicere: Amicus alligatus est, ire volo mater, ut [35] redeat, ut consoler, ut dominum rogem, ut si tyrannus exegerit, vicarium corpus opponam. Quid detines? quid moraris? Hoc est [36] tempus, propter quod coimus. Nescias an diligat, cujus non habet experimenta nisi sola felicitas, & si vitæ præstes omnia secunda, amicus otiosa res est. Dicturum me putas, hoc expectat alligatus, expectat totum imo genus hominum, & [37] nos in hanc fidem persuasionis receperunt, ut si hoc faciam, nemo miretur. Vis scire, mater, quem affectum, quam reverentiam in calamitatibus amico præstare debeamus? Nullam legem [38] timuit, ne relinqueretur. ** Differo interim causam amicitiæ, agere paulisper [39] omnium libet, sanitatem non admittit, ad quam artis industria, ac diligentia sistit, atque ignorantiam fatetur? Hæccine calamitas, quæ universi sexus miserationem meretur, apud hominis pietatem non invenit solatii locum, & apud Filium caritate memorabilem non valet Matris infeliciſſimæ persuasio? Quid enim infelix tam invisa impatientia quærit? Non in sæva bellorum discrimina labi jubeo, non dubio itineri committo, non per furentes fluctus, & frequentes latronibus vias impello; unum oro, a Matre ne discedas. Quæro infelix tantæ calamitati, tanto dolori delinimentum; nam cæcitati quodnam jucundius solatium, quam Filius? Quantum sibi misera blanditur cum natus accedit; cum ante sensuum ministeria ipsa, sive cupidinis impatientia, sive communis sanguinis gestiens affectus blandum uteri pignus adesse nunciant! Eripuit nobis sors invidiſſima sensuum blanditias omnes, tristi nos nocte clausit, & voluptates quaslibet de nobis arcuit, unum tamen auferre non potest, unum non impedire, solatium de Filiis. Indulge jam nostris lachrymis, nate; neque per te pereat, quæ una supereſt Matri voluptas animi, dum Filium concipit, dum contemplatur, dum pium amat. Quantam facies invidiam sorti, si jacturam luminum, & cruciatus meos omnes tuæ pietatis indulgentia rependes. Scire vis nate, an remanendum tibi sit apud Matrem? Propter hanc amicum tuum, cui tam fidelis gestis esse, reliquisti. Sed leviter queror; libet, libet impiiſſimo natorum nova merita nostræ calamitatis objicere. Non dicam, sanctiſſimi Viri, quod tam pulchro rerum aspectu perfrueris, quod vitales captas auras, quod spiritum tra-

ANTILOGIA.

34 Sint ne amici, an Parentes; non nominis, sed meritorum ratio est habenda.

* Confirmatio incipit, ad quam ex confutatione insensibili via pergit. Primum argumentum est ex amicitia; alligatus scilicet amicus est, non potest sibi vetari reditus ad liberandum amicum, nam *semper dare est inspicienda fides:* ulterius hoc pietatis, & amicitiæ munus non amicus solus, sed totum genus humanum expectat, utpote munus vero amico necessarium.

35 Ut a me liberatus redemptus amicus in Patriam suam revertatur. 36 Tempus scilicet adversorum. 37 Et ea est amicitiæ nostræ fides, ut licet summum hoc edam experimentum, adhuc tamen nemo miretur. 38 Quoniam scilicet omnia illa præstanda sunt, & amicus meus sciebat me cuncta cum fide persoluturum, ideo de me non dubitavit, neque multo minus inveniri posse putavit Legem, qua fides mea detineretur.

** Secundum argum. quia sibi Tyrannus credidit, credidit autem quia non reversurum putabat, necesse est igitur, ut illi injuriam facturus ipsum decipiat revertendo.

39 Insultare scilicet Tyranno ex parte omnium veræ amicitiæ professorum, quos non esse in rebus humanis Tyrannus putat.

Digitized by Google

ANTILOGIA. trahis, & sole gaudes, illud hujus uteri munus est, quid retribuis Matri? Hæ etenim apud Filium meum minores sunt pietatis necessitates; intelligat ipse jam quid me fecerit cæcam. Non sæva lues córporis superfusa, non vitium aliquod mihi rapuit oculos; me miseram nimia caritas excæcavit. Dum captivitati tuæ tristius illachrymor, dum misereor, & supra cujuslibet Matris affectum dolores patior, dum vitalia lachrymis fusius exonero, dum despero infelix, pro te lumina perdidi. Itane Matri paria refert Filius; ita ne tanti amoris rependit experimenta? De pietate mea nihil est quod supersit, quod amplius queras; aut mihi miseræ quantum restat, ut queam credere inesse tibi solum hominis affectum. An nihil illi referres, qui terribilia mortis pro salute tua subiisset, qui sanguinem pro te, vitamque fudisset? Jam ut indulgeas, ut miserationes debito reverentiæ, debito pietatis largiare non postulo; exigo quod & alteri deberes. Non dicam amplius; rogat infelix, rogat mater: Scire vis quænam petit ut faveas cæcitati? Quæ pro te oculos amisit. Sed libet, Judices, interrogare ingratissimum, quænam sit causa Matrem relinquendi, qua calamitate, quæ cæcitatem exsuperet, quo fortiori supra ipsam sanguinis communionem affectu alio vocetur. Præstituta est, puto, dies, tyranno, amico promisisti, eundum est. Quid judicetis, sanctissimi viri? Si redire vis ad amicum ut redimas, ubi pietas, ubi miseræ Matris recordatio? Annon hæc quoque de miseriarum parte levanda est, quæ tristissimis cruciata diebus ac noctibus innumeris, æternisque mœroribus sine filio infelicissima destinatur? Si ut fidem promissi serves, salva innocentia tua, salva fides est; redire voluisti, sed mater retinuit. Filius meus, ut animadvertere vos credo, Judices, suos omnes in amicitiæ studia contraxit, affe-

DECLAMATIO. bet, & tyrannus mihi credidit, volo reverti. Nulli unquam mater plus commisit fides, neminem magis obligaverunt expectationes. Credidit mihi homo, cui res favorabilis contingit, si decipitur, qui sibi excogitasse contra omnes amicos videtur, ut illi imponeremus. Non est quod mihi supplicia, quod omnem mortis apparatum mater opponas. Facinus est, id tantum hominibus bene credere, quod expedit: & actum est de rebus humanis, si sola servatur utilitatum fides. Infinitum est, quantum mihi crediderit tyrannus, si me occiderit reversum: * intelligit, Judices, & ipsa mater, quantæ reverentiæ locum amicus obtineat, quæ incipit contendere affectu. Nisi fallor igitur, cum ego sim materia litis, hoc primum existimare debetis, [40] uter in ea calamitate plus fecerit. Ante omnia permitte mihi de hoc affectus tui genere, mater, queri. Quid tibi tam rabido, tam præcipiti dolore voluisti? Quid adversis tuis præstare faciem, & in oculos tuos accipere nuncium? Non reliquisti tibi, ut redimeres, sine dubio [41] adjecisti ad matris affectus; oculos in media orbitate fudisti, sed illud non laxat catenas, non explicat corpus. Quid mihi prodest iste, qui se [42] citra

* Tertium argum. quo probat sibi plus habendam esse amici rationem quam Matris; Mater enim ipsum in calamitate non juvit, Amicus vero maxime. Describit igitur quod sibi Mater præstiterit, hoc est solum lachrymas, & desperationem signa quidem affectus, sed alligatum nihil juvantia; secundo quid amicus, qui catenas non suas suo corpori alligavit, rogavit quinimmo, & periculum mortis subiit, &c. hoc maximum edidit amicitiæ signum, quod omnia merita exsuperat, quod semper credidit Amicum suum reversurum.

40 Amicusne, an Mater. 41 Feciſti aliquid supra quam quævis alia Mater feciſſet, & habuiſti affectum caterarum Matrum caritatem præstantem. 42 Non pro Filio.

Digitized by Google

DECLAMATIO. tra filium consumpsit affectus? Plus feciſſet mater, quæ iſſet ad tyrannum. Alligatus ſum, tu nunc ſic flebis tanquam [43] ſolvar in lectulo, tanquam in tuis manibus expirem. In quibusdam calamitatibus deſperatio non eſt ſummus affectus, & quisquis orbitatem ſtatim credit, feſtinat ad impatientiæ ſecuritatem. [44] Inſimules licet mater tantæ pro me impatientiæ, tam incredibilis affectus, amicus rem difficiliorem fecit, quod ſervavit oculos ſuos, ut alligaretur. Dii deæque, quantum ille præſtitit, [45] qui vidit pœnam meam, nec receſſit! Ille, ille terribilem carcerem facit, qui inde procedit. Jam non corpori nexus hærebat, nec aliud quam reſederant pondere catenæ, conſumpti longo ſqualore vultus, concretæ noctibus diebusque ſuper ora lacrymæ. Miſeremini, Judices, ne perdat auctoritatem meritum quod ultra expectationem eſt. Ponite ſub oculis alligatos, quorum alterum amicus redemit, alterum mater. Rogo, uter plus fecerit? Bone Jupiter, quam avide, quam fortiter vincula noſtra tractavit! Quibus ille precibus exegit, ut ſibi crederetur! Accipe, inquit, has manus, hæc membra, ſi fieri poteſt, ut amicum matri remittamus. In totum explebo, ſi videtur, vicaria pœna locum recedentis. Vel ſi vis utique tibi dimiſſa membra reſtitui, ſpondeo quemcunque juſſeris aperto jugulo diem. Fidem deorum hominumque, quid non [46] factum eſt, ut amicum meum pœniteret? Ingeſtum eſt miſero illud carceris, tenebrarumque ſecretum, gravioribus vinculis opus eſſe carnifex dixit ad bonum amicum. Accedere ad illud cubi-

ANTILOGIA. affectus, ſanctiorisque reſpectus immemor (tam ſævo aliquid indulgeamus) de ſolius eſt amici ſalute ſollicitus. Amicitiæ non objicio, neque expendere modo libet, an tanta fides animorum impotens domina ex malo principio, ut aſſolet plerumque, proceſſerit. Sed per Deos immortales, ſcelerata fides eſt, quæ ſanctiorem excludit affectum, & nullius veram eſſe puto amicitiæ caritatem, cui non eſt curæ debita pietas in Matrem. Illud eſt, Judices, quod omne nefas excedit, quod percipi nequit, & neceſſe eſt ſæpius repetam, quod parentis merito filius inveniat quod comparet. Quid opus eſt legibus, ut contumax pectus filii vincatur? Ipſa quæ noſtros imbuit affectibus animos, quæ amoris noſtri munera partita natura eſt, primas utique pietatis partes eſſe voluit erga parentes; ipſa nos tacite hujus electionis admonuit, ipſa hanc nobis ſecretam vim indidit, cui & flagitioſiſſimi homines nonniſi cum religione reluctantur. Magnum dicerem; in hoc diverſitatis ambiguo filius dubitat quem juvet, cui impendatur. Plus queror infelix: Amicus jam electus eſt. Amico promiſiſti? Cum optimum filii munus præſtiteris, bene licebit agere amicum. Numquam fortius amicitiæ tuæ probabis innocentiam, quam ſi potiori pietati non adverſeris. Aſt alligatus amicus eſt, & morti traditur, niſi revertaris ad diem. Sola igitur, ſola eſt calamitas Matris, cui non credit, quæ miſerationis locum non invenit. Ut jubere poſſim, videamus tamen cujus noſtrum major ſit dolor, cujus conditio præſentiam hominis magis mereatur. Hæc totius corporis, hæc animi, mentisque pœna, ne quid aliud dicam, ſa-

ne

43 Membra in mortem. 44 Alii habent *inſimules*, alii *diſſimules*: una litera quam diverſum ſenſum efficit: noſter hic diſſimiles. Nec diſplicet, ut ſit ſenſus: licet amici mei tantæ non fuerint impatientiæ, & affectus adeo incredibilis opere, tamen plus præſtitit, & admodum juvit.

45 Alii habent *qui mihi invidit pœnam meam*: ſed hercle quis ſenſus?

46 A Tyranno.

Digitized by Google

ANTI-LOGIA. ne plus est quam captivitas. Tenetur carcere, vinculis amicus tuus? Inspice destinatam secreto angulo miseram, languentes artus, otiosa ministeria membrorum, immobile corpus, & satis sine vinculis alligatum. O immitissima cæcitas! genus est captivitatis, qua tyrannus non affligit. Mortem captivus timet? O mors expetenda miseris, quid mihi quoque non immines, quid vitam hanc infelicissimam ferreo telo cædere recusas? Dulcis ne mihi continget, quam præter damna cæcitatis filius reliquerit? Ita igitur vivam, ut insolita prece Deos, Deasque fatigem, ut tristia sæva inexorabilia fata vocem, si mihi parcant, si spiritui vitæ hujus indulgeant? Comparate jam calamitatis impatientiam, sanctissimi viri; aut morietur amicus, captivitatis scilicet doloribus eripietur, aut vivet, sed cruciatu minori, sed videns. Pares esse non possumus, nisi mihi mors cita contingat. Quid nunc dicitis universi sexus gentes, quid judicatis? Vincit, vincit cæcitas ipsum dolorem captivitatis; sed ut blandius loquamur, & tibi aliquid demus; quodcumque amicus tuus, ego patior, & cæca sum. Vos nunc obtestor, fidem vestram imploro sanctissimi Viri, calamitatum mearum maxima cæcitas sit; impetret tandem misera Mater innumeris doloribus levamentum. Numquam ne enim finis erit mœroris, lachrymarum, desperationis, & filii mei captivitas mihi plus constabit, quam lumina? Quos passa sum cruciatus infelix, ut tristes dies, noctesque sollicita duxi, cum me primum reliquit, & se peregrinationi cubile jussi sunt homines nocentes: & subinde dictum est, [47] vide tamen, amicus si tanti est. Una vox, unus miseri gemitus, urite, lacerate, distrahite, ille tamen revertetur. * Miserere mater, magna res agitur; amicum meum reliqui contendentem cum tyranno. Excuso me vobis humani generis affectus, & tibi ante omnia, mater, excuso, quod hoc fieri passus sum. [48] Ulla ergo in rebus humanis necessitas tanti fuit, ut illum amicum meum in carcerem ipse deducerem, ut squalorem meum, meas catenas in membra festinantis exuerem, ut tam abrupti commeatus diem contra tot incerta promitterem? Testor te misera conscientia, & si quod nos in illa necessitate numen aspexit, quantum simus rixati circa catenas, quam omnia fecerim, ut ille potius veniret ad matrem. Fateor, Judices, unius cogitationis pudore victus sum, quod tanti beneficii difficultatem ab amico non accipere, affectus videbatur hominis, qui non credidisset. ** Miserere mater, ne me solutum putes, amicum alligavi. [49] Hæ sunt catenæ, quæ [50] tegunt membra, quæ per maria, quæ per infinita terrarum spatia restringunt. Sic non potest carcer effringi. Invideo tyranno, scit alligare amicos, scit tenere dimissum. Iterum, ac subinde proclamem necesse est, ego amicum meum alligavi, & ut te viderem, pœnam meam altero homine implevi. Scio quo hoc amicus præstiterit animo, sed ego rem feci hominis non reversuri. Interrogo hoc loco

DECLAMATIO

47 Alii habent *vide tamen amice, si tanti est*. Nihil immuto.

* Quartum argumentum, quia reliquit Amicum suum in manibus Tyranni, cui conditioni subeundæ tam alacrem ipse præstitit animum.

48 Per subjectionem, ut si alter interroget, & objiciat.

** Quintum argumentum, quia Amicus alligatus est, & quem profecto suis ipsis texit catenis; quare catenæ illæ licet alterius corpori annexæ, ipsum se tamen adhuc detinere. Quare quemadmodum, si ductus fuisset ligatus a barbaris aliquando ad Matrem, Mater ipsum detinere non posset; ita & in hoc casu, cum catenarum suarum præseferat semper necessitatem.

49 Istæ catenæ quæ amicum meum alligant, etiam mea profecto tegunt membra, &c.

50 Alii habent *regunt*, non æque placet.

Digitized by Google

DECLAMATIO. loco impatientiam tuam, mater, interrogo, quid faceres, si nos ad te videndam deduxisset alligatos aliquis satelles, si barbarus aliquis? Fruereris osculis? fruereris amplexibus? Non est quod te [51] ista tanquam levior, tanquam expeditior conditio decipiat. Quid putas esse, quod me dimisit solutum ire, quo vellem? Crudelis artifex [52] non reliquit nobis, ut imponeremus. * Supervacuo igitur hoc vos in matris causa movet, quod cæca est. Hoc quod nobis [53] invidiam facit vulneribus oculorum, nolite detinendi putare causas, idem videns faceret. Nec plus est quod non potest cæcitas ferre, quam mater; ut aliqua filio carere non possit, nonnunquam calamitas facit. Quod si, Judices, in persona mea, nec affectu, nec meritis inferior est amicus, quid aliud justitia vestra debet attendere, quam uter plus patiatur? Jam satiavit dolorem mater, egessit æstus, effudit impetum. Jam non desiderant oculi, cum cadunt. Adjice, quod hanc qualemcumque fortunam inter amicos tenet, inter propinquos, habet omnia ministeria sua debilitas, suas [54] comparationes. Vis scire quanto intolerabilius sit, quod patitur amicus? [55] Excæcavit te, quod ego sic tenebar: ille quos accipit cibos, quos carnifex, tortor apponit.

M. FA-

tioni tradidit inter dubia maris, & procellarum frequentia discrimina! Testor, si quod pietatis nostræ metus respexit numen, ut ad levem auram, & flatum quemlibet trepidabam, ut ad omnem paulo mutati cœli faciem pavido anhelitu deficiebam. Si cooriebatur tempestas, si solito iratior stabat nubes, nato meo succenseri ventos, minitari sydera, heu misera, trepidabam. O nimia formido, o sæviissimi dolores! Sed leve est quidquid tunc patiebar. Quid vobis referam gemitus meos, cum captivitas nunciata est? Expendite, judicate, quantus sit dolor Matris, cujus exsiccati sunt lachrymarum fontes, & ipse planctus priusquam mœror defecit. O nomen Matris ominosum, proditorem uterum, invisam fœcunditatem! Tristem me semper fecit unicus meus. Comparate modo si libet præteritis futuros dolores, futuras pœnas; quid misera patiar cum me reliquerit? Oculos perdidi quod a tyranno prohibebar ne viderem filium meum; considerate, quis sit futurus dolor cum præsentia filii frui non licebit, quod ingratissimus ipse, ipse impiissimus nolit. Decet, igitur, decet doloris nostri, luctusque finem esse; nimis passa sum dum retinere conor, dum totum maternæ desperationis ambitum impendo, dum solum timeo ne discedat. Protestor, Judices, Mater, cujus tristitiæ, cruciatus non est modus, non erit par ferendo dolori, si discesserit filius.

ANTILOGIA.

51 Quæ mihi data est, ut solutus ad se reverterer. 52 Nam si ego imponam non redeundo, non poterit æque Amicus imponere, sed pœnas quinimmo meæ fraudis luet, & sanguine suo rependet contumeliam Tyranno illatam.

* Hic confutat alterum argumentum, quod Mater objicere poterat a cæcitate sua scilicet, quam plus misericordiæ impetrare poterat. Resp. 1. nihil plus valere, quod cæca sit, nam hoc faceret & videns; 2. attendendum esse Matri, ne plus, an Amicus patiatur; sed cum profecto constet, Amicum plus perpeti, ideo necessario redeundum est. Hic multa dubito. Primo, sit ne perfecta hæc Oratio, in qua ponitur primo confutatio, inde confirmatio, & postea redit ad alteram confutationem. Secundo, desit ne peroratio, vix enim confutatio hæc nullis fortior affectibus ejusdem videtur adimplere locum. Tertio, an posita fuerit hæc ipsa confutatio loco perorationis, quod tamen valde diversum est ab hujus Oratoris instituto, & more; qui in toto decursu Orationis semper gravis sententiis, sensibus mirabilis, affectibus fortis, intensius hæc in Perorationibus præstat. Utcumque sit, non me decipi crediderim, si Declamationem hanc sane mutilam, sive a Scriptore non emendatam, sive temporum injuria fuisse læsam affirmem.

53 Judicum odium, & indignationem in me concitat. 54 Alii habent *cooperationes*, forsan non male.

55 Amicus meus idem patitur quod ego patiebar, cujus propter conditionis dolorem oculos perdidisti.

Digitized by Google

IN DECIMAMQUINTAM
M. FABII QUINTILIANI
DECLAMATIONEM
ANTILOGIA.

M. FABII
QUINTILIANI
DECLAMATIO
DECIMAQUINTA.

VENENUM EFFUSUM.

ARGUMENTUM.

Filium ter abdicare voluit Pater, victus. Invenit quodam tempore in ſecreta domus parte medicamentum terentem. Interrogavit quid eſſet, cui paraſſet. Ille dixit, venenum, & ſe mori velle. Juſſit pater bibere. Ille effudit medicamentum. Accuſatur a Patre parricidii.

PRO PATRE CONTRA FILIUM.

ANTILOGIA. DEſieram, Judices, infeliciſſimus Pater Filii mei numquam intermiſſa ſcelera ad juſtitiæ veſtræ ſacra ſubſellia

PRO FILIO CONTRA PATREM.

LAſſatus [1] per diverſos miſeræ DECLAMATIO mentis æſtus, & [2] eundem dolorem, dum me ab [3] utroq; animi genere ſemper quod impulerit

* Petit Filius ne mirentur Judices, ſi inter tam triſtia Fata conſilium invenit ad ſmienda mala ſua moriendi, ad probandam innocentiam vivendi; 2. calamitates ſuas complorat exaggerando Patris ſui vitiam, qui imperio ſuo pene Filium occidit, interpretando etiam ejusdem mentem, quæ ſane Filii mortem exoptabat, & ſumme doleat modo quod non contigit res pro voto &c. 3. petit a Judicibus ne putent contumaciter noluiſſe ipſum mori, non enim bibit, quia ſic ad innocentiam ſuam plus faciebat. 1 Hujus ſenſus multiplex lectio eſt, ſed in omnibus libris obſcura; nam alii habent *abdecat*, & *licaat* puto male; rurſus alii *neutram*, alii *neutra*, lego cum Lugdunenſi *neutra*, ſed requirerem inter, ut ſit ſenſus tam diverſos ſibi eſſe æſtus, ut non videat quomodo perferre poſſit patientiam tantæ calamitatis, tanti doloris, neque per pertinaciam, neque per deſperationem; ſed & hoc divinare eſt. 2 Dolorem qui numquam variatur, ideo ſæviorem. 3 Ego intelligo pertinaciam, & deſperationem, in quas ambas impellitur, & a quibus abducitur, ita ut neutra harum poſſit dolores ſuos ferre.

Digitized by Google

DECLAMATIO. rit abducat, & in pertinaciam, desperationemque neutram mihi liceat perferre patientiam: hoc primum a notissima clementia vestra peto, ne miremini, quod inter tam varia tristissimaque [4] facta consilio diductus sum, hec pro malis meis quicquam melius invenire potui, quam ut morerer, nec pro innocentia, quam ut viverem. Novo igitur, Judices, inauditoque genere discriminis utriusque animi reus, qua satis calamitates meas comploratione, quo deflebo gemitu? Filium mori volentem pene occidit, quod intervenerat, pater. Videtis adhuc illa secreti nostri contentione rixantem. Quicquid citra suprema, citra exitium est, contumaciam vocat, quantum absolutionem aspicit, vitam. Quis post hoc quærat, ac dubitet, quo me affectu jusserit virus haurire, qui parricidium vocat, quod non biberim? Permissurus fuit, si bibere voluissem. Quæso itaque, Judices, delationis hodiernæ penitus velitis perspicere causas. Objicere putatis parricidium [5] patrem? Pro se necatur, uritur, sine dubio torquetur vita. Hoc enim non potest ferre, quod mori filium jussit, nec coegit, & scit facinus fuisse in imperio, si innocentia est, quod recusavi. [6] Suæ quod crudelitatis est, vel ab invidia se criminibus meis defendit, excusat, & ne vocem illam tanquam peractum facinus oderitis, substituit pro [7] malo patre miserum. Hic est, Judices, deprehensæ impietatis æstus. Nemo unquam volet innocentem filium videri, quem voluerit occidere. Illud quoque, Judices, a gravia deferre, postquam nescio quo fato victas querelas meas judicia vestra repulerant, & exundantem lacessitæ toties innocentiæ dolorem intra cordis latebras, tacito gemitu nihil tamen exoneratus arctabam, ne filio, cui nullus est reverentiæ, nullus pietatis affectus, despectior esset Pater rursum damnatus, & homo audacissimus accusatoris quondam impatiens in scelus rueret quod non posset absolvi. Quis nunc jubeat, tam lentam, fœdissimamque patientiam sistere, quis tanti doloris, sive metus, sive indignationis hunc moderetur affectum, aut quis de animo dubitet immanissimi filii, qui dum iratus est Patri deprehensus est cum veneno? Hic ille est innocens, cujus composito vultui, & simulatis affectibus credidistis; hic infelix ille, quem apud vos quotidie iniquissimus Pater calumniabatur, cujus vitam impatiens familia ferre non poterat. Contemplamini nunc hominem, cujus abdicandi Patris immanitas fingebat causas, quem faventia vestra toties dimisistis insignem, qui suffragio omnium sæpius liberatus injusto Patri comparavit invidiam. Venena tractat ter absolutus. Ignoscite, Judices, doloris nostri desperationi; necesse est libere loquatur homo, cui non est modo nova filii conscientia. Filium meum feciſtis audacem, & homo cui tot scelera impunita fuere, spe maxima felicium malorum novum tentavit quoque parricidium. Quis nunc quærat quomodo probem justitiam abdicationis? Filius qui parat venenum Patri debuit jam scelera commisisse, quibus malitia per gra- ANTILOGIA.

4 Alii legunt *fata*, sed otiose. 5 Alii legunt *objicere putatis parricidium Patrem pro se?* Fortasse clarius, fit enim sensus: putatis Patrem objicere parricidium, ut sic consulat vitæ suæ? Male; nam ipse ex se necatur, &c. 6 Alii legunt *sive quid* &c. sed vix invenio sensum omnino, ut melius legamus, τὸ *vel* non dividere, sed augere sententiam dicamus, quod Pater scilicet Filium criminando, defendat se etiam ab invidia abdicationibus præteritis jam comparata. 7 Loco patris scelerati vocat se miserum, puta scilicet cui Filius, præter illatas jam abdicationis causas, venenum etiam paraverat.

ANTILOGIA. gradus veniens ad facinus pergeret incomparabile. Qua digna satis accusatione, quibus hominumne, an deorum auxiliis, qua voce valida tanti conatus insequar impietatem? Levia quæro. Quem culeum, Judices, quos serpentes, quas undas huic parricidæ parabitis? Novi, inauditique supplicii fas est ferat cruciatus homo, qui parricidium tentavit, quod nec ante se habuit, nec est, puto, habiturus exemplum. Nam quis hoc patiatur in filio, qui toties innocentiæ laudem retulit, qui miserrimo Patri debet propter id ipsum, quod ut evaderet esse voluit parricida? Incomparabile, pessimum scelus est hominis, qui tam repente post innocentiæ meritum perrexit ad facinus. Augeo, Judices, parricidii nefas, quod veneno tentatum est. Plus hoc paterer si ferro contigisset. Parricidæ crimen exæquat qui utitur quoquomodo veneno. Abeat igitur, Judices, abeat illa de filio innocente fides; probat nunc homo, nescio quo fato, cujus vi persuasionis se toties absolutum, qui tanti facinoris reus fatetur sibi numquam modum scelerum fuisse. Non me putetis immitissimum Patrem invidiosa accusatione fortiter agere, ut parricidæ supplicio vindicer victus accusator; innocentiam, oro, reddite Patri, quem feciſtis toties calumniatorem. Neque nobis hæc solum causa est; gravitate publica peto, ne quis me mori voluisse non credat. Contumaciter adhuc prioris constantiæ meæ more defendor: alia est mihi ratio cum vici, & [8] fortior sum [9] reus, quam [10] absolutus. Sed tunc tantum par esse non possum calamitatibus meis, cum me constare cœpit nihil aliud esse quam miserum. Bene quod rursus vocavit in forum, jussit integritatis agere causam, fecit ut mihi videar perdidisse mortem. Si pœnitet patrem, quod me bibere jussit venenum, ego ferre [11] non possum, quod effudi. * Licet igitur immitissimus senex confundere publicos conetur affectus, querelarum fronte [12] mutata, non sumus novi vobis accusator & reus, & nec nos modo pietatis eversæ recens [13] asseruit immanitas. Parricidam me olim vocat. Ita est enim, Judices, ita est, jam pridem hominum nefandorum solis nominibus [14] accusatur. Sic mihi illa prima patris maledixit asperitas. Hic est ille, quem definere jam jusseratis, qui semper ad vos [15] recurrit, & [16] vincitur. Fallitur quisquis illam de moribus senis lassitudinem, vel patientiam sperat. Patri, qui abdicare non potuit, minus est filius nocens, quam absolutus. O pertinacissimum accusatorum genus, victi parentes! Dum autoritatem nominis vestri fortius imperiosis asseritis affectibus, & ne pu-

DECLAMATIO. do-

8 Au quia sic probavi sanum me illud feciſſe, & idcirco in potestate mea fuisse mori, aut non mori palam feci? nam si cito bibissem, omnes me putassent ex ignavia, & constantiæ defectu obiisse. 9 Parricidii apud Patrem non bibens venenum. 10 Bibens, & sic probans me illud mihi tantum parasse. 11 Deleo τὸ *non* tum ex aliorum auctoritate, tum ratione ductus; nam hujus sensus veritatem supra invenies ad n. 8.

* In narratione exaggerat primo Filius, accusatorem suum non esse ignotum, sed eundem, qui toties a Judicibus repulsus est; 2. narrat statuisse se mori, ut aliquem Patris affectum falcem in pereunda mereretur; 3. recepisse se in remotum domus locum lachrymarum suarum jam conscium, ut ibi procul a strepitu spiritum ageret; 4. dum potionem parabat qua hausta periret, advenisse Patrem; 5. se pallore vultus non probasse timorem, nam interroganti quid esset, cui parasset, respondisse impavide, venenum esse, & se mori velle; 6. Patrem jam non effudisse venenum, quod fuisset pii, & amantis, sed quinimmo, ut citius moreretur egisse, jussisse ut biberet; se vero non bibisse, & hoc crimen a Patre objici, & parricidium vocari.

12 Nam antea conabatur abdicare me, nunc vero tentat probare me parricidam. 13 Neque modo tantum ex ultima hac immanitate Patris noti sumus, sed jam & ante, &c. nisi intelligas τὸ asseruit idem ac conseruit, hoc est per dissidia, & rixas domesticas commisit. 14 Ad accusationem satis est nomen hominum sceleribus jam notorum afferre. 15 Filium abdicaturus. 16 Nam Filius

Digitized by Google

DECLAMATIO. dorem, pœnitentiamque fateamini, contumacia vindicatis erronem, calamitatibus meis acceſſit, ut ter abſolverer. Namque ut erat in ſupervacuo odio mei ſenex prima [17] luce deprehenſus, ferre non potuit, quod reddebar invito: & quia a judicibus non impetraverat, ut abdicaret, apud ſe [18] tenuit, ne [19] deſineret hoc velle. Credidit tamen aliquid profecturum querelarum errore repetito, & ſperavit juxta contentionem ſuam, ut laceſſeret aliquando pro me juſta miſeratio. Quid facerem igitur? quo verterem jam fatigatam innocentiam? Nec exire me decebat ex domo, ne viderer quicquid vos [20] credideratis agnoſcere: nec expectare poteram, cum mihi rurſus aliam ſeriem malorum minaretur, quod me jam cœperat pater contentione, qua vobis [21] iraſcebatur, odiſſe. Tandem infelix miſertus mei, miſertus patris; cum de præteritis proſpicerem, jurgia tam longa quam vitam captavi, fateor omnem occurſum, [22] quem mihi videbar exaſperare præſentia, exorare, dum morior, & tanquam noviſſimum ambitus genus excogitavi, ut me in honorem ſui, reverentiamque pereuntem, ſi [23] odiſſe deſineret, quomodo parcere ſolet ira cedenti. Non habet alium quam mortis exitum filius, qui nec reconciliari poteſt, nec abdicari. Erat in domo noſtra locus, in quo ſedebam ſemper reus, in quem revertebar abſolutus, querelis meis, lacrymisque jam conſcius, in quem ſe ferant. In hunc querens non tanquam cuſtodiæ patris [24] imponerem (nam quid poſſit inveniri, quo non captantis aliquid deprehendere cura ſequeretur?) ſed ſicut ſolent qui immori volunt, pudore, non ira, ab omnibus, eſt; exempli res agitur; & futuris ſæculis inſerviet quidquid de unoquoque noſtrum judicetur. Quantum ſceleribus permittitis, ſi perditiſſimorum conatuum ſigna interpretemur, & homo cujus ſceleri nihil, niſi occaſio defuit, abſolvatur? Succurrite per fidem calamitati meæ, ne mortis genus filius rurſum inveniat, in quo non poſſit deprehendi. Inaudita expectanda ſunt de filio, qui in primo conatu parricidii poteſt non exhorrere venenum. ANTILOGIA.

Libet nunc, Judices, rixarum noſtrarum, & tam ominoſæ, nefariæque contentionis expromere cauſas. Sed unde, per fidem, exordiar, quod primum impiiſſimi filii attrectabo facinus, quod præferam? Eadem me ſemper decet querelarum indignatione clamare: Parricida fuit. Neque enim, Judices, modo paterni reſpectus oblitus ſacro nomini reverentiam proſus abegit, ſed effrænem ab ineunte ætate ita laxavit adoleſcentiam, ut ſibi jam parricidæ impietatem, audaciam, mentem eſſe profiteretur. Quid intentatum filio meo fuit, cui non ſe tradidit fœdiſſimæ noxæ, quod immane ſcelus exhorruit? Levia queror, dum æs alienum luxuria contraxit, & domeſticis opibus large conſumptis immoto luxui per nova ſcelera indulſit. Non ſufficit tot ſceleribus recenſendis Patris recordatio; dicam breviter, ſanctiſſimi viri, flagitia commiſit, quæ firmarent animum ad Parricidium. Dii, deæque, in quam me conjeciſtis Paternitatis calamitatem! Factus ſum indubitabile ſæculi dedecus, Pater infamis vitiorum monſtro memorabilis filii. Quis natum meum ignorat, quæ lingua hominis flagitia non prædicat? Miſerum me univerſa civitas calumnia-

ſemper abſolvitur. 17 Qua me accuſavit. 18 Me Filium. 19 Ne ſi ab ipſo abſuiſſem periret voluntas me rurſum abdicandi. 20 Addo *non*, tum ratione, tum librorum auctoritate. 21 Quod me abſolvebatis. 22 Patrem. 23 Alii habent *ſic*, nihil immuto. 24 Non tanquam fallerem oculatam Patris diligentiam, qui me ubique obſervationibus ſequebatur materiam quærens accuſandi.

Digitized by Google

ANTILOGIA. niatur. Ipsum me Pater odi, & veluti conscientia scelerum Paternitate inuratur, everberat me quotidie ominosi nominis pudor. Interrogari nunc ab omnibus sentio conscientiam meam, & rationes exigi paternæ severitatis. Sed quid ageret infelix auctoritas, quid Pater iratus proficeret, quid homo timeret increpationes, flagella, qui tot vitiorum pati poterat conscientiam? Invenerat tamen sollicitudo nostra abdicationis consilium, ut de paternis laribus ejectus, & domesticarum opum communione repulsus scelerum libidinem perderet, cui nulla amplius luxuriæ ministeria supereſſent. Reddite nunc, sanctissimi viri, non intermissorum filii mei scelerum rationem. Postquam damnatum absolvistis, & tam male meritum penatibus reddidistis, non putavit, sibi esse vitæ rationem immutandam, cujus probari opera videbantur. Ergo in vitia præceps, in scelera pronior furentem laxavit penitus juventutem supplicii securus. Respondete per fidem, otiabatur interim Pater, & tantorum scelerum spectator infamis filii sui libidinem, immanitatem, audaciam, nulla adhibita severitate fovebat. Abdicavi iterum, abdicavi rursus. Quid profecit infelicissima auctoritas? Audacior factus est ter absolutus. Ignoscetis, puto, si ultra non punivi, quod per vos, Judices, non licuit. Quærite nunc, quid egerit, in quem corruerit immanissimi sceleris conatum; quærite qualem Pater expertus sit filium per hæc sacra subsellia prædicatæ innocentiæ. Recede paululum caritatis pudor, pietatis abeat recordatio; necesse est tantum facinus tota severitate accusationis Pater

DECLAMATIO. bus, quæ videbantur [25] avocatura, secessi. Nam nec placuerat exitus genus querulum, tumultuosum, aut quod faceret invidiam. Sed quid mihi tecum est [26] integritatis nimia simplicitas? Non putat se posse deprehendi quisquis venenum parat ipse poturus. Totus oculis animoque conversus hærebam miser in opere moriendi (nec dissimulo) cum quadam cunctatione, cum mora, sicuti bonæ conscientiæ lenta mors est, nec præcipiti per suprema trepidatione festinant, quos hoc solum, quod sui miserentur, occidit. Abiit per tacitas conquestiones mens in obitus contemplatione posita, & hausturus potionem, qua renuntiarem rebus humanis, totam apud se repetebat animus innocentiam suam, cum pater secretum, quod [27] impatientiam pereuntis impleveram (quantum credo) lacrymis meis gemitusque perductus, intravit. Non potest videri, Judices, suspicatus aliquid de parricidio; quid tererem, cui pararem, nesciebat qui interrogavit. Nuntio vobis, sanctissimi viri, nihil a morientibus fingi, nihil vita [28] laborante simplicius. Ad subitum interventum patris non tanquam deprehensus obstupui, facinus me tacente non pallor, non est confessa trepidatio: nec, sicut accidere nocentibus solet, illa obvia semper errantum patrociniorum verba variavi, cum me repente interrogatione subita avocavit, abduxit, quæsivit quid tererem, cui pararem. Sed ego sine cunctatione, sine tarditate respondi, & me mori velle, & eadem veritate confessus sum venenum esse, quod terebatur. Date, Judices, patrem, qui filium mori nolit, & credit. Quis habeat, Judi-

25 A proposita morte, ut sunt quæ oculis, & cæteris sensibus occurrunt, & blandiuntur; quæ relinquere displicet. 26 Alii habent *integritatis*, sed nulla mutandi necessitas. 27 Alii habent *per impatientiam*, melius, ita nimirum intelligo secretum, quod impleveram commotionibus, anhelitu, lachrymis, &c. ex impatientia moriendi. 28 Quæ deliquium patiuntur, & morti sunt proxima, laborare dicuntur ex colluctatione, scilicet discedentis animæ, ita proprie dicuntur laborare Lu-

Digitized by Google

DECLAMATIO. Judices, [29] dicendi fidem? Venenum filii, quod invenerat pater, non ille potius effudit? stetit quinimo intrepidus, arrogans juxta orbitatem, [30] quam videbat, & mihi mortem, quam promiseram, quam minabar, ingessit. Bibe, inquit. Quis post hoc, Judices, expectat, ut continuo paream jubenti? Ita demum mihi non est aliud relictum, si patri parui. Audite nunc dii pariter atque homines, quid post tres abdicationes, & querelas toties judicum gravitate percussas, velut attonitus, amens nuntiet seculo [31] pater. Parricida sævus, parricida crudelis. Non bibi venenum. Hoc est totum facinus meum, vivo, respondeo, non fugio judicem, non [32] credo criminibus. Jam non miror quid sit, circa quod impatientia deceptæ crudelitatis exæstuet, plusquam orbitatis gaudium, quod modo perdidit senex, speraverat ut occidere me posset meo veneno. Sed quatenus invenisse se putat quod crederetis, ut contentionibus subinde damnatis autoritatem de novo dolore circumdaret, inusitata commentus est. [33] Quæ sola mihi superest ratio vivendi, facinus ea simplicitate, ea fide denego, qua confessus sum de veneno. * Parricidii agis. Abstulisti quidem mihi partem, ut exclamarem hoc loco, fieri non potest. Scio quantum defensioni meæ difficultatis adjecerit, quod jampridem in domo nostra humanorum [34] pignorum [35] ratio non [36] constat, sed pronuntiatum liquet utri ex nobis facilior sit impietas, uter juxta alterius languorem supreter infelix exaggeret. Paravit nefarius homo venenum, ut conficeret Patrem, qui, si cum ipso parricida loquamur, nihil iniquius, nihil infestius egerat, quam deferre filium ad Judices, ut absolveretur. Maximum, & inexplicabile facinus meditatus fuerit necesse est, qui desperavit posse se rursus absolvi, si Pater accusaret. Ingressus sum, Judices, ad filium in illam domus secretam partem, cui tot criminum conscia se se facinora moliturus committebat, dum tota in opus sedulitate propensus immoto vultu, luminibus inhærens terebat medicamentum. Interrogavit quid illud esset, cui parasset? Non confudit equidem, turbavitve responsum, sed homo audacissimus satis sibi fore credidit patrocinii, si vultu facinus non probaret. Venenum esse respondit, & sibi in suprema paratum. Quid dicitis, Judices, quid arbitramini? Itane repente mutatus est homo flagitiosissimus, ut tam fortiter valeat agere? Itane odit vitalis auræ voluptates, cujus libido hactenus tam propensis affectibus indulsit vitæ? Itane moritur qui toties absolutus vivendi causas comparavit? Tentare libuit filii animum incredibilia dicentis. Jussi bibere quod sibi parasset, vetiturus utique (nam quis non credat?) si minoris etiam constantiæ signum edidisset. Putabitis, Judices, aut deprecatum esse tam citam mortem, aut clementiam, misericordiam Patris obtestatum, ut fugientis animæ colluctationes refugeret, ne intra secretum suum mori gaudentis pudori spectator gravis

ANTILOGIA.

minaria cum eclypsin patiuntur. 29 Alii *dicenti*, melius. 30 Nam mortuo Filio statim orbitas sequebatur. 31 Alii legunt *Pater parricida sævus* &c. inde novum constituunt periodum, *Non bibi* &c. sed non æque placet. 32 Alii *credo*, fortasse melius. 33 Hic quoque diversimode dividuntur periodi, nam in aliis *qua sola* &c. sunt verba alterius periodi; per me quodvis legas.

* Descendit ad confirmationem, & exaggerat difficiliorem sibi fore defensionem, eo quod e domo sua jam abierit caritas, sed si quæratur cui facilior fuerit impietas, patebit sane numquam Filium potuisse committere parricidium, facilius Patrem, & hoc loco primi argumenti.

34 Quæ sunt mutua caritatis opera in pignus interni amoris. 35 Periit respectus quilibet, obliti jam sumus. 36 Pronunciatum hic intelligo propositionem, axioma.

Digitized by Google

ANTILOGIA. vis adſtaret. Obmutuit, ac venenum effudit. Dicat nunc filius, ſe ſe in illam remotiorem penatium partem moriturum recepiſſe, & ſibi ipſi poculum ad fata feſtinanda paraſſe; rem tamen fecit venenum alteri parantis. Patri, imploro nunc vindices Deos, Patri terebas mortalium impiiſſime medicamentum, & tota ſollicitudine nefariæ ſedulitatis futuris ſceleribus conſulebas, ut non ſupereſſet accuſator. Homo qui mori voluiſſet, ita deprehenſus bibiſſet injuſsus venenum. Parricidii igitur accuſo. Quisquam ne putet, mirari me, tam incredibilis flagitii conatibus juvenem meum extra humanæ impietatis vota delatum? Non eſt mihi novus, Judices, Parricida; neque nova ſunt ſcelera filio meo, qui vitiorum omnium exercitio hactenus delaſsatus eam, quæ innocentior eſſe ſolet, tot reatibus fœdatam in malitiæ firmioris annos præmiſit ætatem. Quid hujus referam vitæ rationes, & non intermiſſorum ſcelerum feriem exolvam? Quantæ impietatis domus noſtra fuit, quænam infamis vitiorum communione civitas tot facinorum exemplis comparetur? Quas non conſumpſit opes homo, quid non profudit, quid non exhauſit, dum ſquallorem, inopiam Patris, familiæ gaudebat cernere deſolationem? Quid ſanctum, intemeratumve turpiſſimis moribus fuit, quibus pepercit luxuria præceps, quod fœdiſſimum genus intentatum malitia reliquit? Si paternæ reverenda non fecerit. Tu unicum quotidie proturbare conaris e domo, velles inopiam meam, velles aſpicere ſqualorem. Ego oſculor illas expellentis manus, ego abjicientis [37] genua teneo, & ad patrem qui me tam notabiliter odit, non habeo cur velim redire, ſi non amo. [38] Prævaleret nominis tui fortaſſis autoritas, ſi contentio noſtra cœpiſſet a veneno. Conſumpſiſti quicquid eſt, quod parentes ab omnium ſcelerum ſuſpicione defendit. [39] Non habet pater unde parricidium de filio credat, niſi quem poſſet occidere. Me quidem pater infelicis hujus perſuaſionis ſimplicitatem ſi quis interroget, nec a te parricidium fieri poſſe credo, niſi [40] meo veneno. * Facinus tamen in omnibus incredibile [41] pignoribus, nullis difficilius quam liberis puto. Vos adhuc in ſuprema noſtra præcipitat autoritas, qui filium occidere vocatis plerunque gravitatem, ſicut abdicationis emendationem, ſicut reliqua ſupplicia noſtra rationis fronte protegitis, cunctoſque prærigidæ mentis affectus vocabulo molliore lenitis. Nos nec felices facinus iſtud poſſumus concipere, nec miſeri. Non perveniunt ad nefas iſtud nec neceſſitates. Omnis citra deſperationem dolor, ira langueſcit. Et quanto, dii deæque difficilius ſi patraretur ſine conſcio, ſine miniſtro, totumque facinus, & [42] animum filii poſcat, & [43] manus? Memento cujus objicias immanitatis horrorem, patrem occidere velle. Hinc tan-

DECLAMATIO.

37 Apud antiquos ſupplicantis ſignum erat tenere genua illius, cui ſupplicabatur.

38 Ad probandum me parricidam.

39 Nullus Pater interpretabitur Filium ſuum parricidium meditari, niſi qui ſumpta hinc occaſione poteſt ipſum juxta votum ſuum occidere. 40 Ut modo ſe obtulit occaſio jubendi me bibere venenum meum; aliter difficilius eſſet Patri, qui caute vellet procedere, occidere Filium.

* Secundum argum. univerſale, quia nullis difficilius eſt committere parricidium, quam Liberis; nam Parentes occidere poſſunt Filium ex auctoritate, ex ſimulatione gravitatis. Filii autem nec poſſunt concipere tantum ſcelus, quod neque ex neceſſitate patrare valent, præſertim ſi nullum habeant conſcium miniſtrum, ut in noſtro caſu.

41 Pignorum nomine, intelligit (ut puto) parentes non modo, ſed & cognatos omnes, puta nepotes, & Patrem, Avumque: ita ut ſemper valeat argumentum, facilius eſt v. g. Patruo nepotem occidere ex auctoritate quadam, qua ipſum ſupereminere videtur. 42 Quo concipiatur, diſponatur.

43 Quibus patretur.

Digitized by Google

DECLAMATIO. tantum accipis vires, ut mori possis deprehensus. * Ut sciatis, inquit, verum esse quod objicio, & abdicare volui. Non potest pater efficere 44 genus, querendi pertinacia, probationis. Tu cum dicis, filius me voluit occidere, videris tibi facere prioribus judicibus invidiam, exclamare, vos faciles, vos misericordes, hunc mihi redditis. 45 Sed iniquissimum est, ut abdicatio, quæ nec in sui valuit effectum, fidem majori crimini præstet. Non sum reus inexplorati pudoris, nec anteacta vitæ meæ sub hodierna primum lite tractantur. Felicior innocentia est citra suspiciones, certior post reatum, & quantum infamiæ præstant objecta, dum 46 nutant, tantundem autoritatis absoluta restituunt. An scilicet superatus est 47 gratia pater, & apud senes, & apud parentes autoritate prævalui? Viderint qui calamitatibus suis sic blandiuntur, ut sibi affuisse credant misericordiam, favorem: filius a patre delatus nunquam poterit superior esse nisi 48 causa. Sane tamen feramus, ut prima abdicatione non 49 egefferis totum dolorem, multa tibi de criminibus meis verecundia querendi, multa paternæ pietatis abstulerit infirmitas, quid non implet repetita delatio? Reversus es in forum jam ad Judices 50 iratos. Quanto terrore cuncta 51 pertulit pudor ille jam 52 victi, & redeuntis in damnatam reverentiæ negligentiam spectetis, quid filio impius? Si audaciam, quid furentius? Si sævitiam, quid immanius? Est aliqua scelerum excusatio monitorem pati, & dolorem intermissa identidem pœnitentia profiteri; noxiosque lapsus, si virtutibus quoque sit locus, annorum cerea facilitas, & conditio ipsius humanitatis absolvit. Filius, ut se asperum semper paternis monitis gessit, ita scelerum numquam rupta serie in illud vitiorum summum numquam lassatus advenit, ut omne meritum levioris quoque veniæ consumpserit. Una me voce clamare decet, ad malitiæ supremum ita per singulos gradus festinavit, ut nihil superfuerit quam parricidium. Sed quid pluribus necesse est flagitia nominibus explicari, aut quis anteactæ vitæ leniori interpretatione blandiatur? Quanta admisit, qui ter abdicatus est, & pluries meruit? Nosco nunc illud indignationis nostræ consilium; nescio quæ mihi aut divina virtus, aut futuri conscia mens hominis supplicium abdicationis objecerit. Ad flagella etenim, ad carceres non respexi, delicata membra non torsi, voluptatibus assuetum in cruciatus, in squallorem non conjeci. Bene ac provide de penatibus mens erat expellere futurum parricidam. Quod si duobus maxime nefarii homines impelluntur in scelera, dolore scilicet ac mente, quis modo dubitabit de conscientia Filii, ANTILOGIA.

* Confutat Patris argum. probantis Parricidium, quia capax est Filius ipsum admittendi, cum & ante ea commiserit, propter quæ voluerit Pater ter abdicare. Resp. 1. non effici ullum argumentum ex pertinacia ipsum repetendi, neque abdicationem, quæ scelerata judicata est, posse persuadere in eo qui male abdicabatur crimen majus; 2. innocentiam suam satis esse cognitam, cum ter accusatus, ter etiam absolutus sit; 3. non posse admittere parricidium, qui ante non edidit aliquod signum, cum nullum (ut ex superioribus) appareat, falsum quoque efficit crimen parricidii.

44 Optime ita hic se habet lectio, cum in aliis legatur *genus querendi pertinacia probationis*.

45 Alii non habent notam interrogationis, & sensus paulo gravior est: vos scilicet toties ipsum absolvendo in causa estis, ut talis fiat, ut in parricidam evadat; si autem interrogatio admittatur, ita explicat: vos hominem absolvitis, qui gerit conscientiam parricidæ, sarcastice.

46 Dum adhuc disputatur, dum incerta sunt. 47 Non merito, & innocentia mea, sed intercessione aliorum, rogatu. 48 Nisi habuerit causam bonam, numquam poterit precibus absolvi.

49 Non me accusaveris ut merebar, & hoc in causa fuerit, quod me Judices non damnarint.

50 Ex prima scelerum mihi objectorum per te cognitione. 51 Pertulit ad Judices, pronunciavit, explicuit. 52 Cum primum accusavit.

Digitized by Google

ANTILOGIA. lii, qui tam acriter odit Patrem, & tot flagitiorum exercitio ad nefas immaniſſimum firmatus eſt. Dubitemus ſitne admiſſurus parricidium, cui nullius adhuc fuerit contagio vitiorum; Filius cum veneno licet non deprehenſus, adeo credi debet parricida, ut fortaſſe minus numquam peccaverit. Levisne autem eſt tentati ſceleris conjectura in homine, qui venenum habet, & parat; qui non exhorret ſcelerati hujus medicamenti, ſibi licet deſtinetur, intuitum? Ego nullam ibi vigere poſſe innocentiam puto, ubi eſt tam ſecreti ſceleris tota facultas; ubi moriturus tam prædicabilis, ut fertur, virtutis opere miniſterium callet, cujus ſola cognitio ſcelus eſt. Veneno ſcire uti, non eſt niſi hominis, qui flagitiis maximis exerceatur; & nulli utique facilius eſſe poſſe puto parricidium, quam cui venenum familiare eſt. Illæ manus, quas late penetrans virus imbuit quid non audebunt; quid non molietur animus, qui tam immania vota fovet; cujus ſceleris formidabunt faciem oculi, qui ſuſtinent tantæ peſtis aſpectum? Quod ſi ad aliam quoque quæſtionem liberet querelas noſtras transferre, quam mala illius ſemper erit cauſa, qui mori velit veneno! Qua enim ſeveritate venenum habere, aut emere Leges prohibent, ipſum quoque noſſe ſi fieri poſſet vetaturæ? Nam quid refert qua mente quisque tantum nefas poſſideat? Cui eſt animus ebibendi venenum, citius alteri porriget. Non eſt, Judices, tam colluctationem? Acrior ſemper ex verecundia dolor. Sed & judicum cura quanto [53] malignior circa [54] redituram reum? [55] Quam multis placet illa de ſimilitudine pronunciationis auctoritas, & ſeverior videtur diverſa ſententia? Tertia vero abdicatio, dii immortales, quem apparatum, quem movit ambitum! Ego miror, quod mihi licuit [56] audiri, quod [57] me non ſtatim primus querelarum tumultus oppreſſit. Quid poſt iſta novi, pater, objici poteſt? Inter leges, inter jura conſenui, non habeo in moribus meis, quod non melius Judices [58] ſciant. Scilicet capit natura rerum, ut futurus parricida non præmiſerit notas, nullis ante ſit maximi ſceleris immanitas tumultuata flagitiis: & quandoque [59] culeo, ſerpentibus expianda feritas, ſub placida mente primam [60] pertulerit ætatem? Aliud eſt miſerorum genus, quod clementia, quod ſuccurrendi favore dimittitur. Abſolverunt me, qui ſciebant [61] profuturum mihi quod non abdicarer. Proclames igitur licet, ſubinde detuli, ſæpe queſtus ſum, ter abdicare volui: hoc tamen res iſta debet efficere, ut tibi non oporteat credi, quicquid aliud objeceris. Non enim ſequitur, pater, ut me tuis criminibus accuſes, quod nocentem tuis moribus probes filium: parricidam non facit ſeveritas veſtra, non ſævitia, non terror: ad tam grande facinus non ira opus eſt, ſed moribus: non dolore, ſed mente. Omnes injuriæ levius exaſperant, levius oderunt, innocentis filii ultio

LOCUS MATER

mo- eſt

53 Non ſincere omnino judicare putantur Judices cauſam hominis, qui & alias fuerit reus.

54 Alii habent *redituum*, puto depravate, & teneo *redditum*, circa reum ſcilicet, qui reddatur rurſus judicio, & ante Judices rurſus deferatur.

55 Sic explico, quam multi ſibi blandiuntur ex auctoritate pronunciandi ſententiam diſſimilem alteri ab aliis jam datæ. 56 Dum patrocinio meo orationem prætexebam.

57 Utpote bis jam antea reum. 58 Nam vitæ pene omnis meæ expenderunt curſum, & innocentem ſemper invenerunt. 59 Parricidæ inſuebantur culeo una cum Scimia, Vipera, & Gallo; nam inter animalia, hæc Parentibus ingrata ſunt & crudelia, & projiciebantur in fluvium, optimo ſane conſilio, nam, ut Tullius pro Roſcio Amer. *videntur hunc hominem de rerum natura ſuſtuliſſe, & eripuiſſe; cui repente cælum, ſolem, aquam, terramque ademerunt.* 60 Alii *pertulit*.

61 Ut me corrigerem, & in bonum evaderem.

Digitized by Google

ECLAMATIO. est mori. * Quod si manifestum est, nihil tunc in moribus fuisse meis, quod posset esse suspectum, existimemus, unde postea traxerim parricidii causas. 62 Vos libet interrogare hoc loco, Judices, quis magis debet innocentiam amare? Vici patrem, omni nunc solicitudine, omni labore custodiam illum ambitum meum, quo remuneror advocatos, quo persolvo judicibus 63 illud, propter quod audeo domum reverti, propter quod non timeo casus, non subita pro patre, non maligna fata. Fidem non capit, ut me tres absolutiones & innocentem probaverint, & effecerint parricidam. Praeterea, pater, quam infirmum me, quam trepidum reddit ipsa victoria? An scilicet ignoro, quod me reversum circunsistat totius domus maligna cura? quod vivo inter homines, quibus apud te gratiam parat, si de nobis aliqua mentiantur, fingant? Videlicet hoc nos in facinus praecipitat, impellit, quod aliquid speramus de testamento tuo. Quid? ego non sentio, quod simili scelere missus in domum, a charitate tamen exclusus, abjectus sum? Rogo qua fiducia facinus paro toties delatus, & paterna conquestione 64 praeditus? Quod vis patrocinium sperem pro parricidio meo? Defendi non possem, si bibisses 65 tu venenum. * Finge me parricidii voluntatem, finge habere causas: unde occasionem, unde fiduciam? Ego nec mori possum, nisi ut deprehendar. Venenum modo quaerendum de Filio an venenum habuerit; sed neque profecto dubitandum an optime noverit uti; nihil defuit, cur non credamus inevitabilis pestis occultam fraudem in ipsius potestate prorsus fuisse. Venenum ipsi utique non comparatum modo, sed praesentaneum fuit. Scire vultis an tota sollicitudine terebatur, componebatur? Non illico datum est. Dicat nunc Filius cui parabat poculum, simultates, odiorum causas, suspiciones, contumelias adducat. Solum scilicet Patrem oderat; & de misera toties severitate veneno vindicari conabatur. An ipse mori voluisti, ipse tibi parabas? Ita profecto qui mortem timuit dum accusabatur, dum poterat non absolvi, dum timebatur poena, modo postquam tota innocentia constat, & potest Filius invidiam facere Patri, rem aget hominis, cui mala sit causa. Omnibus, Judices, innotescere existimo, voluntariae mortis votum numquam hominibus ex sola libidine inconsultae mentis enasci, verum animos nostros, & propensissima in vitam studia inevitabilis causae necessitate violenta impelli, ut sibi suprema festinent. Cum enim nihil sit luce carius, interitu autem nihil humanis animis plus invisum, necesse est, aut illam optari amplius, aut hanc vitari non posse, cum obitus vota subeunt, & certo tantum dolori evitando extrema non timeri. Aliquis ne praeda fieret hosti, & vitam sine digni- ANTILOGIA.

nenum

* Alterum pro se argumentum, cum pateat ante semper se bonis amoribus fuisse, quas potuerit postea contrahere causas ad parricidium; nam 1. si umquam, tum maxime servanda sibi erat innocentia postquam Patrem vicerat, & a Judicibus absolutus ter fuerat; & praeterea cavere debebat ne quid suspicionis daret in Familia, in qua a quibuslibet rigide observabatur; 2. nihil poterat ex morte Patris sperare, excluſus sane a testamento; 3. non poterat tentare hoc facinus ter jam a Patre accusatus, nullum etenim sceleri suo beneficium sperare poterat.

62 Depravata lectio est; restituo ex auctoritate aliorum: *vos libet interrogare hoc loco, Judices, quis magis debet innocentiam amare?* 63 Absolutionem, sententiam mihi faventem.

64 Quidam *petitus*, ego nihil muto. 65 Si tu ipse ultro, non a me acceptum bibisses venenum, multo magis igitur &c.

* Tertium argum. quia licet voluntatem habuisset parricidii, non habebat tamen occasionem 1. nullum conscium, nullum habebat ministrum; 2. quia ipse porrigere non poterat, nimis enim suspectus erat; 3. quia nullum veneni genus dare poterat, non praesentaneum, nam sic nullam habuisset defensionem, non lentum, quia Pater exclamaret &c.

Digitized by Google

ANTILOGIA. dignitate deinceps ageret, pectus enſe transfixit, aut ſerpentium virus membris admovit. Ille ut vitaret publicæ mortis ignominiam, ſecreto ſibi ante penates conſcios manus injecit. Ille ignibus, ille poculo, ille inedia captivitatem, infamiam declinavit. Nam quid de ſervis referam, qui incertum exitum certo occupantes ſuſpendio, ac ruina, dominorum flagra vitavere? Nemo tandem ideo ſponte mori voluit, ut ſe ſe eriperet felicitati. Dicat nunc Filius, cur præclaræ mortis ardor, & fortis iſte vitæ contemptus non inceſſerit animum dum ſalvanda erat innocentia, dum formidandum erat, Patre accuſante. Fingat jam falſiſſimus homo mortis vota, & meditati facinoris deprehenſa miniſteria fortis animi mendacio defendat; qui deperdidit lethi utilioris occaſionem numquam probabit, mori ſe velle ſecurum. Quod ſi, Judices, falſi hominis perſuaſionibus indulgere velimus, credamus jam voluiſſe mori, ſed non veneno. Quisquis, Judices, feſtinata morte extra dolores calamitatis humanæ ferri cupit, breviſſimam utique pereuntis animæ cruciatibus viam quærit, & lethi genus eligit, quod triſtitiæ minus habeat, minus horroris. Frangunt animum etiam in ſuprema paratum mortis miniſteria, quæ diutius retinenda ſub oculis triſtis obitus dolores ingeminant, & deterret hominem ex adverſorum impatientia morientem mors quæ diſponitur. Moriturí medela eſt, ut cito tranſeat; nam tunc fortis eſt homo, cum totas ſimul excipit interitus inexplicabiles pœnas, ne

nenum paro, qui non miniſtrum, qui non invenio conſcium. Deſpicior a liberis, contemnor a ſervulis, evitant ſermonem meum, colloquia fugiunt, & charitatem tui ſimulant odio mei. An videlicet ſpero poſſe fieri, ut ipſe porrigam? Eſt [66] enim mihi ad convictus tuos facilis acceſſus. Venenum mehercule putabis quicquid dederint hæ manus. Et virus præſentaneum paro, quod ſtatim, quod ſubito corripiat? At quemadmodum mihi ſuperſit ulla defenſio? An lentum, & quod tarda peſte conſumat? ſcilicet ut non ſtatim exclames, ut te meum virus bibiſſe non credas? Rogo, cui paravi venenum, quod dare non poſſum niſi mihi? Ita, inquit, parricidæ argumentum eſt & hoc ipſum, quod habuiſti venenum. Omnibus, Judices, quibus ad ſcelerum conatus adjuvatur deteriorum quotidie fœcunda mortalitas, non hanc ſolam potentiam natura conceſſit, in quam malis mentibus, & nocentium ducuntur ingeniis, ſed illis uſus ex animo eſt, totumque quod faciunt, de conſcientia poſſidentis accipiunt. [67] Quid enim ſi latronem gladio tantum probes? Sic munimus & ſomnos. Excute peregrinantium ſinus, hærent tela [68] ſolicitis. Non vetant iſta leges parare, proſpicere, nec inſtrumenta prohibent, ſed æſtimant uſus. [69] Finge me velut in media proſperitate vitæ proclamare: Venenum paravi, ad quod incerti caſus, ad quod languor, dolor, ad quod confugeret improviſa debilitas. Miramini, quod hoc fecerim homo, qui circa me fortunam, qui diſcrimine huma-

DECLAMATIO

66 Ironice.

* Altera Patris objectio probantis parricidium tentaſſe, quod habebat venenum. Reſp. hæc ſcelerum miniſteria non eſſe nocentia in ſe ipſis, ſed reddi talia ab animo ipſa habentis; ſic viator pergit cum enſe, non ideo tamen ſicarius dicendus eſt, &c. pari modo, neque qui habet venenum illud, alteri parat, ſed ſibi aſſervat illud ſubiti cujuspiam caſus remedium, ad quod confugiat, quo ex calamitatibus eripiatur, &c.

67 Quid probes hominem quempiam eſſe latronem, quod habeat gladium? male.

68 Ne in latrones incurrant. 69 . . .

Digitized by Google

DECLAMATIO. humana laſſavi, cui neſcio [70] quid adhuc paret toties victa delatio? Debuit habere in ſua poteſtate mortem, quem jam pater poterat occidere. * Non eſt, inquit, credibile ut mori volueris abſolutus, qui [71] reus noluiſti. Poteram quidem dicere, pater, vixi, dum ſpero fas eſſe, ut incipias aliquando miſereri, ut te ſqualor meus frangat, mitigent lacrymæ, pallor exoret: ſed ignoſce innocentiæ, tunc me decuit pertinax, & rigida defenſio. Vixi, ne me videretur expuliſſe de ſeculo [72] profundorum ſcelerum deprehenſa trepidatio: ne ſuper cadaver meum proclamare poſſes: [73] certe merito timui, [74] merito prædixi venenum, qui vivendi non [75] habebam audaciam. [76] Ne ſupremis meis [77] convitiari, ne quid poſſes objicere jam non negaturo. Verum tibi de impatientia mea fatendum eſt, [78] eadem mente nolui mori, cum abdicares, qua non bibi, cum juberes. Sed fruere iterum, fruere ſæpius confeſſione tam miſera, & quia oculos [79] ſpectaculo non licuit implere, ſatientur aures, volui mori. Adjice, ſi videtur, hanc malis noſtris contumeliam, ut interroges, quare [80] abdicare me ſubinde voluiſti. Quid ais rerum naturæ pietas? ita juſtiores cauſas habet [81] impatientia, quam corporum damna, quam facultatum triſtis everſio? In ſuprema præcipitat me pater. Ita non hæc una vox complectitur omnes calamitates? Non videmini nunc vobis univerſos audire miſeros? Poſſumus fortaſſis aliorum accidentium ſperare finem: ne mors, in quam ultro confugimus, tempus admittat pœnitentiæ. Quid ſi dividendus eſt dolor, & deſperatione ſollicita ſingulis momentis expectandum ſupremum, dum fortaſſe interim optatæ mortis adventui trepidans anima reluctatur, & votum vitæ redit? Quale putemus eſſe lethum quod veneno peragitur? Tranſeo, quod terendum, tractandum diu manibus, inſpiciendum oculis, formidandum menti eſt, dum interim moriturus quid agat intelligit, cui ſolus erat ardor inconſultæ deſperationis. Quamdiu miſerum intra mortis terribilia detinet, intra illud anxiæ voluntatis ambiguum, antequam aut late ſerpens fluentes ſpiritus ſiſtat, aut præcordiis rabida vi ſuperfuſus vitalia divellat? Quicumque, Judices, veneno uti non ignorat, novit quoque quam lente conficiat, & nullum pejus voluntariæ mortis genus eſſe, quam in quo expectandus eſt dolor. Quocirca quis-

ANTILOGIA. quis

70 Calumnia aliqua Pater delator, ſed ſemper convictus rurſus præparet.

* Tertia Patris objectio, non eſſe probabile ut voluerit mori abſolutus, cum noluerit reus.

Reſp. 1. poſſe ſe dicere, tunc ſe vixiſſe, quia ſperabat fore tandem ut miſereretur, modo autem quod penitus deſperat mori ſe velle, ſed hæc mira facit; 2. tunc ſe vixiſſe ne videretur mori ex conſcientia ſcelerum &c. 3. mori ſe modo velle, quod ipſum Pater odit; 4. quia nullum expectat calamitatum ſuarum ſolatium; 5. quia patitur calamitatem incomparabilem, quæ ſcilicet ſemper renovatur; 6. quia non videt, nec ipſi Judices dicere poſſunt, quid aliud agere debuerit, cum licet abſolutus tamen neque amari in domo incipiat, neque eſſe minus ſuſpectus, neque reatus ſordes deponat, &c.

71 Ut manifeſtarem innocentiam meam, neceſſe mihi fuit tunc non mori, ſed vivere, & me defendere, ut de facto bene contigit. 72 Trepidatio ſcelerum non ſolum jam deprehenſorum, & objectorum, ſed aliorum etiam quæ tacitus intra me animi profundo cogitarem, & molirer.

73 Diverſiſſima lectio hujus ſenſus eſt. 74 Alii non habent punctum. 75 Alii *habebat* legunt.

76 Alii habent punctum, & novum incipiunt periodum. 77 Alii *convitiaveris*. Vide quam diverſi ex minima mutatione fiant ſenſus. Omnino tamen juxta noſtrum legendum puto.

78 Ne ſcilicet mori viderer ex criminum meorum conſcientia, & ſic me Pater ad libitum calumniaretur. 79 Videndi me mortuum. 80 Alii non admittentes hic interpunctionem ſenſum omnino diverſum, & quantum puto non germanum efficiunt; ego autem ita explicandum opinor: noſtris malis additur hæc contumelia, quod cum interroges quare mori noluerim, neceſſe eſt ut reſpondeam, quia me ſæpius abdicare voluiſti, neceſſe eſt ſcilicet ut hanc innocentiæ noſtræ illatam contumeliam repetam. 81 Quam Pater habet mortis meæ.

Digitized by Google

ANTILOGIA. quis sive desperatione, sive metu, sive fortitudine vitæ se se sponte præripit, illum veneno numquam sane usum memoria prodit, nisi aut deficientibus cæteris mortis infligendæ instrumentis, aut membrorum ministerio. Quisquam ne modo credet, voluisse mori veneno filium, qui in secretam illam penatium partem tota libertate secedens ruinam, ensem potuit eligere? Sed quid ultra quæratis an mori voluerit? Homo qui sibi venenum parabat, bibere jussus effudit. Ipsum te nunc iniquissime mortalium interrogo, quænam aptior jam parato occasio moriendi, quam cum advenit alter, per quem fortasse potest ille ardor mortis optatæ remitti? Te accuso, quod non admovisti poculo labia statim viso Patre, ante interrogationes, ante verba, sive ut faceres invidiam homini, sive ne videreris effingere. Bibe, si mori cupis, dum Pater adest, qui, si pius est vetabit, si crudelis, ut vocas, ex invidia saltem impediet. Bibe, & desperatæ innocentiæ gemitus, lachrymas ad Patrem converte: Proclama, veluti dirarum modo, hæc tua mihi crudelitas, genitor, vota fecit, jam ex immanitate tua vitæ odium, & veneni subit nem: non habent proximorum odia regressum. Quæcunque nexus accepere naturæ, & quæ sanguine visceribusque constricta sunt, non laxantur diducta, sed pereunt. [82] Quæ de primo tenore nascendi [83] vis in contrarium [84] victa [85] deflectit, diuque pravitatis suæ rigore durata, mox in pristinum cursum remissa non redeunt, sed quo totum pondus omnesque vires inclinata traxerunt, vigore quo sibi permissa crevissent, in ipsius vitii robur adolescunt. In hoc est tota difficultas, ut incipiat non amare filium pater: hoc cum [86] frontem confessionis accipit, reliqua præcipiti furore decurrunt: & redituris charitatibus obstat, quicquid obstiterat odiis. Semel sibi parentes liberique mutantur, semel [87] afferuntur. Felices, qui habent in conscientia sua, quod debeant emendare, corrigere. Illa demum potest ira desinere, [88] quæ coaluit ex vitiis liberorum. Ego quid facio, cui non luxuria, non est mutanda petulantia? cujus abdicatio non de meis, sed de patris moribus venit? Frustra mihi exhortationes, frustra blandientur vana solatia. Hominis, quem pater odisse non desinit, unus exitus est, ut se oderit. [89] Et quantulum habet de toto dolore nostro ille, quo venitur ab judicem, dies? Ego cum dico, pater me odit, illud exclamo, omnes sine me sunt festi dies, omnis lætitia sine filio, non alloquitur mœstum, non assidet ille languenti. Gratissimus quisquis de nobis tristius aliquid attulerit, quisquis maledixerit, convitiatus fuerit absenti. Ego, si hoc possum ferre, merui. Alia sunt adversa, quæ de continuatione sui patientiam parant, [90] quæ durant assiduitate, firmantque mentem: [91] quod te pater oderit, quotidie novum est. Minus fortassis urant invicem simultates, & mutuis detestationibus invisa respirent. Odium is tantum filius perferre pote-

DECLAMATIO.

82 Depravatissima in aliis lectio est *nam*.

83 Alii habent *vix*. 84 Alii habent *juxta*. 85 Alii habent *deflectunt*, omnia, ut vides, depravate, & sine dubio rejicienda. 86 Alii *fronte*, male. 87 Emendo *auferuntur* juxta alios.

88 Nam hæc indignatio, justa cum sit, est etiam in parentibus necessaria, & sublatis vitiis, ipsa quoque perit; ira autem quæ nascitur in Patre contra Filium ex alia causa, impossibile est ut pereat.

89 Eo ipso tempore, quo deberet dolor noster desinere, eo die scilicet quo ante Judices innocentia mea probatur, & convincitur Pater, vix tamen exigua portio doloris nostri perit, nam *ego cum dico* &c. 90 Eo quod ille qui patitur ex illa continuatione quodammodo incalleſcit, & minus sentit dolorem, qui familiaris est. 91 Rationem quæris? an res hæc tam sæva, tam mira sit, ut quoties cumque concipitur, in ipsa semper nova aliqua sævitiæ qualitas appareat?

Digitized by Google

DECLAMATIO. poterit, qui & ipſe oderit patrem. Vos nunc, Judices, univerſos quinimo mortales infeliciſſimus juvenis interrogo, quid me facere vultis? Explicuit nos ſine dubio de criminibus exitus, quod abſolutus ſum: tamen non hoc effecit, ne mori velim, ſed ut mihi liceat & vivere. Victus ſum enim mehercule, victus ſum, Judices, abſolutionibus meis, & (quæ certiſſima eſt animæ laborantis infirmitas) miſera felicitate defeci. Quem mihi vultum domum reverſo, quem ſuadetis animum? Non decet gaudium meum, exaſpero hilaritate: non decet mœror, offendo triſtitia: capto ſermonem, invisus ſum tanquam arroganter inſultem. Doloris cauſa dicor, ſi propius aſpiciar: videor, ſi recedo, contemnere. Quouſque vincemus? Neſciunt prorſus abdicationibus mederi, qui non ſtatim cedunt, qui conſcientiæ ſuæ rigore nituntur. Non vincitur pater, non ſum abſolutus, cum domum veni, nemo me diligit, nemo reveretur. Jam ad nos de penatibus illis non pertinent niſi ſecreta, niſi latebræ. Non exuo, non depono ſordes, & mihi quotidie ſenex tanquam accuſaturus occurrit. Attendo, quid faciam, quid loquar, qualis aſpiciar, & (quod maligniſſimum eſt ſolicitudinis genus) me ipſe cuſtodio. 92 Satiaſti me, vita, ſatiaſti, & cum felicibus quoque veniat ex nimia proſperitatis continuatione faſtidium, quod tædium paras laſſitudine miſerorum? Conſumpta eſt in lachrymis, in precibus ætas, exacti ſordibus dies, anxietate noctes. Quid mihi contra tam indigna, tam gravia promittit 93 integritas? Abdicari debet, quem nocentem pater odit: mori, quem innocentem. * Sed ut credamus, inquit, voluiſſe te mori, cur potiſſimum veneno? Poſſis quidem, pater, hanc de omni ſupremorum genere litem facere morientibus: & quia rerum natura varias fatorum vias indulſit animæ, in nullo ſubit electio. Bibe veluti facturus paterni animi periculum; tentas an qui toties tuos reatus aſpexit, morti quoque intereſſe valeat, cujus ſit maximus auctor. Quid plura? Bibe, ut probes venenum non alteri paratum. Quantum neceſſe erat, Dii boni, ad innocentiæ patrocinium bibere ante decretum tempus, ante compoſitum recte medicamentum! An mori noluiſti, quod Pater adſtabat, quod triſtibus fatis tuis perfrui videbatur? Quid ut recedat non rogas, ut tanti ſolatii teſtes averrat oculos, ne exeuntem ſpiritum inſultibus, conviciis excipiat, & ſævis doloribus in exitu colluctantis animæ recreetur? Mori volo, Pater, ſed mihi vereor, ne inexplicabilis angor te præſente contingat, ne abeat tam præclari operis votum, dum libertas perit, & ſolum videor ex tuo juſſu mori. Quantis, Judices, etiam falſo deprehenſum venenum, & mortis confeſſio defendi poterat! Ubi ſunt qui Patrem toties accuſantem oderunt, filiique animum, & opera protegentes, venenum vocant voluntariæ mortis miniſterium, ſicuti ſcelera juventutis ardorem? Unde ſilentium, unde repentina trepidatio, & contraria vota? Rem plane fecit hominis in flagitio deprehenſi, cui verba deſunt, & ſubita illa patrocinia; neque ſe poteſt modo tueri quisquis nec bibit, neque ſe excuſavit. Neceſſe eſt alterum voluerit occidere, qui

ANTILOGIA.

92 Quid aptius, quid pulchrius ſubita hac apoſtrophe? 93 Innocentia.

* Quarta Patris objectio, quia dato quod vere voluerit mori, cur potiſſimum uſus fuerit veneno. Reſp. 1. quod eadem ratione ſi mori voluiſſet ferro, poſſet inquirere cur non veneno &c. 2. hujusmodi exitum de vita eſſe delicatum, quod nullum dolorem afferat; 3. maxime uti voluiſſe hoc modo, qui mortis illatæ ſignum non relinquit, &c.

Digitized by Google

ANTILOGIA. qui cum veneno deprehensus illud sibi paratum solum dixit. Neque vos latere, Judices, arbitror, ut vitam nostram filius oderit; quantæque causæ fuerint, quibus post alia facinora ad venenum quoque præcipiti furore devenerit. Gravis est filio Pater, per quem libere peccare non licet, qui testes semper admovet oculos, qui proclamat, increpat, & punire potest. Est aliqua sceleribus mora gravioris hominis coactus ille respectus, & perditissimum quemque nescio quis subit ex conscientia pudor, cum potest accusari. Adde quod deprehensa toties flagitia ad Justitiæ vestræ Tribunal sæpius detuleram; & homo, cujus paternus amor in sceleratum etiam filium vigebat, cum per privata supplicia tot obstare sceleribus non valeam, ad severitatis publicæ remedium confugeram. Non fuit, Judices, absolutione, ac faventia vestra contentus juvenis, qui infinitorum criminum nullo non exitu simili ratione reprehendas quicquid effectum est. Sic super strictum nudatumque mucronem proclamares, cur non veneno? Sed nihil est delicatius exitu, quem non supplicia, non metus, sed collecta de calamitatibus commendat infirmitas. Mihi tamen præcipue cum hoc mortis instrumento propria concordia est, non spargit cruorem, non trucem cadaveris relinquit aspectum, placida est, quieta est. Ingratissime senex, ego & hoc sic moriendo prospexeram, ne me occidisse [94] alius videretur. * Te nunc apprehendo, te interrogo, pater: ita parricida sum ego, qui venenum affero in domum tuam imparatum, rude, terendum, cui tam multa restant antequam dari possit? Ita parricida sum, qui juxta te quæro secretum, qui de potione tibi incerta, quam nemo detulit, quam simpliciter, tam facile respondi? Secedo in medios penates, nullos ab introitu præpono custodes, non evito transitus, non excludo venturos. Rogo, utrum hæc omnia sunt occidere volentis, an mori? Venenum quod tibi pararetur, invenisses absconsum, reconditum, multum circa illud palloris artoniti, concisæ verba, trepida suspiria, & me negantem. Parricida deprehensus effudisset venenum, [95] ne fateretur. * Cur ergo, inquit, si tibi paraveras, non bibisti? Breviter, pater, & secundum naturam conditionis humanæ respondeo, nihil aliud esse in potestate miserorum, quam ut mori ve-

DECLAMATIO.

94 Puta tu ipse, Pater, qui maxime suspectus fuisses de mea cæde.

* Tertium hic inserit pro se argumentum, & est, quod non potuit parari venenum Patri, quod imparatum erat, quo deprehenso tam facile respondit, quod non per secretum, nec adhibita custodia, sed libere tractabat; quod si paratum Patri fuisset, inventum esset absconditum; & apparuissent in vultu reitatis signa, pallor, & trepidatio. 95 Se illud parasse Patri, quod jam effudisset; veluti non fuisset effusurus, si vere porrigere voluisset. Ex hac ratione igitur parricida deprehensus effudisset, non ut ego, qui illud effudi tantum postquam Pater mihi dixit, bibe; & hujus rei rationes in sequentibus habentur.

* Quinta Patris objectio, cur non biberit, si jam venenum sibi soli paraverat? Resp. 1. quod juxta conditionem humanæ naturæ loquendo, in potestate hominum est solum velle; 2. non esse mirum, quod eum, qui vult venenum sumere, pœniteat propositi; nam aliquando etiam post sibi illata vulnera, redit voluntas vitæ &c. 3. loquendo simplici ratione, nihil æque actionibus hominum obstare, quam si mitigetur ardor ille & impetus; quare, qui morituro intervenit, frangit animum ipsius: maxime si adveniat aliquis, qui ex alterius morte aut vindictam, aut quid aliud speret, tunc quinimmo simulatur constanter vita &c. 4. cum Pater dixerit, bibe, periisse omnem voluntatem moriendi, nam etiam si alio mortis genere mori tentasset, ad illa verba, bibe, resiluisset ad vitam, fregisset laqueum, retraxisset de visceribus ferrum, &c. præterea, nondum advenisse tempus, vellisse ante mortem convocare familiam, &c. 5. conspexisse se tunc Patris truces oculos, vultum parricidali ardore suffusum, &c. quare sibi visus esset bibere venenum a Patre datum; 6. necessum fuisse ut volens ipsum mori Pater vetaret ipsi bibere, effunderet ipse poculum, &c.

Digitized by Google

DECLAMATIO. velint. Ego cum dico, mori volo, non hoc dico, moriturus sum, de animo meo respondeo, non promitto de fato. Miraris quod quamvis jam teneam venenum, multum tamen adhuc casibus, incertisque supereſt. Accepere perfossis plerique viscеribus vitam tamen ab ipsa desperatione redeuntem. Strictos circa colla laqueos, aut nexus, aut ipsius corporis ruina decepit; rotatos per abrupta mollis jactus explicuit. Tam consentaneum est, ne moriatur, qui velit, quam quod morimur inviti. Sed malo, sicut cœpi, simplici tecum ratione consistere. Nihil æque, pater, impetu constat, quam mori velle, nec quicquam res humanæ impatientius habent pereuntis affectu. Hunc si retinere nolles, sufficit ut [96] moreris: & rationem quoque homini mortis eripiet, si quis abstulerit ardorem. Frangit animum, quisquis intervenit, abducit, avocat, quisquis alloquitur. Ambiuntur cuncta moriendi spatia pro vita. [97] Ideo nos mehercule credideris ejusmodi exitum eligere secretum. Minimum est, quod confundat hominem infirmitate morientem, & exiguis causis opus est, ut displiceat obitus, quem misero suasit integritas. Quid si interveniat aliquis, [98] qui gaudeat, qui vindicari se putet, si testes adhibeat oculos, quibus [99] invidendum sit? Statim mehercule arrogans vita simulabitur, num sibi conscius, dum dubitavit semper ne esset victurus, voluit morte Patris accusari rursus non posse. Ille igitur, ille perimatur, qui perditissimam coercet mentem, qui animum in voluptates, & blandimenta vitiorum effusum nonnihil consistere jubet, & nescios pati rationem affectus timiditate quadam, ac pudore premit. Ille pereat, cujus toties licet inanes gemitus, vanæque querelæ fuerint, fortasse tamen quandoque erit felix accusator. Nam quid facilius, quam filio interimere Patrem, qui sceleratas licet manus adhuc tamen osculatur, qui illum vesano furore in quælibet nefaria ruentem non amare nequit, non amplecti? Nostra magis patet nequissimorum contumeliis, insultibus, impietati conditio, dum falsa fide de caritate filiorum nimis allecti metus nostros infelici persuasione decipimus. Si de filiorum sceleribus nos capit dolor, si corrigimus, si emendationem optamus, si confugimus ad Judices, ut publicæ severitatis terror illud, cui non par est rigor paternus, moderetur, quid illud est, nisi amor? Date nunc mihi Patrem, qui filium diligat, & putet admitti posse parricidium, qui, licet formidinis subeat occasio, queat tamen suis suspicionibus instatim contumax dolor cum deprehensa morte disentiet. Nescis quantum mihi hæsitationis paraveris, cum interrogas, dum respondere cogis. [1] Sed quem & reddere, iterum litigare, defendi. Me vero tunc pariter omnes tenuistis affectus, indignatio, pietas, reverentia, dolor. Ego propter patrem mori possum, coram patre non possum. Adjice nunc, quod & dixisti, bibe. Si mehercule saucium, palpitantemque jussisses adigere ferrum, premerem clusis vulneribus animam: si stringeres aptatos ad colla nexus, conarer abrupto desilire laqueo: si [2] non injiceres manum ad præcipitia properanti, flecterem in plana cursum. Merito prorsus, anima,

ANTILOGIA.

96 Alii habent *moreveris*, sed utique male. 97 Ne quis interveniens avocet, abducat. 98 Ut in hoc casu summe gaudebat Pater, & se vindicari putabat propter toties frustra tentatam abdicationem. 99 Quod spectaculo tantæ voluptatis interfint. 1 Depravatus hic locus est, alii habent *sed quem & reddere* &c. nec valeo corrigere. 2 Alii habent *vero*, & puto ita esse legendum, nimis enim longa interpretatio requiritur, ut τὸ *non* salvetur.

Digitized by Google

ANTILOGIA. indulgere. Quæritis mihi ne fuerit unquam parricida ſuſpectus? Ingreſſus ſum ad hominem, qui venenum habebat. Si mehercule paraverat parricidio ferrum, ſi laqueum, in telum ultro ruebam, præbebam ipſe colla ſuſpendio. Et quid profecto facilius filio meo, quam occidere me, cui nulla penitus eſſe debebat formidinis occaſio, qui ſupra parentum cæterorum communem fidem, nova tamen eram ratione ſecurior. Quid de hominis pietate dubitarem, quem ſententia veſtra, Judices, toties prædicaverat innocentem? Ego ne formidaverim parricidales manus Filii ter abſoluti? Adde quod nullum habuit ſceleri conſcium, nullius uti voluit miniſterio, & tam bene facinus ordinavit, ut non deprehenſus negare potuerit. Quam optime, Judices, flagitia conficiuntur, cum miniſtrat idem ille, qui tentat, quamque ſatis eſt ad facilitatem ſcelerato certitudo ſecreti! Satis hactenus, Judices, quantum conjicere potui, nefandum, violentumque munus accuſatoris explevi, ut Filium meum illud admiſiſſe tandem credatis per quod non poſſit abſolvi; namque homo, cui non defuit ad facinus voluntas, audacia, modus, ſi de-

DECLAMATIO. ma, ſecretum, ſolitudinemque captaveras. Intervenit pater, actum eſt, periit ille ſuſceptæ mortis ardor, & utroque nos reſolvit affectu: mori non debeo, ſi vetuerit: non potero, ſi juſſerit. Bibe, inquit. Nondum quidem potioni virus aptatum eſt, ſed me ideo deprehendiſti, quia adhuc terebatur. Multa tamen mihi, pater, [3] ante facienda ſunt. Volo prius convocare ſervulos, contrahere libertos, complorare, conqueri, mandare, defendi. Bibe. Mihi vero tunc adjeciſſe viſus es, teneris, hæres, eamus ad Judices. Bibe. Sed hoc [4] jubes, tanquam negem venenum. Interrogare vos velut in illa ſecreti noſtri præſentia libet, quem mihi poſt hanc vocem animum datis? Dicit hoc accuſator, dicit hoc victus, dicit ſecreto, dicit ſic ut poſſit negare ſi bibero. Bibe. Ego quidem volo, & hoc cum maxime paro, ſed totum hunc animum ſenex tua [5] aviditate mutaſti. Bibe. Quid reſtat aliud, quam ut recuſantis ora diducas, ut infundas per oppoſitas manus? mihi vero tunc excidit quid velim, quid pararim. Vidi truces loquentis oculos, vultus parricidali ardore ſuffuſos, juberi mihi videbar, ut biberem tuum venenum. Neſciſti, pater, pertinaciam meam ſervare, neſciſti. Filium propter te mori volentem deprehendiſti. Vis occidere? veta, invade poculum, ne hauriam, bibam. Exclama, temerarie, quid facis? Jam deſino iraſci, jam revertor in gratiam. Properabo, ut hoc ſecum aures ferant, ut impatientia tua fruantur oculi. Tibi imputes, quod in me retorſiſti, quod ablata ſunt ſacramenta pereundi. Innocenti facilius eſt mori, ſi rogetur ut vivat. * Fidem deorum, in quam me contumaciam, pater, in quem tunc impuliſti contentionis ardorem, cum

3 Non quod vere ipſe facere deſtinaverit, ſed quod cenſuiſſet ſibi eſſe facienda. 4 Jubere debebas me bibere, ſi dixiſſem illud non eſſe venenum, ſed jam fateor: ergo tacite colligit, nil aliud cupis niſi meam mortem. 5 Qua voluiſti me, ante tempus a me ipſo conſtitutum, mori.

* Primo hic conſiderat, quantum ſibi moræ, & dubii injecerit Pater, dum dixit, bibe; 2. quod licet accuſetur parricidii, non pœnitet tamen ſe non obiſſe tunc, ut hoc crimen vitaret; quia jam nihilominus Pater ipſum accuſaſſet; 3. occupat verba, quæ potuiſſet Pater dicere, nimirum non permiſſurum fuiſſe, ſi bibere voluiſſet; & reſp. primo, falſa hæc eſſe verba, namque jam & modo Pater accuſans ipſum tentat occidere; ſecundo, non potuiſſe unquam Patrem obſtare ne biberet, nam illud raptim peregiſſet; ultimo confirmat fuiſſe illud experimentum vere occiſuri; nam ſi non commotus eſt Pater dum paratus erat Filius mori, neque commotus fuiſſet dum bibiſſet venenum.

Digitized by Google

DECLAMATIO. cum dicéres, bibe! Nec vivere mihi libuit, nec mori. Ereptus sum miser animo meo, & improvisa voce percussus, steti sine affectu, sine negatione, attonitus, amens, & me pene aliter [6] occidi. Nihil est profecto improvisorum dolore torrentius, & fractæ malorum contentione mentes ad inexpectata caligant. Non querelas post hoc invenio, non verba, non lacrymas. Ad nullius rei conatum sufficit mori [7] alterius animo, & suo veneno. Licet igitur nova me reatus mole convenias, non pœnitet tamen illum fixisse, illum non pœnitet spiritum, rigoremque pereundi, [8] tanquam parricida moriebar. Pater, qui queritur quod non bibi, jam nunc diceret, deprehensus erat, [9] negare non poterat. Esem nunc ter abdicatus, & me contenderet ad Judices meos redire non ausum. Bene, quod sic effudi, tanquam rursus vita placuisset. Venenum quod videretur deprehensum, nemo ideo bibisse crederetur, quia sibi paraverat. Dic nunc, non fui passurus, si bibere voluisses. Deinde hoc sic probas, ut me hodie quoque coneris occidere. Non eras passurus. Quando per fidem injicis manus? potuit eadem, potuit peragi brevitate qua jusseras. Non eras passurus. Deinde non timuisti, ne mihi animum pereundi vel hoc faceret, quod putabam me juberi. Facinus est si morior, ut postea quæratur, an volueris occidere. Tu licet invidiam vocis illius alterius mentis simulatione defendas, occisuri tamen fuit ipsum experimentum. Non interest rigoris, quædam patiaris, an tentes. Nunquam movebit patrem filius hoc, quod moritur, quem non movit hoc, quod paratus est mori. * Quid nunc faciam, Judices, pertinacissimo rigori? in quod me componam patientiæ genus? videtis hominem, quem nullius animi mei status mutat, deprehensus quoque est, non habet quo se defendat. Quod si leviter oratio nostra acta jam scelera, & innatam retulit impietatem, si fortiori ab impetu tantæ immanitati necessariæ infectationis abstinui, neque satis probavi parricidam; illud non Filii merito, sed pietati paternæ referatis, quæ tam invisi muneris furoribus, odiis non suffecit. Ne putetis vero, Judices, ideo me Filium traducere, severitatem vestram implorare, veluti facturus de hominis suppliciis paternæ indignationi solatium, quo nostra feritas recreetur. Quantum diligam miser etiam parricidam, inde noscetis, quod numquam fuit constantia puniendi. Unum oro, sanctissimi Viri, infelicissimo Patri justitia, providentia vestra consulat in futurum, ne calamitatibus nostris illud quoque rursus accedat, quod non sit homo tentato primum flagitio contentus. Quæ nos simul enim domus excipiet, qui patientur lares, aut quomodo vivemus una invisus Filio Pater, Patri suspectus Filius? Egone semper manus illas expavebo, & dum objicietur Filius caritatis alioquin paternæ solatium, exhorrebo vultum veluti parricidali furore suffusus rursum minetur, vitabo manus veluti intentan-

ANTILOGIA.

6 Non jam plus veneno, sed ex hac affectuum confusione. 7 Ut mihi modo moriendum erat veneno, quem mihi ad placitum usurus paraveram, sed ex libito Patris, ex imperiosa ipsius voluntate &c. 8 Etiam si mortuus tunc esem veneno sumpto, adhuc tamen me accusasses parricidii.

9 Intellige, se parasse Patri.

* In peroratione dubitat primo, & quærit, quid sibi agendum cum Patre sit, cujus pertinacissimo rigori non potest morem gerere ullo modo; 2. ad Judices conversus hic quoque se dubitare ait, quid sibi dicendum sit infelici jam cognito, qui Judicum toties fatigavit misericordiam; 3. mortem invocat, & convertitur quoque ad Patrem, quem se jam mori velle testatus rogat ne rursus impediat, &c.

Digitized by Google

ANTITHESIS. tantes ferrum, venenum porrigentes? Adhuc intra miserum vivam sollicitæ trepidationis ambiguum, & quotiescumque cernam, quotiescumque loquar, timebo parricidium? Filius autem semper imprecabitur, semper objiciet, oderit; & votis sæpius nefas admittet? Illud, Judices, non proclamo, non prædico ut futuris sæculis, & posteritatis exemplo consulatis, ne impune cedat Filio deprehenso tentatum parricidium. Absit a me, neque sacra subsellia Patrem audiant clamantem, nefaria membra torquete, divellite, parricidam tradite suo supplicio. Securitatem nostram, quæso, juvate. Illud agite, sanctissimi viri, ne parricidium deinceps Pater timere debeat, Filius velit admittere.

tat, quem [10] conscientia nostra, quem offendit infirmitas: vivere volo, [11] proturbat, expellit. Mori conor, interpellat, exagitat. Jam fortassis aliquid (si nobis hodie quoque clementia vestra succurrerit) paravit, invenit. Quis finis, quis exitus incredibilium malorum? de filio absoluto fecit, ut mori mallet, de moriente ut viveret. Vos vero, sanctissimi viri, quo jam ambitu, quibus possem convenire precibus? Ille vester infelix, ille vester absolutus, flere veritus est. Non habet gratiam suam toties genua complecti, & ad fatigatam misericordiam novi discriminis pondus attulimus. O mors semper imparata miseris, negata cupientibus, quando succurres? Me infelicem, perdidi venenum. Sed quatenus aliquid, pater, expectationi tuæ repromisi, nolo desperes. Fruere quinimo ante suprema, ante exitum meum, hac voce, vicisti. Nescio quidem quod rursus eligam obitus genus: an placeat reparare virus infelix. Sed prædico, testor, quæcunque federit traditio lethi, miserere, ne jubeas, miserere, ne cogas. Facilius me occiderent [12] gemitus tui, lacrymæ tuæ. Et ne mihi putes illam secreti nostri excidisse vocem, venenum quidem te jubente bibere non potui, quandoque tamen hoc occidet, quod bibere jussisti.

10 Alii *constantia*, & quidem melius ut fiat oppositio. 11 Ter jam abdicare me conatus. 12 Si me moriturum cernens ingemisceres, fleres.

FINIS.

NO-

Digitized by Google

NOMINA EORUM,

Quorum auctoritatibus usi sumus in hisce Adnotatiunculis.

ARISTOTELES.
PLINIUS.
VIRGILIUS.
JUVENALIS.
FLORUS.
PLUTARCUS.
CURTIUS.
HORATIUS.
TACITUS.
TERENTIUS.
SENECA MORALIS.
CICERO.
CORNELIUS CELSUS.
VALERIUS MAXIMUS.
PACATUS.
JUSTINUS.
POLYDORUS VERGILIUS.
SACRA BIBLIA.
SUETONIUS.
SENECA TRAGICUS.
LOTICHIUS ad PETRONIUM.
OVIDIUS.

Digitized by Google

M. FABII QUINTILIANI
DECLAMATIONUM INDEX,
QUIBUS
LAURENTII PATAROLI
ANTILOGIÆ respondent.

DECLAMATIONES.		ANTILOGIÆ.	
I.		I.	
Pro Cæco contra Novercam.	pag. 95	Pro Noverca contra Cæcum.	pag. 95
II.		II.	
Pro Cæco contra Novercam.	114	Pro Noverca contra Cæcum.	114
III.		III.	
Pro Milite contra Tribunum.	137	Pro Tribuno contra Militem.	137
IV.		IV.	
Pro Filio contra Patrem.	154	Pro Patre contra Filium.	154
V.		V.	
Pro Patre contra Filium.	177	Pro Filio contra Patrem.	177
VI.		VI.	
Pro Patre contra Matrem.	203	Pro Matre contra Patrem.	203
VII.		VII.	
Pro Paupere contra Divitem.	229	Pro Divite contra Pauperem.	229
VIII.		VIII.	
Pro Matre contra Patrem.	243	Pro Patre contra Matrem.	243
IX.		IX.	
Pro Filio contra Patrem.	268	Pro Patre contra Filium.	268
X.		X.	
Pro Uxore contra Maritum.	291	Pro Marito contra Uxorem.	291
XI.		XI.	
Pro Divite contra Pauperem.	310	Pro Paupere contra Divitem.	310
XII.		XII.	
Pro Civibus contra Legatum.	326	Pro Legato contra Cives.	326
XIII.		XIII.	
Pro Paupere contra Divitem.	352	Pro Divite contra Pauperem.	352
XIV.		XIV.	
Pro Juvene contra Matrem.	371	Pro Matre contra Juvenem.	371
XV.		XV.	
Pro Filio contra Patrem.	384	Pro Patre contra Filium.	384

Digitized by Google

LAURENTII PATAROL VENETI

EPISTOLÆ, ET CARMINA.

Digitized by Google

Digitized by Google

Petro Franciſco Torniello C. R. S.

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Cremonam.

NUlla mihi jucundior ſors contigit, quam quæ attulit A. R. P. Epiſtolam tuam. Torquebat me conſuetudinis noſtræ triſte juſtitium; nihil enim æque dolere ſoleo, quam ab Amico penitus dividi, quem præcipue ſummi amoris, fideique probatæ cognoverim. Redemere mœrorem noſtrum Literæ tuæ, & pene ſupra vota; gratæ quod ad me venerunt, gratiores quod latinæ. *Jacta* igitur *Alea eſt;* (J. Cæſar apud Suet. in Cæſ. cap. 32.) incœpta ſunt tam optata, &, ni fallor, eximia commercia, quæ deſinere non patiar, ſi te mea legere non pigebit. Duplicem hinc fructum ſpero; alterum de benevolentia tua, alterum de doctrina. Illinc amicitia mea, hinc ſtudia gaudebunt; nam & amici, & ſapientis ſe ſe mihi exemplar objiciet, ut diſcam & bene amare, & recte ſcribere. Tu favere perge, ut cœpiſti; &, ne ſit otioſa conſuetudo noſtra, jube.

Quod vero refers, te modo felicem eſſe, non mediocriter gaudeo. Plerosque agitat diu fortuna, & rationem illam vitæ ſequi prohibet, quæ imprimis delectat. Sed

Superanda omnis fortuna ferendo eſt. Virg. Æneid. lib. 5.

Remittit vires tandem impotens Domina, &

Victrix Fortunæ Sapientia. Juven. Sat. 13.

Habet illa vires in nos quouſque per hanc ipſi licet. Ut jugum excutiat, ut felicitatem ſibi quisque firmet, ſat eſt ſi velit. Nonnihil hercule locus, tempus, conſuetudo conferunt, ſed quatenus his ipſis noveris bene uti. Quocirca ſapientiæ tuæ maxima laus eſt, quod ea dignoſcere, atque uſurpare ſciviſti, quæ tibi parerent felicitatem.

Illud autem maxime lætus arripio, quod tempus a te omne colligitur, & ad ſtudia ſervatur. Nullum eſt impendendæ ætatis genus, aut dignius, aut jucundius, aut utilius, quam quod Literariis rebus conſecratur. Mihi quoque mens ſedet hujusmodi exercitationibus vitam agere, atque ut ſpero cum aliqua laude. Pudet tamen tenuitatem meam, quod ais, reparationi temporis te ad exemplar meum conſuluiſſe. Mihi quinimmo conſolationis maxime tempus eſt, quod ſicuti intermiſſa ſtudia tua prudens reſumpſiſti; ita tua illa doctrina, quæ delituit hactenus, non periit, meis impoſterum prælucebit. D. O. M. hæc mihi, his me ſervare dignetur, te quoque diutiſſime ſoſpitet, quod enixe obteſtor. Vale. Venetiis decimotertio Kalendas Auguſti Anno 1696.

Eidem.

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Cremonam.

LÆtum me fecerat prior Epiſtola tua A. R. P. ſed facit altera lætiorem. In illa tuæ felicitatis initium nuncias; in hac ejusdem perſeverantiam. Illud tibi non totum fortaſſe debes; hanc uni tibi. Gratulor igitur, quod magno

Digitized by Google

magno veræ ſapientiæ experimento præfers in animi, mentisque compoſitione conſtantiam. Plures in hoc incipere ſolent, pauci proſequuntur, pauciſſimi perſeverant.

Non parum laudo, quod ſapientem Senem elegiſti, quem recti tramitis ducem ſequaris. Ajebat Seneca epiſt. 11. ex Epicuro: *Aliquis Vir bonus nobis eligendus eſt, ac ſemper ante oculos habendus, ut ſic tamquam illo ſpectante vivamus, & omnia tamquam illo vidente faciamus.* Ita eſt, præcurſore indigemus. Nam quemadmodum nocturnus viator ſereno Cœlo, & lucente Luna certius pergit, ita nos in hac humanæ noctis tenebricoſa peregrinatione rectius ambulamus, ſi quis prælucendo nos dirigat. Cum hunc elegeris, hic tibi pro omnibus ſatis ſit. Hunc conſulas, ad hunc reſpicias, ab hoc ne recedas. Hic tibi ſit pro populo; quoniam, ut quoque nuncias, jam cœtum odiſſe cœpiſti, & fateris te non potuiſſe ſanari, niſi receſſiſſes a turba. Ideo tamen neque te puto Stoicum, neque volo. Cœtum, & turbam ne fuge. Sed ne plurium exemplis inſiſtas, quod periculoſum eſſet, diſce prius unicum imitari.

Maxime autem, quantum concipere potui, mea vivendi ratio cum tua convenit. Nam & ego a multitudine ſemotus vivo, niſi quatenus neceſſe eſt homini, vel ut aliquando a ſtudiis reſpiret, vel ab humana ſocietate abhorrere penitus non videatur. Pleramque diei partem ſolitudini, mihique impendo, ut vitæ meæ, quoad fieri poſſit, minus elabatur, de quo mihi ratio non conſtet. In hoc ſeceſſu omnem quam valeo operam ſtudiis impendo, de quorum propoſito, quoniam ſe ſe mihi offert occaſio, pauca referam.

Primum igitur in animo eſt Panegyricas Orationes veterum Oratorum, nimirum Plinii, Pacati, aliorumque, qui unico libello continentur, in Italicum ſermonem vertere. Opus, etſi non admodum utile videri poſſit, non tamen injucundum futurum ſpero. Nam & earum Orationum (unam Plinii excipe) nulla, quod ſciam, Italica verſio eſt; & hujusmodi verſiones non parum laudis, ſi genuine fiant, meo judicio promerentur. Sed inquies, quoad Plinium agis actum, nam duplex adeſt verſio, altera P. Lengueglíæ, altera Abbatis Soderini. Actum ago, fateor; ſed nitor in melius agere; nam & ille, & iſte ſuos patiuntur manes.

Secundo cum ſupradictæ Orationes innumeris ſcateant erroribus propter Typographorum incuriam, & temporis damna, Plinii una excepta, ad quam illuſtrandam præcipuæ notæ viri labores maximos contulerunt (neſcio tamen an ſatis) & cum multæ quas viderim in easdem extent Adnotationes, has ipſas emendare, & Commentariis illuſtrare operæ pretium videtur. Cum enim cæteri ex antiquis Auctoribus a nobis caſtigati legantur, & notis non ab uno, ſed a pluribus inſigniti, cur ſinamus egregios hos quoque, & nulli operi ſecundos Panegyricos diutius obverſari depravatos, & honore illo carentes, quem jure merito ipſis deberi nemo, quod putem, inficiabitur?

Tertio non exigua libido eſt edendi Antilogias in ſingulas Quintiliani Declamationes, quibus, retento Auctoris themate, contrarium Orationibus illis adſtruam, imitando ſtylum quoad licet, &, ſi fieri poſſit, illum quoque dicendi characterem. Scio quod opus aggreſſus ſim, cui me ſyrtibus referto mari commiſerim. Venia tamen dabitur; nam ſi parum feliciter navigationem meam confeciſſe videar, ſcient qui meas legent Antilogias, me non ab omnibus uſurpatum pelagus, ſed novum quoddam intraſſe.

Po-

Digitized by Google

Poſtremi hujus Operis jam ſpeciem quamdam effinxi, & veluti plaſmavi ſceleton; nam licet ſingulas ad finem deduxerim Antilogias, quia tamen meliorem exigunt limam, nonniſi pro nunc adumbratas audeo nuncupare. In Panegyricarum Orationum verſione modo totus ſum, & quidem bona ſpe ipſas ante anni hujus lapſum abſolvendi. Ad Notas vero nullam adhuc operam contuli, niſi quod nonnulla adnotavi breviter, & ſtricte ex pluribus Libris, non parum lucis iisdem illis allatura. Sed quia & perfecte Teſtus emendare, & crambem non recoquere mens eſt, a te peto ut Bibliothecas Civitatis hujus tuæ, puto enim & celebres, & plures eſſe, deinde ſi tibi facilis occaſio eſt per literas ad Amicos, celeberrimam illam Mediolanenſem conſulas, an ullus adſit ſive MS. ſive impreſſus Codex Panegyricarum Orationum veterum Oratorum, atque ullæne extent in easdem Notæ, ut ab aliis uſurpata, ſi bona ſunt, retento Auctoris nomine, noſtris addamus, ſi mala, rejiciamus, & caſtigemus.

Hactenus plusquam Epiſtolam fortaſſe ſcripſi, & te jam tædet nugarum mearum. Vale. Venetiis, tertio Nonas Auguſti Anno 1696.

Nicolao Bono J. U. D.

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Venetias.

EXegiſti a me, cum forte in Paphiæ Veneris Numiſma incidiſſemus, in quo eadem Pyramidali forma conſpicitur, ut ſupra eodem pauca proferrem, quibus ſymbolicæ vetuſtatis myſterium interpretarer. Ego quidem ab hac provincia abſterreri penitus debueram tum ob ingenii mei tenuitatem, tum ob verba Taciti, qui poſt relatam hiſtoriam claudit, *& ratio in obſcuro.* (*Tac. Hiſt. l. 2.*) Cum tamen ruſticationis meæ otium ſtudiis ſe ſe amicum præbeat, libens audaxque munus arripio; nam ſaltem ſi juſſis obtemperare neutiquam pro merito valuero, ſapientia tamen, atque humanitate jubentis veniam conſecuturum me non deſpero.

Paphiæ igitur Veneris vetuſtiſſimum extitit apud Cyprios Templum, cujus *conditorem Regem Aeriam*, ſi Tacito credimus; quamvis Alciatus, monente Lipſio, (*Lipſius in Not. ad Tacit.*) velit fuiſſe Uranium, & Pauſanias referat in Arcadicis lib. 8. *Templi Veneris Paphiæ videtur fuiſſe conditor Agapenor.* Quidquid ſit tamen de conditore, ſatis liquet apud Cyprios, & Paphios præſertim excultam, magnoque honore habitam Venerem fuiſſe. Quare Ovidius lib. 10. Metam. de eadem Dea:

Non alto repetit Paphon æquore cinctam

Et ipſa de ſe apud Virgil. Æneid. lib. 10.

Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos.

Ibidem quinimmo Oraculum habuiſſe docet Suetonius in Veſpaſ. cap. 1. cum ait, *auditoque Paphiæ Veneris Oraculo &c.* In illo igitur Templo aderat *Simulachrum Deæ non effigie humana; continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metæ modo exſurgens*; ita Tacit. Hiſt. l. 2. Innuit hoc quoque Maximus Tyrius Serm. 37. *Venus a Paphiis colitur, cujus ſimulachrum nulli rei magis aſſimile, quam albæ Pyramidi.* Sed licet Auctores iſti idem affirmare videantur, inter ſe tamen diſſentire in Figuræ hujus deſcriptione Mathematicus judicabit. Ex

Digitized by Google

verbis etenim Taciti, videtur significari Conus prout ab Apollonio l. 1. Def. 1. describitur: Maximus vero Tyrius, si terminos in rigore sumamus, veram potius innuit Pyramidem, qualem nempe Euclides l. 11. Def. 12. describit: Figuram scilicet solidam, quæ *Planis continetur ab uno Plano ad unum Punctum constituta*. Ego quidem pro certo arbitror, Figuram illam Paphiæ Veneris Conum fuisse; nam præterquamquod verba Taciti ita aperte docent, ipsum quoque Numisma hoc suadet. Quomodo igitur allati Auctores conciliabuntur? Si dicamus Maximum Tyrium Pyramidis vocabulo non stricte, & geometrico rigore usum, sed lato modo, quatenus ex Analogia Coni, & Pyramidis, potest ipse Conus rotunda Pyramis appellari. Hæc præmonere visum est operæ pretium, ut clarius, atque certius constaret quod modo explicandum aggredior.

Primo igitur non abs re est, Venerem sub Pyramidis forma adoratam, prout Numen Amorum præsidem ipsam esse Religio est. Scimus enim, cum variis varia Numinibus addicta fuerint munera, Veneri in amores imperium suffragiis omnibus Poetarum traditum fuisse. Quare Lucretius l. 1. de ipsa cecinit:

Omnibus incutiens blandum per pectora amorem.

Cum vero certum sit per Pyramidem ignem intelligi, assertioni jam propositæ inficiari non poterit, qui Amorem, & Ignem sibi respondere maxime non ignorat. Illud vero patet; nam ut verba Platonis usurpem in Timæo, *secundum rectam probabilemque rationem Pyramidis species solida elementum, semenque sit Ignis*. Ulterius ideo Figura hæc nomen illud consecuta est, *quod ad Ignis speciem τῦ πυρὸς*, ut nos dicimus, *extenuatur in Conum*; ita Ammianus Marcellinus lib. 25. in Juliano. Quis vero Amoris unquam mentionem fecit, quin & Ignis nomen non usurpaverit? Virgil. Æneid. l. 4. de Didone,

Vulnus alit venis, & cæco carpitur Igni.

& paullo post

Est mollis flamma medullas.

Sexcentaque alia apud Auctores singulos, quibus Epistolam hanc infarcire neque locus est, neque tempus. Pierius quoque lib. 22. tradit, Venerem ab Euphorione θερμὴν, hoc est *ardentem*, appellatam fuisse; ex quibus omnibus satis constat, Venerem, Amorem, Ignem pene converti, & veluti pro una eademque re a Scriptoribus usurpari, ideoque apposite Venerem sub Pyramidis specie, prout Amorum Deam, repræsentari potuisse.

Ut vero, quod ex conscientia teneo, pronuntiem, Pyramidalem Figuram assignatam Veneri crediderim, quatenus eadem sumitur pro Numine generationis, sive pro ipsa Natura. Huic opinioni nequibit non assentiri, qui vel mediocriter sit doctrina veterum eruditus. Nam primo Lucretius lib. 1. Venerem invocans, canit:

Quoniam rerum Naturam sola gubernas,
Nec sine te quicquam dias in luminis oras
Exoritur &c.

Orpheus quoque ad eamdem:

Omnia gignis
Quæ mare, quæ cœlum late, terramque pererrant.

Quapropter in Syria *nascentibus rebus principia conferre putatur*, ut habet Plutarchus in M. Crasso. Ex Pausania quoque in Chorint. l. 2. colligimus, quod ab *Hermionensibus Nuptis sacra fiebant Veneri*; & ex eodem in Laconicis l. 3.

quod

Digitized by Google

quod *ad eam* (Venerem Junonem, nam ipsam eo nomine appellabant) *pro Filiarum Nuptiis sacra facere Matronas solemne est*. Idem quoque ibidem nominat Ædem Veneris Migonitidis, hoc est Conjugalis; & in Meſsen. lib. 4. de Homero ait, quod *Veneri Nuptiarum curam attribuerit*. His omnibus fides conciliatur, si priscorum solemnes Ritus, & mysticas sacrorum formulas inspexerimus. Sicyonii enim, teste Pierio lib. 54. erexerant Veneri Statuam, quæ altera manu Papaver tenebat; *ex Papavere vim prolificam, & feminis copiam significantes*. Idem quoque lib. 42. asserit Venerem adoratam fuisse barbatam, ex eo quia utroque sexu præditæ sit, quem morem apud Cyprios viguisse testatur Alex. ab Alex. lib. 4. c. 12. *In Cypro Venus barbata virili specie, & habitu muliebri*. His omnibus quæ vera esse constat juxta veterum Poetarum nugas, & vesanas Ethnicorum Religiones, in quibus eruditionis tantum gratia immoramur, probatur satis, Venerem pro generationis Numine, & Naturæ loco cultam fuisse. Naturæ autem Pyramidalem formam convenire, vel unicus Pierii locus evincet. Ipse igitur lib. 60. sive is sit Cælii Curionis secundus, ita refert: *Per Pyramidem Veteres rerum Naturam, & substantiam illam informem formas recipientem significare voluerunt, quod ut Pyramis a puncto, & summo fastigio incipiens paulatim in omnes partes dilatatur, sic rerum omnium Natura ab uno principio, & fonte, qui dividi non potest, nempe a Deo summo opifice profecta varias deinde formas suscipit, &c.* Si Venus igitur pro Natura sumitur, si Pyramis juxta Veteres Naturam designat, en ratio cur Paphiæ Veneris Aræ Pyramis fuerit imposita.

Addo, quod cum supra dixerim Pyramidis figuram Igni maxime convenire, non absurdum erit opinari a Paphiis Venerem, prout rerum Natura est, sub figura Ignis expressam. Quod enim dignius symbolum Naturæ dignitatem assequitur quam Ignis? Nam si mixtorum originem physice inspexeris, per solum Ignem multa nascuntur, per hunc quoque ipsum veluti præcipuum generationis instrumentum omnia. Ipse corpora quælibet actuat, puriorem substantiam rei cuilibet impertitur, viventium omnium vita dici gaudet. Ex hoc Animas nostras constare, veteres opinati sunt, ex hoc irrationalium omnium componi Animas probabiliter recentiores arbitrantur; hunc tandem veluti rerum omnium parentem quidam Populus adorabat in Sole.

Hæc sunt quæ jussibus tuis, Vir Excell. obtemperaturus exscripsi. Veniam dabis, si neque parem dicendi copiam, neque uberem, qua opus erat, doctrinam contuli. Scito mihi demandatam supra ingenii mei vires provinciam, cujus munus nonnisi pro tenuitatis meæ modulo consequi valui. Tu vero, qui & uberiore doctrina, & recondita eruditione polles defectui nostræ interpretationis ignoces; & sive fusiorem materiam ad hanc ipsam nostram comprobandam superaddes, sive aliqua nova ad veriorem opinionem prælucebis. Vale. Sandoni XII. Kal. Septembris Anno 1696.

Digitized by Google

Eidem

LAURENTIUS PATAROL S.P.

Venetias.

QUerelis ne, an gratiarum actionibus Epistolæ tuæ respondurus exordiar? Has & maximas, & nullis secundas, facundiæ tuæ tam liberali, ac benignæ debeo, illas quoque non parum conscientia meæ tenuitatis efflagitat. Utrumque tamen simul præsto, nam ita opus est; ne aut ingratus humanitati tuæ, aut pudori meo diutius videar onerosus. Unde enim merui, ut me tot laudibus decorares, qui Literariæ Palæstræ vix limen inspexi, & ubi vos jam rude donati estis, ego tyrocinia vix posui? Si quid boni aut non absurdi saltem visa est mea illa de Paphiæ Veneris Numismate Dissertatio conferre, illud est ejus qui jussit humanitas. Scio etenim quam ex ruderibus illis, quæ nullo artificio ignavoque cultu dispositi, debilem admodum structuram peregerim; meaque scripta *una* jam *litura* deleviſſem, nisi maluissem ineruditus, quam parum officiosus tibi videri. Solantur me tamen Aristotelis verba Moral. lib. 1. cap. 3. *Est Eruditi eatenus exactam in unoquoque genere explicationem requirere, quatenus pati rei ipsius natura potest*. Nemo vero, arbitror, inficias ibit, non esse rem arduam, ut Plinii verbis utar Hist. Nat. lib. 1. Præfat. *Vetustis novitatem dare, obsoletis nitorem, obscuris lucem, &c. Itaque etiam non affecutis voluisse abunde pulchrum, & magnificum est*. Quapropter censuræ alienæ jam securus postquam tuam non merui, non leve mihi momentum accedere opinor ad gloriam, quod in pertractando veteri monumento tibi, qui tum Latinæ, tum Græcæ eruditionis arcana penitissime scrutatus es, non ingrata fuere paucula, quæ attigi potius, quam exquisite, ut par erat, elaboravi. Quod si animi mei voluptatibus, studiorumque meorum fructui consultum velis, alia confer, quæ in evolvendis antiquæ Literaturæ Conditoriis non detineant modo, sed & nonnumquam etiam jubeant infudare. Mihi enim jam certum, immotumque est totum me studiis tradere, & vix alia tum ad oblectamentum, tum ad occupationem usurpare quam libros. Novi enim a Seneca ad Polybium cap. 26. olim dictum: *Ut dolor, & tristitia effugiatur, remedium est Artibus liberalibus navare operam*; & Rupertum Neapolitanum Regem identidem dictitasse, *Dulciores sibi literas Regno esse*. (Marianna in Hist. Hisp.) Nonnulla jam præ manibus habeo, in quibus totus sum, & plura meditor, quæ, si Deus vitam, viresque dabit, singillatim suo ordine, suoque tempore absolventur. Inter hasce vero familiares meas lucubrationes nihil jucundius continget, quam tuis jussibus tantilla saltem studii mei parte famulari.

Sed jam tempus est aliquid afferre ad propositam difficultatem, quæ in Plinii verbis occurrit l. 2. cap. 96. ubi legitur: *Celebre Fanum habet Veneris Paphos, in cujus quamdam Æream non impluit*. Suspecta scilicet vox *Æream* est, dubiumque sit ne pro eadem legendum *Aram*. Non negaverim equidem, optimæ impressionis Codices *Æream* legere, cum & ulterius Joannes Jonstonus in sua Taumatographia Natural. Cl. 2. cap. 7. art. 2. hunc Plinii locum referens *Æream* retineat. Joannes tamen de Laet in suis ad Plinium adnotatiunculis reperiri testatur in MS. *Aram*. Rursum jubet *Aram* legere Tacitus Histor.

l. 2.

Digitized by Google

l. 2. paulo post initium; ibi enim habet de Paphiæ Veneris templo: *Precibus, & igne puro altaria adolentur, nec ullis imbribus quamquam in aperto madescunt.* Vides igitur quod non impluit in *Altaria*, ergo in *Aram*, non in *Aream*.

Solutum jam puto nodum, neque, ut arbitror, supereſt quod majus negotium in Textus hujus lectione ſtudentibus faceſcat. Hæc quæcumque ea ſunt humanus excipies injunctura humanitati tuæ parcendi neceſſitatem. Vale. Ex Muſeolo meo, quarto Kalendas Octobris Anno 1696.

Petro Franciſco Torniello C. R. S.

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Cremonam.

QUodnam mearum Epiſtolarum fatum dicam? Triſte ſane, & miſerum. Binas ad te ſcripſi elapſo anno, ſed inani voto. Vel enim ad te minime delatæ ſunt, vel ad me reſponſa tua non pervenerunt. Rurſus experior hanc ſortem, & aleam jacio. Quidni tertia poſt naufragium duarum tutam ſtationem, certumque portum conſequatur? Nolo enim unquam benevolentiæ noſtræ commercia perire, & *dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos regat artus*, unum hoc opto, & volo mutuam in Epiſtolis occupationem.

Sed forte expectas, ut ad te aliquid de vitæ meæ ſtatu nunciem? Infeliciſſimus eſſem, niſi me ſolarentur ſtudia Literarum. Plura ſunt equidem, quæ me torquent; ſub hac enim lege naſcimur, ut adverſi aliquid ſemper patiamur; & *quisque ſuos patimur manes* (Virgil. Lib. 6. Æneid.) Sed eorum omnium memoria perit cum ingredior Muſeolum meum. E conſpectu enim ſcriptum eſt illud Senecæ ad Polybium: *Studia & felicitatem extollunt, & facillime minuunt calamitatem, eademque ornamenta maxima ſunt, & ſolatia.* Illuc aciem intendo, illud oculis, & mente deglutio, & cum certi, ſtatique ſtudii curſum ſuſceperim; pectus illico curis exſolvitur, fugiunt nubila, redit dies. Gratias igitur ago D. O. M. quod *mihi meliore luto finxit præcordia Titan*, & indulſit animum ad ſtudia pronum, & diſcendi avidum. Quare ſi quid felicitatis in me eſt, id totum Literis debeo: unde iis qui mea ſtudia objurgant, qui me tetricum & minime ſocialem proclamant, merito reſpondeo me tunc habere guſtum veræ felicitatis. Non eſt mihi tanti perdere beatæ vitæ non breve tempus, ut pluribus placeam. Hiſce te breviter certiorem facio, o noſtræ amicitiæ decus maximum, ut tibi vitæ meæ ratio conſtet, & tibi ſit aliquid de eadem commune. Quomodo vero tu te habeas libenter accipiam, ſi me compotem facies. Vale. Decimoquarto Kalendas Martii Anno 1697.

Antonio Aſtoreo Ducalis S. Marci Baſilicæ Canonico

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Venetias.

IN Martianum Capellam adnotationes elaboras. Optimum ſane conſilium, eoque optimum quo difficillimum. Illuſtrare enim eniteris quod obſcurum eſſe hactenus Critici fere paſſi ſunt. Sed ut conſtantius perſeveres moneo, quod

peri-

Digitized by Google

periculoſæ plenum opus aleæ eſt; puto enim non cuique obvium, Capellam intelligere, & enodare. Ipſi vere Afer ſtylus eſt, & verborum novæ lectoremque torquentes uſurpationes. Sed ad rem noſtram veniamus. Explico verba, *Incrementisque luſtralibus decuriatum*. Anteriora lucem his præferunt. Fingit enim ſenem carmina illa concinere, & Martianum intervenientem ægre ferre, quod homo reſperſus *capillis albicantibus verticem* &c. *nugulas ineptas garriat*. *Incrementis* igitur *luſtralibus decuriatum* idem arbitror ac annoſum, ita dictum quod habeat plures decurias luſtrorum invicem additorum, de quibus veluti dicatur quod alterum ſupra alterum creſcat, luſtrum ſcilicet luſtro inſeratur, & veluti ſuccreſcat. Hanc eſſe ſententiam jurarem, & licet verba duriora videantur, conſideranda tamen ſunt ut a Punico accepta. Tu videbis. Vale. Ex Muſeolo meo, poſtridie Idus Martii 1697.

Apoſtolo Zeno

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Venetias.

SCribo, quod pollicitus ſum, ſed breviſſime. Scio enim te odiſſe morioſas inanesque nugas, & inter amicos a quibusdam temperandum eſſe verbis, quæ adulationem plerumque ſapiunt, & fidem amori detrahunt. Ruſticationis meæ te compotem facio, in qua venationibus, ſtudiisque diem dividens otio gaudeo, cui nullam præferam exercitationem, & labores ſubeo, præ quibus nullum otium pluris faciam. Nulla mihi tamen pars excidit temporis, in qua tui, Apoſtole cariſſime, recordatio non ſubeat, immo non ipſe totus menti, oculisque objiciaris. Ita jubet ſumma tua in me benevolentia, ita exigunt eximiæ virtutes tuæ. Sed præconiis parco, major es enim laudibus, & tibi ipſe maxima laus es. Utinam & tibi, non dicam inter ſeria, ſed jocularia occurrat memoria mei. Nihil ultra quæram; quid enim potius eſt, quam amari, & certum eſſe? Vale. Sandoni, quinto Kalendas Maii Anno 1697.

Abbati Michaeli Capellario

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Venetias.

NUnquam ſatis prædicabo, quam me lætum fecerit tui præſentia, Abbas Illuſtriſſime, quam me affatus tuus honeſtaverit. Albo ſane ſignanda lapillo dies illa eſt, qua mihi viſus ſum cujusdam veluti Literarum Numinis recreatus intuitu, immo conſecratus alloquio. Neque me putes in aurium gratiam hæc fingere; quis enim eſt, qui in te non modo ad carmina, ſed & ad omnigenam doctrinam natum, & quidem ſupra humanas vires ingenium non admiretur, & colat? Ecquis ultra dubitaverit, cum univerſus orbis ſic fateatur? Magna te quidem præceſſerat apud me fama, ſed longe majorem cogit fateri præſentia. Et quidem ſentio quid locus exigat, ad quem deveni. Ne tamen expectes ut laudum tuarum cumulum aggrediar, & quæ-

ſo

Digitized by Google

so ne mihi sit crimini siluisse. Unde enim incipiam? ubi desinam? quo stylo, quibus viribus tam oneroſæ provinciæ me committam? Malo igitur impar labori silentii religione venerari, quam minorem omnino victimam immolare. Ita fiet ut in majus dotes tuæ silentio extollantur, quæ verbis non possunt; illudque tibi gratius futurum præconium spero, quod ab ingenua taciturnitate, quam quod ab elaborata etiam provenire possit oratione. Quare petendam mihi veniam censeo, quod ipsa hæc audacter scripsi non sine aliqua religione, ut qui profanis pedibus sacros adytus sim ingressus. Ignosce tamen devotionis cuidam œstro, quod pectoris latebras non patitur; non enim simul stare queunt gaudium, & silentium. Meis quoque quinimmo fave carminibus, cum sic exigat pietas, ut celebriora deorum templa non sine donariis invisamus. Timui fateor Epigramma, velut ad Alcinoum poma delaturus: sed cui carminum generi me commisissem, quod non sit tuum? Hoc igitur qualecumque est humanus accipies; & damnes licet, illum tamen ama, qui semper erit &c. Venetiis, Nonis Maii Anno 1697.

Rarus Apollineæ biberet qui flumina Dirces,
Parnasique jugis accola rarus erat.
Despecta Aoniis sordebant gramina campis,
Jamque dabant nullos antra relicta modos.
Sed Michael, Musæ, tam longa silentia pensat;
Sub pedibusque virent hospitis arva novi.
Currite, Pierides, Vatum nec ferre recuset
Ulla coronandis serta dicata comis.
Hic socco lusit; cecinit majora cothurno;
Lassavit cythoras, dulcia plectra, tubas.
Jam licet & Phœbus sileat, sileantque Camœnæ,
Parnasi Michael numina solus erit.

Petro Francisco Torniello C. R. S.

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Mediolanum.

GAudeo vehementissime, Mediolano te restitutum. Quæris cur gaudeam? Primum quod voti tui esse puto Patriæ propinquius degere; deinde quod mutuæ Epistolæ nostræ tutius itineri committentur, illudque de quo antehac toties conquestus sum, naufragium non timebunt. Quoniam igitur patet & certior, & benignior scribendi facultas, non enim ultra patiemur judicem qui paginæ molem scrutetur, & pondus, perituræ chartæ non paream, sed pluribus, quæ tibi non ingrata futura spero, Epistolam promittam. Exegisti ut nunciarem aliquid de mea Panegyricarum Orationum veterum italica interpretatione, num eamdem absolverim, & quando sim publici juris facturus. Opus igitur duobus abhinc annis serio, & maturius inceptum (nam & antea sed per saltus operi manus admoveram,) Deo juvante, ad optatum finem elapsis diebus perduxi, & si amico arcana pectoris reseranda sunt, non sine aliquo studio ipsum vulgandi. Moveor enim præcipue operis novitate, namque hoc, quod sciam, usque adhuc præstitit nullus. Sed quoniam nihil ex privatis Cymeliis

Digitized by Google

liis depromendum arbitror, quod & ad limam ſæpius revocatum, & accuratius expenſum non ſit, immotum eſt opus hoc meum publicæ cenſuræ non ſubjicere, niſi prius ipſum privatum criterium juſſerim pati. Quis enim cauſæ ſuæ ſit æquus judex? Quæro igitur hominem qui mea caſtiget, ſed per Deos immortales Cynica mihi opus lucerna eſt ut inveniam. Quantum oratoribus manca ſit noſtra Civitas, quod non ſine pudore ac dolore maximo recogito, ipſe tu noſti. Quorſum hoc? dicet aliquis. Habes ſcientiarum omnium Coriphæos; quid ultra quæris? Quid vero? Anne ad Philoſophum, ad Theologum, ad Jurisperitum recurrendum eſt? Non ſane, ſed ad illum qui & Latine ſimul, & Italice perfectiſſime loqui ſciat; &, ut ita dicam, ad Grammaticum potius quam ad ſapientem. Neſcio quo me vertam, ad quem confugiam, & mihi certa ſententia ſedet opus hoc prælo non committere, niſi id me peritior probaverit.

Sed te quoque jubeo operæ meæ ſuccenturiari. Duplex me torquet locus in Ennodii Panegyrico, qui in ſerie veterum ſupremus eſt. Subjiciam ſingulos alta nocte demerſos, & quibus neque Jeſuita Sirmondus, qui notis (ſed heu quam mutilis!) eumdem illuſtravit, lucis aliquid infert. Tu forte vel ex conjectura, vel ex emendatiori editione, vel ex amicorum collationibus ſymbolam aliquam conferes.

Primus igitur eſt in Edit. Pariſ. Ann. 1655. accurante Jano Grutero, Pag. 654. *Sævientem ambitu pauper dominum odia effuſione contraxerat; ſed nec defraudatis viribus quod minuebat opulentia jungebatur affectu.*

Alter Pag. 657. *Sed inſtruxit rurſum in deceptione ſui mens vaga conflictum, dum apud Veronam tuam apparatum nubeli laxis manibus pugna inſtruebatur impendiis.* Utrobique & ſententiam, & verborum ordinem quæro. Audio inter vos agere P. Burſam de Literaria Republica optime meritum, & oratorem maximum. Hunc & honoris cauſa nomino, & ea familiaritate, quæ cum ignotis etiam, conciliante ſtudio Literarum, intercedit, avere jubeo. Habemus igitur tu quem præter cæteros conſulas, ego quem colam.

D. O. M. interim enixe precor, ut longævam tibi ætatem largiatur; & ſicuti annus hic feliciter tibi elabitur, alter pari cum felicitate, puto, cœpit, ita & plurimos eadem cum ſorte abſolvere, & plurimos reparare diu gaudeas. Votum hoc etiam Epigramate nuncupare viſum fuit. Vale. Venetiis, Pridie nonas Januarii An. 1697. M. V.

Jam reſerat magnos mutato nomine faſtos,
Jam reparat bifrons tempora lapſa Deus.
O propera ex Auſtro propiori lumine Titan,
Et reduces tandem læva relaxet equos.
Franciſcoque dies meliori luce colora:
Gratior huic tellus, dulcior aura fluat.
Tuque reducta colo cædis quæ ſtamina Parca,
Dimidio cordis parcere diſce mei.
Vivat longævam, precor hoc, Pyliamque ſenectam,
Meque ſuum cunctis uſque diebus amet.

Eidem.

Digitized by Google

Eidem

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Cremonam.

ACcepi Literas tuas humanitatis plenas, & eruditionis, cum geminis in Ennodio emendationibus ex Ambrosiano Codice mihi collatis. Secundæ quidem prorsus assideo, & celeusma cano; prima vero licet aliquid tenebrarum expellat, non omnino tamen caliginem discutit. Protestor (aut mihi *in læva parte mamillæ nil salit*, Juven. Sat. 7.) me nec verborum ordinem, nec sententiam capere posse. Non leve autem amoris tui pignus est, nec modicum pro me debiti pondus, quod tam insignium Literatorum, quorum nomina veneror, Areopagum coegisti ut meæ causæ consuleres. Nec despero quin iidem, si ulterius favere gestiant, aut difficultatem in se prorsus enodent, aut inintelligentiam meam vincant, ipsam enucleando. Vale. Venetiis, septimo Kalendas Februarii A. 1697. M. V.

Eidem

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Mediolanum.

ALteram Ennodiani ænigmatis interpretationem, quæ tota tua est, summo cum gaudio legi, Petre Franciscе carissime, & subtilem quidem, teque dignam profiteor, ipsique libens acquiescerem, si verbis illis *ab odiosa*, cum in vulgatis Libris legatur *odia*, possemus cujuspiam Codicis auctoritate fidem adstruere. Scio quam periculosæ plenum opus aleæ sit veterum Auctorum vulneribus curandis manum admovere. Ideo cum libris destituti sumus, si supplere volumus e nostra penu *periculum est ne labamur, & conjectura nos fallat*. (Robortellus Disp. de Arte Critica) Quo in genere ferri vix possunt ore tacito rectoque naso triobolares quidam emendatores, qui ea facilitate veteribus in libris verba prævertunt & mutant, qua sputum ejaculantur. Pro nunc igitur ab omni sententia statuenda supersedeo, donec exactius, & maturius per Urbis nostræ Bibliothecas alios Ennodii Codices, & in eumdem Criticos consuluerim.

Votis meis nihil addi potest quam ut P. Bursa me amet, quem quidem non sine rubore maximo tenuitatis meæ in Epistolis meis legendis operam perdere, ipse tu nuncias. Opus quod publici juris facit libentissime perlegam, & inhians expecto, quod omni laude plausuque dignum futurum, antequam videam, jam scio. Non enim me sinunt ambigere de tanti viri doctrina atque eloquentia, quæ mihi Pater Congregationis vestræ, Bagnanus eruditissimus, mihique amicissimus, jurejurando testatur.

Abbatis Capellarii famigeratissimi nostrorum temporum Poetæ Epigrammata novissime edita, ad te mittere visum fuit; sperans non injucundum futurum munus, saltem ex animo largientis, si non ex merito Libelli, de quo tamen judicium non profero. Et quid, fortasse inquies, non judicas? Primo meum

Digitized by Google

non esse sentio caligantibus oculis de colore judicare : dein scio honorem viventibus habendum ; & sanum consilium fuisse semper tacere. Quid Juvenale mordacius ? Ipse tamen solum experiri voluit *quid concedatur in illos, quorum Flaminia tegitur cinis, atque Latina*. (Juven. Sat. 1.) Vale. Venetiis, octavo Kalendas Martii A. 1697. M. V.

Eidem

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Mediolanum.

VEnit ad te Epistola mea, Petre Francisce carissime, exploratoria libidine pene inverecunda, & audacior. Amicus meus, qui in antiqua re totus est, commentarium meditatur de capitis ornamentis veterum Fœminarum, quod ad optatum finem se productum non dubitat fretus tum librorum copia, de quibus ipsi nonnihil suppetias tuli, tum Nummorum fauentiori præsidio. Memini olim dictum, Patrem Congregationis vestræ Mezzabarba grande Opus elaborare de tegumentis capitis antiquorum. Amicum igitur monui ne crambem recoquat, & in pejus fortasse. Rogavit ut inspicerem de hac re, pro qua te consulo, ad quem enim confugiam ? puto namque Patrem hunc & comitem tuum esse, & istic degere. Quapropter scire primum aveo, exactene de Fœminarum operimentis verba faciat, secundo an nummos inserat scriptis suis, & num aliquos tantum, an plures. De hoc si certiorem facies, videbo pro amico meo, an ipsi operæ pretium futurum sit in cœpta Diatriba diutius insudare ; ipseque capiet, ut dici solet, *in arena consilium*. Vale. Venetiis, nonis Junii Ann. 1698.

Eidem

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Mediolanum.

INvenerunt me Literæ tuæ, Petre Francisce carissime, sarcinis colligandis addictum, & insudantem. Binis fere mensibus rusticatus sum, & peregrinatus, ita quieti devotus, & a Civitate animo quoque absens, ut civilitatis etiam penitus sim oblitus. Inveni tandem otium ut scribam, & humanitatem ut referibam. Renunciavi amico quidquid de P. Mezzabarba notum feciſti. Dolet certi aliquid nec tibi, nec nobis compertum esse supra ejusdem opus de veteribus capitis ornamentis. Spero tamen ultra te aliquid exploraturum, quod enixe precor, & prospere consecuturum spero. Ancipiti torquetur amicus consilio ; nollet enim nec actum agere, infeliciori fortasse Minerva, nec interim temporis jacturam facere. Nam ex quo ipsum admonui de Tractatu, quem Pater iste meditabatur, manum removit, & studium suppressit. Tu Literarum amator fave nobis, & Vale. Venetiis, decimo Kal. Septembris A. 1698.

Joanni

Digitized by Google

Joanni Campelli

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Venetias.

JAM reduci rursum congaudent arva Lyæo,
Libraque veloces temperat æqua dies,
Ex quo rara mihi modulatus carmina lusi,
Et conata Elegos est mea Musa loqui.
Post suspensa chelys siluit non utile pondus,
Dedidicit risus, dedidicitque modos.
Ast nunc Castalio repetit me numine Phœbus,
Desuetumque jubet pangere dulce melos.
Eia sequor quocumque vocor, o maxime Vatum,
Nanque tument cestro pectora nostra tuo.
Ergo vade, Liber, veneranda ad tecta Joannis,
Et ne incertus eas, pagina monstret iter.
Carpe viam cautus multis quæ consita late
Hortis hinc sumit nomina læta sibi.
Ardua despicient gemini divortia Ponti
Culmina, quæ numquam mergitur Ursa freto,
Quique novo Solis perluntur lumine fluctus,
Et majus fugiunt Astra minora jubar.
Hac intra, rabido nec terreat ore molossus;
Qua domina est virtus, nulla venena nocent.
Non tamen audaci superabis limina fronte,
Nam pudor hic habitat nec temerata quies.
Invenies tacita secluſum parte penatum
Scribere grande aliquid, quod super astra volet;
Aut fortasse sacris avidum palleſcere chartis,
Atque obscura aliis pandere fata sibi.
Excipiet, nec enim dubites, te fronte serena,
Atque licet renuas, oscula plura dabit.
Tunc primum dominum venerabere; protinus inde
Cujus sit, dices, quæque peracta via.
Narrabis nostræ jucunda negotia vitæ,
Et quæ exoptabit forsitan ipse sequi.
Ut modo tormento, latitant ubi plurima mortis
Spicula, & horrendis ignibus acta volant,
Discurram impatiens, scindant sive aera pennis,
Seu sistunt ramis, increpiturus aves;
Ut modo lenta juvet perfundere vimina visco,
Dum trahit incautas fistula dulce canens:
Nec nova per calles, & pascua consita baccis
Non visas fetas infidiosus agam.

Dic & me urbano ſtrepitu, curisque ſolutum
Vivere non fida tutius urbe procul;
Quære, an Noricidum meditetur ſcandere colles,
Ruraque tergeminæ ſemper amata Deæ.
Sed jam ſiſte, Liber, properas nam longior eſſe:
Te decet indocto parcius ore loqui.
Forſan & his poteras, ſi noſſes, parcere; ſolo
Munera ſolvebas officioſa Vale.
Sandoni, tertio Idus Octobris Anno 1698.

Antonio Aſtoreo Ducalis S. Marci Baſilicæ Canonico

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Venetias.

QUidquid me ſinunt ſucciſiva ſtudia colligere ad vetera capitis ornamenta in Mulieribus, ad te mitto. Obſequor votis tuis, & imperiis. Dolet vero me nonniſi pauca & ea levia conferre poſſe; quippe & antiquitatis ignarum, & aliis ſtudiis impræſentiarum devotum. Excipe ſerenus quæcumque iſta ſunt, tuaque benignitate & grato animo munus auge. Elenchum alphabetico ordine ſubtexam, tuisque vocibus utar. Sit igitur

1. CALANTICA.

Tegmen muliebre quod capiti innectitur. Refert Martinius in Lexico Philol. ex Nonio. Ipſam quoque capitis ornatum aſſerit Alex. ab Alex. lib. 5. c. 18.

2. CALIENDRIUM.

Scriptum reperio etiam Caliendrum. Videtur eſſe genus quoddam capillamenti artificialis ad tegendam calvitiem; idem ferme cum Galero. Suadent Martinius Lex. Rhodig. l. 18. cap. 10. Turnebus l. 7. cap. 26. Voſſius in Etymolog.

3. CAPITAL.

Erat Capital *Linteum, quo in Sacrificiis utebantur*, ut habet Feſtus. Juxta Varronem lib. 4. de lingua Latina, erat *Texta Faſciola, qua capillum in capite colligarent, dictum Capital a capite, quod Sacerdotula in capite etiam nunc ſolent habere.*

4. CRIDEMNON.

De hac quid afferam non habeo; niſi quod ipſa legitur apud Homerum in fine lib. 5. Odyſſeæ; & eam Spondanus vertit in vittam, Auſonius Perioca quinta in Calanticam.

Infero tuis aliam vocem, quæ ad hoc occurrit.

5. CROCIPHANTIÆ.

Ornamenta capitis ſunt, & redimicula, qua tota e ſubtemine ſine ullo ſtamine contexta ſunt &c. Turneb. l. 18. c. 23. Martinius explicat eſſe ornamenta villoſa, quæ ſub reticulis contexta per eorum plagulas apparent.

6. CUDO.

Pileum Coriaceum, ſive *Pellitum*. Martin. Etymon vide apud Voſſium. Comprobat Turneb. l. 11. c. 13. ex Silio lib. 8. *Caput his cudone ferino ſtat plenum*. Nihil invenio pro fœminis.

7 Co-

Digitized by Google

7. CORYMBIUM.

Redimiculum muliebrium comarum, ut Crobylus virorum, Scorpius puerorum intelligitur &c. Turneb. l. 4. c. 19. *Corymbioque Dominæ pueri exornat caput.* Petronius.

8. CROBYLUS.

Virorum utique ornamentum est, non fœminarum. Patet ex modo dictis; item & ex Rhodig. l. 28. c. 5. *Crobylum interpretantur aureum Corymbum &c.* & paulo post: *Ab nonnullis hæc profertur distinctio, ut in Viris dicatur Crobylus, in fœminis Corymbus, in pueris Scorpius.* Vide Junium Com. de Coma cap. 1. Puto fuisse hoc genus quoddam ornamenti ad modum hederacei Corymbi ex auro, vel argento constructi, quod comis passim appenderetur; & fortasse simile iis ornatibus, quos nos dicimus *Peri*, seu *Peroli*, inter quorum diversas species cernere adhuc est aliquos veteres, qui gemino Corymbo assimilantur cum parvulis baccis ex eleganti aliqua materia.

9. CUCULLUS.

Cuculli formam discere est ex Joanne Casciano l. 1. c. 14. monente Vossio in Etymologico.

10. FLAMMEUM.

Consentiunt omnes fuisse capitis operimentum Nuptarum proprium. Lutei coloris ad flammam scilicet accedentis, unde nomen vocabulo, ipsum fuisse testantur Plinius l. 21. c. 8. Alex. ab Alex. l. 2. c. 5. Martinius; unde Lucanus, si bene memini l. 2. *Lutea demissos velarunt flammea vultus.* Præter Nuptas, usam flammeo Flaminicam quoque docent Festus, & Alex. ab Alex. loco supracitato; ex quo etiam discres spectatæ pudicitiæ Matronas eodem se velare consueviſse, quod testatur & Nonius c. 14. a Martinio relatus.

11 GALERUS.

Proprie operimentum est capitis ex pelle, seu corio, ut patet ex Isid. Orig. l. 19. c. 30. Inde vero factum ut significet operculum quoddam capitis ex pelle, & humanis crinibus dispositis, quo utebantur, qui capillorum raritate laborabant. Hoc usi etiam viri, plerumque tamen a mulieribus usurpatus est. Suet. in Othone c. 12. *Munditiarum vero pene muliebrium, vulso corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato.* Vide & Tertull. de cultu Fœm. Juven. Sat. 6. *Et nigrum flavo crinem abscondente galero*, ubi vide Farnabium, ne crambem hic recoquam. Galerum idem cum Caliendrio asserit ex Horatio Rhodig. l. 18. c. 10. Addam hic verba Junii Pollucis Cap. de Tonsura. *Vocatur etiam quædam coma appositicia, quæ non modo mulierum, sed & virorum est, & qui raros pilos habent ipsa instar capillorum utuntur; hanc vero etiam ἐντρίχιν nominaverunt.* Hanc ipsam & Penicen, & Procomion, & Pilidion, ut est apud Demosthenem, dici asserit Rhodig. l. 7. c. 23.

12. INARCULUM.

Virgula erat ex malo punico incurvata, quam Regina sacrificans in capite gestabat. Festus. Regina autem erat uxor Regis Sacrificuli, de quo Alex. ab Alex. l. 3. c. 27.

13. MITRA.

Tam masculorum quam fœminarum fuit. Romanis quidem probrosum erat ipsam gestare, præcipue cum redimiculis, ut observat Martinius ex Turnebo l. 4. c. 14. & l. 29. c. 25. Vossius Etymolog. ex Servio in 4. Æneid. ad illa

Digitized by Google

illa verba, *Mœonia mentum Mitra &c.* Pontanus ibidem, & ad illa l. 9. *& habent redimicula Mitræ*. Lydii tamen, & Phryges teſtibus mox relatis ipſa uſi ſunt. Fœminarum igitur ferme proprium ornamentum fuit, eratque pileus quidam incurvus, de quo pendebat tegimen baccarum, juxta Servium ad 4. Æneid. Vide plurima apud Martinium, & Voſsium. Meminit etiam Semimitræ Turneb. l. 18. c. 23.

14. REGILLA.

Supponit vox hæc ſubſtantivum, puta Veſtem, Induſium &c. Non conſtat inſerviſſe capiti, ſed fuiſſe genus veſtimenti; recta enim erat veſtis quædam virilis, quæ recta ſurſum verſum texebatur, ut docet Feſtus: Regilla vero ejusdem diminutivum, ut volunt Voſſius in Etymol. & Janus Guilielmus, teſte Martinio, propria erat Fœminarum, de qua idem Feſtus. Lambinus tamen Com. ad Plauti Epidicum A. 2. S. 2. ubi legitur, *Quid erat induta, an regillam induculam &c.*? vult hanc vocem diminutam eſse a regia, in quo ſequitur Nonii ſententiam.

15. REDIMICULUM.

Vinculum erat quo Fœminæ Mitram alligabant capiti. Docent Feſtus, Turnebus l. 29. c. 25. ſed abunde ſatis faciet Iſidorus Orig. lib. 19. c. 31. ubi plura ad ornamenta capitis fœminarum ſpectantia. Redimiculum idem facit cum Segmento Oliverius ad Val. Max. l. 5. c. 2.

16. RICINIUM.

Scriptum reperies & Ricinum, & Recinium. Erat genus pallioli, quod dicebatur etiam Maſurſius. Plura Martinius, & Alex. ab Alex. l. 5. c. 18. Feſtus ait, fuiſſe togam prætextam clavo purpureo. Turnebus l. 23. c. 1. ipſam facit idem cum pallio. Vide Lipſium Epiſtolic. quæſt. l. 1. c. 7. multa de hac veſte afferentem. Ex Iſidoro quem Voſſius refert in voce Rica, colligitur ipſo conſueviſſe caput velare fœminas.

17. RETICULUM.

Meminit Varro l. 4. de lingua Latina: *quod capillum contineret, dictum a Rete, Reticulum*. Proprium fuiſſe Mulierum ſpectatæ pudicitiæ teſtis eſt Alex. ab Alex. l. 1. c. 18. Fortaſſe non negarim ipſum in antiquis Nummis videri in capite Jul. æ Septimii Cæſaris, & Mammææ Severi Impp.

18. RICA.

Velamen erat quo Flaminica utebatur, quadratum, purpureum, fimbriatum. Plura reperies apud Voſſium, & Martinium in Etymol. Meminere & Alex. ab Alex. l. 6. c 12. Feſtus quoque, & Paulus ſuo loco. Ex verbis Maſurii Sabini apud Gellium l. 10. c. 15. fuiſſe capitis ornatum colligitur. Ex iis vero quæ a ſupracitatis auctoribus afferuntur, nihil aut parum inter Ricam, & Ricinium, de quo ſupra, diſcriminis eſse judicabis.

19. SCAPHIUM.

Nihil objicitur de hac voce faciens ad capitis ornatum.

20. STOLA.

Erat veſtis longa, de qua Bayfius c. 1. Alex. ab Alex. l. 1. c. 18. Voſſius in Etymol. Martinius in hac voce; ſed pro capitis ornamento non affertur.

21. TIARA.

Erat capitis geſtamen apud Perſas, quo poſtea Sacerdotes quoque uſi ſunt. Deſcribit ipſam Martinius, ſed non video quomodo ſpectet ad fœminas.

22. TRE-

Digitized by Google

22. THERISTRUM.

Theristrium quoque dicitur, & Theristra. Non liquet esse ornamentum capitis, sed vestis æstivæ. Consentiunt Martinius, Rhodig. l. 16. c. 10. & l. 13. c. 10. ex D. Hieronymo in Genesim, & Esaiam, cujus meminit etiam Vossius Etymol. Pollux Diction. l. 7. c. 13.

23. TÆNIÆ.

Fœminarum propriæ fuisse non reperio. Plura vero significasse constat. Primo, fasciam extensam, ut Martinius asserit, & Turnebus l. 26. c. 30. Secundo, fasciam qua mortui involvebantur in Sepulchris: Martinius idem, Festus & Vossius. Tertio, extremitatem vittæ, sive lemniscum diversicolorem ex eadem dependentem: Pontanus in l. 7. Æneid. v. 352. ex Isidoro. Quarto, totam vittam: Martinius. Quinto, Piscem tenuissimum, gracilem, & oblongum. Rhodig. l. 16. c. 10. & Martinius. Sexto, lumbricum longum: Idem. Septimo, cautes candicantes in mari longo tractu fasciam imitantes: Idem, & Turneb. l. 9. c. 5. Octavo, terram angustam inter mare, & fossam quamdam. Strabo citatus a Rhodig. l. 21. c. 19. Nono, fasciam quamdam in Epystilo Dorico: Baldus in Lexico Vitruvian. Sed ut ad nos redeamus post diverticula, communiter usurpari Tæniam adnoto aut pro tota vitta, aut pro Lemnisco ab eadem pendente. Consule pro primo significatu Virg. Æneid. l. 5. v. 269. pro secundo l. 7. v. 252. & Pontanum, Serviumque ibi.

24. TUTULUS.

Tutulus apud plerosque, Tutulum apud Festum, & Paulum est. Videtur fuisse gestamen tam Marium, quam Fœminarum, ut in fœminis fuerit congestus capillorum in Conum, ut notat Vossius Etymol. sive capitis quidam ornatus, cui inerat vitta purpurea, referentibus Festo, Paulo, & Alex. ab Alex. l. 6. c. 12. in Maribus autem quidam pileus lanatus in altitudinem extructus, quo Flamines utebantur, juxta Festum, eumdem Vossium, & Martinium; sive pallium quodam, quo Sacerdotes caput obnubebant in Sacris, ut habet Rhodig. l. 25. c. 30.

25. VITTA.

Velum erat lineum, quo crines cingebant, pendens ex Infula: ita Hadrianus Junius relatus a Martinio. Non Fœminarum propria fuit, sed & virorum, & divinarum statuarum, & aliorum, ut abunde docet Pontanus ad l. 6. Æneid. v. 538. Vittæ mulierum aliæ erant Matronales, aliæ Virginales. Consule Alex. ab Alex. l. 5. c. 18. Pontanum in l. 2. Æneid. v. 168. Turneb. l. 29. c. 4. & l. 22. c. 5. Daham ex Musæolo meo, pridie Nonas Februarii A. 1698. M. V.

Gothofredo Christiano Goez

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Lipsiam.

CUM certior fiam ab amicissimo nostro D. Apostolo Zeno de tuo in patriam reditu, nihil mihi pari religione solvendum duco, quam illud obsequii votum, quod tibi olim destinatum nuncupare tandem augurabar. Ex quo enim, dum & Patriam nostram in peregrinationis tuæ curriculo decorares, alloquio tuo consortioque frui contigit, tanta me cœpit virtutum tuarum admi-

Digitized by Google

admiratio, & me ſic tibi totum devovi, ut nihil altius animo ſedeat quam tui memoria. Ita poſtulat omnigena tua illa, inque tam viridi ætate matura ſapientia, qua inter graviores literariæ Reipublicæ Proceres dubio procul eos numerandus. Ita tuum illud in Literas, Literatosque ſtudium, quo peritus meliores Europæ Civitates peragrare ac ſcrutari voluiſti, ne in te eruditendo ullis conatibus, ullis laboribus, ullis parceres ſumptibus. Quare velut apis induſtria anhelo per varios ſcientiarum flores diſcurſu opimam tandem ad patrios lares eruditionum prædam retuliſti, æternæ Sapientiæ firmiorem favum conſtructurus. Plura de moribus tuis vere antiquis, plura de humanitate præſertim dicenda eſſent, ſed vereor ne ſuſpectior fiam, cum tantum eidem debeam. Hac enim domum meam parvamque cellam, quam aliquali eruditioni conſtruxi in diesque augeo, inviſere dignatus es, iisdemque Penatibus tanti Hospitis decus inſcribere. Favet igitur votis tuus in patriam reditus; favet autem & ſtudiis meis. En enim difficiles quosdam textus, in quos impingo per Orationes veterum Panegyricas, quarum ſerio caſtigatam Editionem, italicamque interpretationem vulgare mens eſt. Hoſce ad te mitto, tuæque emendationi ſubjicio, lumen tantis tenebris quærens, & expectans. Audacius, fateor, quam ſic recentem, vixque inchoatam conſuetudinem deceat, ſed erit humanitatis tuæ ignoſcere eruditæ temeritati. Vale. Venetiis Kal. Septembris Anno 1699.

Omittuntur Textus difficiles.

Antonio Locatelli

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Venetias.

PLuribus, & quidem pluribus abhinc diebus Epiſtolam tibi debeo, Antoni cariſſime. Nec iraſceris, puto; noſti enim quandoque invito etiam calamo verba profluere, nonnumquam vero aut otium deeſſe, aut voluntatem, aut alacrem illam facilitatem ad ſcribendum. Quid ergo? Moræne hujus ac ſilentii rationem expectas? Non reddam. Et hoc maximum amicitiæ noſtræ pignus eſſe volo, quod nobis invicem quibusdam liceat officiis non inſervire, quibus affligantur delicati quidam, ac tenelli, quos non cultores dicam neceſſitudinum, ſed tortores, & carnifices. Tu jam, credo, Vicentinorum collium amœnitate perfrueris, eosdem quam longiſſime, ut ſcripſiſti, amaturus. Ego vero trimeſtri ruſticatione jam abſoluta ante Nonas Novembris Venetias repetam, non jam rure plenus, aut urbis avidus, ſed officio magis quam voto. Totum me inde altius immergam ſtudiis, ut præſentium temporum triſtiſſimæ calamitates animum levius everberent. Ita Lipſius in medio Belgici belli ſtrepitu de conſtantia libellum, & Boccaccius noſter, dum ſæva peſtis longe lateque graſſaretur, Fabellarum Opus locutione pulcherrimum, licet argumento fœdiſſimum, ediderе. Quod ſi unquam liceret homini affectibus vinci, & indulgere deſperationi, tanta tibi profecto vellent imminentia pericula. Sed nulla nos frangant adverſa, divinaque juvante ope, forti induamur, &, libere dicam, ſuperba conſtantia. Gratias Deo interim, qui nos laceſſit, & torquet, ut largius remuneretur, & bellorum malis exagitat, ne vitiis illis vacemus, quæ

Digitized by Google

quæ nimis fovet securа tranquillitas. Tu quoque, Antoni carissime, quantum potes, ad fortitudinem mentem, animumque compone, & scito, cum reversus fueris, futurum te studiorum meorum compotem, & administrum. Vale. Sandoni, octavo Kalendas Novembris A. 1701.

Antonio Astoreo Ducali S. Marci Basilicæ Canonico

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Patavium.

ITane prævenis, Antoni carissime, Epistola tua mei muneris amoris, meæque reverentiæ, quod tibi olim præstitisse debueram? Prævenis quidem, & Iane optima benignitate, atque illo, quo me semper prosequi voluisti, incomparabili studio. Ego vero quas tibi rependo grates? Etiam responsum differo. Fateor tamen veteris negligentiæ, recentisque inurbanitatis pudorem, candidæque confessioni veniam precor, & spero. Dispeream, si mihi ulla ad scribendum momenta sufficiunt, postquam animum, operamque applicui ad Libelli mei de Imperatoribus editionem. Opusculum, quod non injucundum futurum confido, studeo, ut quam venuste prodeat, & castigate, neque forma minus delectet, quam materia. Placuit ideirco apponere etiam singulorum Numismata ad vivum expressa, quod conficiendum opus Florentino cuidam artifici demandavi, qui utique non modo expectationem exsuperat, sed pene etiam vota. Ut hoc agerem, monuit amantissimus noster D. Apostolos Zenus, stimulosque addidit famigeratissimus Maliabechius, se manibus ac pedibus in sententiam ire scribens, ut historiæ Nummos adjiciam. Ignosce igitur, Antoni carissime, Epistolarum mearum defectui; sciasque nihil me iniquius ferre, quam si Amicos non possim beneficio literarum invisere. Tu vero incœptis fave, diuque scribere persevera, etiam si ego non scribam. Vale, & me ama. Venetiis, Idibus Februarii A. 1701. M. V.

Eidem

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Patavium.

EXtremam Saturnalium nostrorum diem placuit urbano procul a strepitu tranquillius, & innocentius transire. Non quidem novo consilio, sed de more, quem nobis invicem Dom. Joannes Campelli amantissimus meus, & ego, octennio fere abhinc sanctum ratumque esse voluimus. Placuit hoc anno Altinates oras invisere, ubi lætitia maxima affecti sumus, non modo ex aucupio per manuale tormentum, verum & ex innumeris Altinatis olim urbis monumentis, seu ruderibus potius, quæ passim occurrunt. Inter cetera quæ sane detrita ac deformia sunt, pulcherrimum se se obtulit saxum Cippi ad instar, seu Basis, in cujus superiori plano cavitas quædam quadrata conspicitur; altitudinis, latitudinis, & longitudinis fere æqualis, bipalmaris circiter; videturque aptata cuipiam seu Statuæ, seu alteri monumento recipiendo.

Digitized by Google

do. Saxum iſtud proximum eſt, verſus Boream, ruſticæ cuidam caſæ, quæ prima ſtatim terram e cymba tenentibus occurrit, humi ſtratum neglectumque, longitudinis circiter tripedalis, latitudinis vero undique (nam quadra eſt) ſexquipedalis. Ejus figuram hic apponere volui, cum inſcriptione, quæ in eodem legitur, non injucundam rem me tibi facturum ſperans, Antoni cariſſime. Memini quantum vetuſtate delecteris; & modo licet Juriſprudentiæ ſedulam navare ſtatueris operam, nihilominus tamen prioribus te volo adhuc ſtudiis laceſſere; nam Legum, & Antiquitatis ſtudiis inter ſe optime convenit. Nec res indiget probatione, cum ſciamus celebriores J. Conſultos Antiquitatem non modo calluiſſe, ſed & in ſcriptis ſuis tradidiſſe, explicaſſe, elucidaſſe. Vale, mi Antoni, & utramque cole diſciplinam; & me amare perge. Venetiis, Kal. Martii A. 1702.



Pilu-

Digitized by Google

Pilumno Abbati Pilumno Bellunensi Canonico

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Bellunum.

GRatulor Libello meo, Pilumne Abbas Illustrissime, de quo tam large sentire te probas; gratulor mihi ipsi, cujus studio debitæque in te devotioni tanta faves humanitate. Suadet utrumque Epistola tua, qua leviſſimum studiorum meorum munus adeo honorifice excipis, tantaque benignitate prosequeris, ut merita non modo excedas, sed pene ipsa etiam vota. Adde eruditissimum scribendi genus, quod numquam laudare desinam, numquam mirari, quo nullum melius imitandi studio malim amplecti. Quo fit etiam, ut dum ad gratiarum actionem mente animoque convertor, paria me facere posse verbis desperem; meque ita devictum, vinctumque profiteor, ut satius duxerim siluisse. Tantæ autem humanitati tuæ ego sic semper inserviam, ut si eam mihi studeam adipisci, quam sum assequutus; & sicuti necessitudine tua nihil mihi præclarius contigit, ita Epistolis tuis jucundius nil futurum jurejurando polliceor. Vale. Venetiis, Idibus Octobris A. 1702.

Christiano Gothofredo Goez

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Lipsiam.

SEriem Augustorum, Augustarumque &c. a me nuper publici juris factam ad te mitto obsequii ergo, Illustrissime Domine. Nondum excidit eruditionis tuæ, humanitatisque memoria, quibus semper ex æquo effusis cum Patriam nostram inviseres, hinc est ut de te cum amantissimo nostri D. Apostolo Zeno frequentissime memoriam faciamus. Pudet te salutare munusculo, & quidem levi; ipsum tamen quin benigniter, & suaviter accipias non despero. Illud commodo meo prius institutum jussere amici, ut aliis quoque largirer, non inutile tyronibus futurum existimantes; interque primos Illustrissimus Maliabechius, Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ Bibliothecarius, cujus apud me magna est auctoritas. Quidquid igitur criminis est, id totum eorumdem esse volo; nihil vero plus mihi gaudii feret, quam si & tu Opus benignus excipias, & idem non dissonum sit auribus tuis. Eximium vero decoris consecutum me arbitrabor, si aliqua Opellæ hujus in Actis vestris Lipsiensibus mentio fiat, quam & precor, & spero. Vale. Venetiis, Nonis Dec. A. 1702.

Bernardo de Montfaucon Congregationis S. Mauri

LAURENTIUS PATAROL S.P.

Parisios.

EN tandem me quoque ex his factum, qui te non modo eminus ac tacite venerantur, sed effusiori obsequio ad te audent per Epistolas propius ac-

Digitized by Google

cedere. Quo jure, inquies, quo titulo? Maximo sane atque incomparabili, si non meritorum in me, saltem humillimæ devotionis, qua, cum Venetias nostras inviseres, me tibi statim devinctum esse sensi ac volui. Debebam antehac quidem huic voluntatis meæ debito paria facere; sed nolui virtutum tuarum sacrarium sine munere salutare. En munus: Libellum a me nuper editum, te tamen non dignum, qui tyronibus, ac Historiæ, reique Nummariæ candidatis est institutus. Sed, sicuti ut illum publici juris facerem maxime impulit Illustrissimi D. Antonii Maliabechii S. M. D. E. B. auctoritas apud me summa, ita ut illum ad te mittam summopere cogit amantissimi nostri D. Apostoli Zeni sententia, quem non ignoro tibi amatum esse ac laudatum. Huc accedit, quod si bene memini, specimen tibi quoddam opellæ hujus exhibui, cum simul, die 23. Aprilis tribus circiter abhinc annis, Divi Georgii Majoris delubrum inviseremus. Accipe ergo qua potes humanitate munusculum tot tibi de causis debitum; nec expende quo merito valeat, sed qua devotione deferatur. Panegyricas Oratorum veterum Orationes edere mens est, additis Adnotationibus, quas spero non improbandas, & italica interpretatione a nullo hactenus, Orationem Plinianam si excipias, elaborata. Opus jam a me pene absolutum ut cito prodeat curabo; interim compotem te facere volui. Vale. Venetiis, Kalendis Maii A. 1703.

Laurentio Patarol.

F. B. DE MONTFAUCON S. P. D.

JAM pene dimidium anni effluxit, ex quo egregiam tuam de Numismatibus Imperatorum elucubrationem accepi, & quidem ex dono Auctoris, quæ tua est humanitas, prolixusque in nobis, indignis licet, demerendis adfectus. Ne vero citius promeritas pro tanto beneficio gratias rependerem, casu potius quam negligentiæ meæ evenit. Nam cum primum mihi liber ille tuus oblatus est, amico cuidam præsenti, rei Nummariæ perito ac studioso, roganti, ac propemodum extorquenti, legendum tradere coactus sum. Is vero perfectum eximium opusculum alteri amicorum obtulit legendum: repetentem me tergiversationibus elusit, donec is fato functus, ac inopinata morte sublatus est. Jam vero nescitur cui librum dederit, ita ut ejus recuperandi spes nulla supersit. Id vero tibi, Vir erudite, multorum, qui me frequenter adeunt, narratu edoctus testificari possum, librum tuum omnibus probari. Placet styli ratio, compendii ritus, Numismatum delectus; unde inauspicato prorsus mihi accidisse putem, ut post primum conspectum, statim ille ex manibus meis evolaverit. Nec ille tamen casus infaustus ex grati animi adfectu vel tantillum decerpit: immo immortales tibi habeo gratias. Si quid in his partibus ad tui commodum agere facultas fuerit, opera nostra uti ne gravere. Vale, Vir doctissime, & de Republica Literaria bene mereri perge. Amicum nostrum Apostolum Zenum meo nomine plurimum saluta. Dabam Lutetiæ, decimoquinto Kal. Decembris Anno partæ Salutis 1704.

Ante-

Digitized by Google

Antonio Locatelli

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Venetias.

POetam ago, Antoni cariſſime. Miraris? Mirare quidem jure maximo. Quid enim eſt jam pene vetulo cum Muſis? Et tamen Poetam ago, & *ipſe ſemipaganus ad ſacra Vatum carmen affero noſtrum*. Bombycem cano; ago ſcilicet in ſubjecta materia, nam mihi modo curæ & deliciæ Bombyces. Muſam jam deſuetam, & quaſi abdicatam excivit lepidum D. Joannis Campelli noſtri Poema *de Capra Montana*, quod forte legebam pomeridianis horis cubaturus. Compotem eumdem feci, ipſeque miſit ad me libellum Hieronymi Vidæ Cremonenſis, qui de Bombyce Libros duos verſu epico pariter edidit. Ille miſit ut me magis incenderet; ego vero eodem accepto ſtatim animo concidi, calamumque depoſui; nihil enim carminibus meis laudis prius contingere poſſe ſperabam, niſi ex novitate: ignotum enim mihi antea Vidæ non nomen, ſed Poema illud. Ille autem increpare pavorem meum ac deſidiam per Epiſtolas, & adhortari ut ab incœpto opere non deſiſterem. Morem geſſi amico, ſed non iis viribus quibus incœperam. Excuſabit ipſe qui juſſit, excuſabis tu, Antoni cariſſime, qui me amas & mea, licet minimæ notæ. Amicos ſaluta, & Vale. Sandoni, Kal. Junii An. 1704.

Gisberto Cupero

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Daventriam.

HUmanitatis tuæ maximæ, gratique animi erga me, meamque ſeriem Auguſtalem certiorem fecit me diebus elapſis Vir egregius Franciſcus Striker ex Epiſtola tua, quæ tam honorifice de me loquitur. Pudet tenuitatem meam tam præclaræ laudis; gratulor tamen, & exſilio ſi aliquatenus illam apud te videor meruiſſe. Quantum tibi me debere ſciam, & prædicem, teſtes proferam Striker eumdem, noſtrumque ſtudiis Antiquitatis jam celebrem Nicolaum Bonum. Hos tibi ac mihi pro omnibus eſſe volo, quod noverim quantum te invicem diligant, quo te ſtudio uterque viritim, & pariter proſequatur. Cætera poſſem allegare illos omnes, quibuscum loquor, ad quos ſcribo, & præcipue decus illud Literarum, noſtræque Italiæ Antonium Maliabechium Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ Bibliothecarium. Ego interim qui audeam aut valeam tantæ benignitati tuæ paria facere, aut aliquo modo gratias referre, cum neque agendis ſufficiat Epiſtola? Tu tamen, puto, Vir egregie, fucata verba non aucuparis, neque mihi eadem pendere animus, aut ſtudium eſt. Accipies confeſſionem pudoris mei; excipies, amplexaberis genuinam ſinceritatem.

Prodiiſſe nuper Panegyricas Veterum Orationes cum Notis Cellarii compotem me fecit idem laudatus Maliabechius. Ut verum fatear, accepi hoc inique; nam easdem cum Notis meis brevi typis vulgare deſtinaveram. Hoc igitur differam neceſſe eſt; non omittam tamen; ſed tunc abſolvam cum novita-

Digitized by Google

vitatis aliquid Editioni meæ comparavero. Hanc præstare libet, Italicam interpretationem simul excudendo, Nummosque plurimos addendo, qui Orationibus iisdem illustrandis maxime inservient, quod non mediocriter gratum eruditionis antiquæ studiosis futurum spero. Qua fronte consilium hoc meum excepturus sis, Vir egregie, jucundum erit ex te percipere; jucundius, si mihi ad Opus hoc symbolarum aliquid elargiri non dedignaberis. Vale, Literarum decus eximium; vale iterum, & salve. Venetiis, Idibus Novembris An. 1704.

Othoni Menkenio

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Lipsiam.

CUM literas heri acceperim a mei amantissimo Abbate Dominico Passioneo, Viro nobilissimo, atque ornatissimo, unaque huic meæ infitam Epistolam, quam ad te mitterem, Vir clarissime, volui, quamvis de te nihil meritus, ego pariter ad te scribere. Idque duplici ex causa; primum ut scias quanti Passioneum eundem faciam, quantaque inter nos intercedat necessitudo, deinde ut certior etiam fias, me virtutem tuam, ac famigeratum tuum ubique nomen summe colere. Libros quos eidem destinas ad me mittere non dedignaberis; nam illos recto breviorique itinere Romam mittam. Sic pariter duobus inserviam, & rem gratam faciam tibi dum illos accipio, illi dum eosdem Venetiis ad ipsum transmitto.

Opusculum meum tribus circiter abhinc annis typis datum, seriem scilicet Augustorum, Augustarum, ac Tyrannorum omnium cum Numismatibus jam puto videris; at nunc ignoscere eidem incipies, quod fortasse jure hactenus castigaveris. Opus est tenue, ac tyronibus institutum. Brevi editurum me spero Libellum alterum, (*) cujus exhibet specimen clausa pagella. Siquid supra ipsum tibi occurrit considerandum, quæso me admonere ne renuas; summa enim expectatione judicium tuum optabo, tuamque censuram recolam. Vale, Vir clarissime, & me tibi addictissimum pro certo scias. Venetiis, sexto Kalendas Julii Anno 1705.

(*) *Panegyricas Orationes Veterum Oratorum Italica interpretatione, Notis ac Numismatibus illustravit L. P.*

Bernardo de Montfaucon

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Lutetiam Parisiorum.

EPistolam tuam, Reverendissime Pater, quam dedisti XV. Kal. Decembris elapsi anni 1704. Aprili mense anni hujus tandem accepi, optatissimum amoris tui munus, gratique animi signum in Libellum meum ad te missum. Gratulor ipsi mihi, quod eumdem legere ac probare non renueris; gratulor rursum, quod & alii, qui eumdem inspexerunt, ut mihi nuncias, non improbaverint. Quod autem Libellus idem, dum plurium manibus teritur, deque uno legen-

Digitized by Google

legente transit ad alium, tibi perierit, jactura quidem nullius est momenti. Mihi tamen consulto cavens, & favens (quid enim mihi pretiosius quam a te legi?) alterum ad te mittere exemplar malui, facilem nactus occasionem eruditissimi, atque humanissimi Patris Perrenò e Societate Jesu Parisios tendentis. Viri illius omni laude digni mihi perfrui colloquio licuit, dum domum meam, parvamque Bibliothecam, Nummariamque penum inviseret.

Panegyricarum Veterum Orationum Editionem, quam mihi paratam esse jam nunciavi, ante anni hujusfinem dubio procul prælo committere non prætermittam. Operi Italicam addam interpretationem, Notas perpetuas, & Numismata, tam Orationes ipsas, quam Notas illustrantia, & explicantia. Jamque opus hactenus inchoatum esset, si ad me eædem perveniissent Orationes editæ nuper a Clarissimo Cellario, ut me docuit Illustrissimus Maliabechius, quas inspicere ac perpendere mens est, antequam impressionem mei Operis aggrediar. Vale, & me tibi devotum, paratumque semper fore scias. Venetiis, die 23. Octobris Anno 1705.

Antonio Locatelli

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Masonum Vicentinorum.

ACcepi Literas tuas, Antoni carissime, non, ut innuis ipse, dum horto, aut Musis detineor, sed dum revertor a piscatu. Itane, inquies, Piscator tu? Ita quidem, & de quo genere piscatorum sim, ut omnino scias, Carmen lege, quod cum hac Epistola ad te mitto. Ergo etiam Poeta? Poeta sane, sed Autumnalis, hoc est in hyemem seu poeticum senium vergens. Musa tua præluxit mihi, quam a longe sequor; nam mea olim jam cœpit claudicare. Ignosce, Antoni carissime, & Vale. Venetiis, Idibus Novembris An. 1707.

Mugilum Piscatio Venetiis fieri solita.

UT primum Adriaca roseum caput extulit unda
Promittens Aurora diem, vigil improba pubes
Dedignata toros, & longæ strata quietis,
Surgere festinat, viresque lacessit, & arma
Arma amens clamat, per regnaque Tethyos alta
Ire, & Mugilibus parat acre indicere bellum.
Expediunt socii remos, & transtra fugacis
Prætexunt alni: validis ipsa acta lacertis
Littore subripitur, pressaque impellitur unda.
Jamque cito Paniæque domus, littusque recedit,
Et patulus nautis æther, lateque profundi
Panduntur campi; toto ruit æquore fractis
Prona vadis prora, & longe prætervolat urbem.
Nec dubium molitur iter: quo tendere præstet
Arma freto primum, quive haud lævo auspice fluctus
Tentandi potius, jam jam sententia sedit.

Nam

Digitized by Google

Nam varium noſtris vario pro tempore Pontum
Quærere rite juvat. Pleno dum Cynthia cornu
Noctibus illucet totis, vel proxima Phœbum
Labentem ſequitur, minus alto ſiſtere mallunt
Æquore; ſed media melior dum luce refulget,
Tunc vaſto fidunt pelago, gaudentque profundo.
Stant ſua cuique loco quæ nomina prætulit uſus.
Et * Cryptas dixere, & * Lamnas, duraque * ſaxa,
Atque * Pharum, * Schizzæque novam de nomine Ripam,
Et priſcum hiſtoria enarrat jam didita * Bembum.
Quid referam * Ripamque Boum, * Vallemque, * Petrasque,
Littoreamque * oram, & ſinuoſæ Tethyos * Arcum,
Tentandas ſedes, medio cum Phœbus Olympo
Deciderit? Sed quo te digne carmine pangam,
Squamigerum fœcunda domus, * qua flectere primo
Incipiunt reduces fluctus, pelagoque reverti?
Antraque vos, altique ſpecus, * qua ingentia Caſtra
Artis opus miræ, ſtatio tutiſſima portum
Proſpectant, terrentque hoſtes, urbemque tuentur?
Vos tentem fruſtra, ſi non alto hæreat unda
Lenta vado: at quantos ſalebroſo gurgite piſces
Servatis! Senior Cephalum vos turba frequentat.
His adde, & Ponti quodcumque adlabitur urbi,
Quaque * Palatinæ ſurgunt faſtigia Sedis,
Immanesque ſtupet moles aulasque viator,
Quaque * Liburna ferox longam Gens incolit oram.
Armorum hic finis, poſtrema hic munera pubes
Durior exercet, noſtra cum pergit ab Arcto
Luce minor Phœbus, majoresque excitat umbras.
Ut ventum eſt certo quo ſeſe limite monſtrat
Cara gregi ſtatio, certa prout lege ſagaces
Edocuit ratio juvenes, & longior uſus,
Hic locus armorum, labor eſt hic figere caſtra.
Siſtit cymba freto; proram puppimque recurvo
Anchora dente tenet, torto tum cannabe firmat.
At latus adverſum fluctus proſpectat euntes.
Nec mora, certatim læta incipit arma juventus
Tendere, & hoſtili fœdari ſanguine certat.
Et jam laudis amor, jam pinguis gloria prædæ
Exagitat ſocios, & ſævo munere vexat.
Non minus ac duris tentent ſi montibus urſum
Figere, vel late cædes, mortemque minantem

Ster-

* *Quæ aſteriſco inſignita vides, loca ſunt, in quibus frequentius mugilum piſcatio fieri ſolet.*

Digitized by Google

Sternere nil pavidum madidis convallibus Aprum;
Aut Capreas, Damasque sequi, Cervosque fugaces,
Et procul edocta jaculari funera dextra.
Est illis multa longissima tænia seta
Quantum alto fluit unda vado, quantumque profundo
Distant summa maris, quadro quam subere cauti
Intorquent juvenes, facilem tendique trahique.
Hanc undis credunt, leviorem plumbea raptat
Glans, mergique jubet, pressamque in gurgite sistit.
Nec longe extremam duplex setam hamus obarmat,
Implicitosque cibos, mentita cuspide (Vermes)
Exhibet incautis optatam piscibus escam:
Nam mugil summa raro superinnatat unda,
Ima petit, gaudetque vado, viridique profundi
Cespite pinguescit, duramque frequentat arenam.
Ergo illum, dum festinat celer amne secundo,
Et prædam incautus simul, & nova pascua quærit,
Invitat mendax, quam conspicit eminus esca,
Occurritque avide, atque incauto gutture prensat,
Nec metuit fraudes, & inevitabile fatum.
Sic omnes falluntur; atrox nam cuspide ferrum
Unca hæret, lanians ora, & mucrone palatum.
Ast illi quassare caput, fævoque furentes
Vulnere luctari, & multo molimine lapsus
Quærere, proque fuga vulnus, mortemque pacisci;
Nam miseri quantum quatiunt se se, oraque, tantum
Figitur effosso cuspis compulsa cerebro,
Discruciatque magis. Docta hinc conamine pubes,
Certaque jam prædæ revocat de gurgite setas,
Appensosque trahit nequicquam immanis pisces
Fata sequi refugos, sinubusque imponere gestit.
Mox iterum prædam tentant, iterumque reportant.
Fervet opus multo dum circumquæritur esca
Agmine squamigerum; nunc hic, nunc sternitur ille,
Nec venia ulla datur miseris, quacumque lacessunt
Insultat pubes, & acutos incutit hamos.
Jamque cruor late versatur, & omnia fœdat,
Cymbaque jam premitur confusæ stragis acervo.
Postquam fusa omnis Cephalum vaga turba sub undis,
Laxatusque furor, rabiesque asperrima ferri,
Tunc requiem fessis repetito munere dextris
Dant hilares socii, & clamoribus æthera complent;
Ac numerant prædas certatim, implentque canistros,
Aggestosque struunt pisces, atroque madentes
Sanguine seponunt, & puro flumine tergunt.
Interea, & mensas, Cererisque recondita dona
Depromunt avidi, multumque laudataque dira

Digitized by Google

Cruſta fame, dilata diu ſolatia laxis
Viribus, & te, Bacche, vocant, vinoque madeſcunt;
Velaque dant ventis alacres, urbemque, domumque
Converſa repetunt ſpatia in contraria prora.

Laurentio Patarolo

GISBERTUS CUPERUS S. D.

NON modo tibi viſum fuit olim ad me donum mittere Numismata tua Imperatorum, & Auguſtarum, verum & nunc a te tuli Panegyricos pulchre in linguam Italam, addita Latina, verſos, & Notis atque adeo Numismatibus illuſtratos. Pro utroque erudito, & polito munere ſi tibi cum maxime gratias non haberem, peccarem certe in leges humanitatis, & in benevolentiam, qua me ſumma complecteris. Accipe igitur haſce literas, tamquam gratiarum actionem, & in ſignum ſtudii, quo te proſequor, amicitiæque quam inter nos perpetuam fore non ſinit me dubitare ingenii tui felicitas. Nam & eleganter atque erudite explicaſti vultus Auguſtorum, & Auguſtarum, & correctiores multo dediſti nobis Panegyricos veteres, neque eos tantum ex ingenio, verum etiam ad fidem MSS. Codicum emendaſti, quo certe nihil melius vel tutius; præcipue cum Viri eruditionis ſpectatæ, quorum in numero cenſeris optimo merito, illi operi incumbunt.

Gallandus Profeſſor Linguæ Arabicæ Pariſiis, & inſignis Numismatum veterum interpres, mecum egit de Nummo Helenæ, cui inſcriptum HELEN. N. F. putatque eum pertinere ad Conjugem Conſtantii Chlori, matrem Conſtantini Magni, & explicari debere *Helena Nobiliſſima Fœmina*, & credit inſuper omnes Nummos, qui attribuuntur Helenæ Uxori Juliani, ad alteram illam pertinere, quod ultimum ut mihi parum videtur probabile, ita putabam nonnumquam haſce ſiglas exponi debere per *Nobiliſſimam Filiam*, & ſignatum eſſe Nummum tempore Conſtantini Magni, qui illo elogio Filiam innuptam honoraverit. Hac occaſione inquiſivi in Helenas, nec non in alias Conſtantini Conjuges, animadvertique tibi memorari *Flaviam Maximianam Theodoram*, quæ tamen in Numiſmate publicato per Illuſtr. Spanhemium clare appellatur, ſi recte ille deſcriptus eſt, *Maximæ Theodoræ*, & quod nomen etiam amplectitur Harduinus in Libro de Numiſm. ſæculi Conſtantini. Secunda Conſtantini Uxor a Strada, Spanhemio, & Harduino appellatur *Flavia Maxima Fauſta*; a Triſtano, & Du-Cangio *Maximiana*; id quod ſine dubio verum illius nomen eſt, ſi integrum legitur in Numiſmatibus, uti auctor eſt Comes Mediobarbus, quamquam tu ipſe videaris, Vir eximie, dubitare, cum ſcribas pag. 91. *Flavia Maxima*, ſeu *Maximiana Fauſta*. Eripe me his fluctibus, & doce quid tandem ſtatuendum ſit. Vale. Daventriæ 10. Aug. 1710.

Gisberto

Digitized by Google

Gisberto Cupero

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Daventriam.

ACcepi Litteras tuas, Vir eximie, a te datas die decima Auguſti elapſi, quibus me meaque opuſcula tanta benignitate ac dignatione proſequeris, ut nihil mihi neque ad honorem, neque ad lætitiam majus poſſit accedere. Deberem ideo plurimas, easque maximas tibi gratias ſolvere; ſed quibus tandem verbis hoc præſtem, qui me tam imparem ſentiam, ut hujuſce decus officii corrumpere potius verear, quam pro rei merito perficere poſſe ſperem? Illud fidenter igitur a te poſtulo, ut ſilentio meo fidei humanitatem adhibeas; & me tibi ſupra quam dici poſſit gratius quinimmo agere credas, dum agendo me non eſſe profiteor. Quæcumque vero ſit confeſſionis meæ reverentia, quid de me, quid de te ſentiam, Vir eximie, tibi ſatis compertum erit quoties juſſa tua ad me mittere non dedignaberis, quod ut quam frequenter præſtes & enixe rogo, & obteſtor. Reliquum eſt etiam, ut a benignitate tua flagitem, ut æquo animo patiaris tenuitatem meam, qua gemina illa Opuſcula non ſane, ut par erat, elaboravi, immo ut verius fatear inconſulto quodam ætatis ardore profudi potius quam emiſi. Illud inde utique ſperem, te qua me per epiſtolam tuam benevolentia recreas, eadem omnino ipſum me apud alios etiam proſecuturum, & protecturum; illos nempe, quibus facilius ad rigide cenſendum ingenium eſt, & promptior ad lacerandum lingua.

M. Fabii Quintiliani Declamationes quoque edere immanis me quædam libido agit, addita ſingulis illis Antilogia, ſive in contrariam partem Declamatione. Fateor immodice me Quintilianæo ſtylo, & charactere delectatum, & totis viribus incubuiſſe, ut Auctorem hunc imitarer, & ipſius dicendi rationem meam facerem quantum poſſem. Præſtitit hoc aliquatenus, ſed in unam tantum aut alteram ex iis Orationibus Jo. Ludovicus Vives, qua vero felicitate judicet, qui aures tantum ne dum oculos habeat. Ab aliis, quod ſciam, opus hoc tentatum non fuit, cujus rei, ut me moneas, & certior facias, in primis precor te, Vir eximie, teque rurſum oro, ut quot quasque Quintilianearum Declamationum editiones videris, me compotem reddas, docearque an quiſpiam ipſas olim adnotationibus illuſtraverit.

Venio nunc ad ea, quæ mihi eruditiſſima Epiſtola tua proponis. Numnum a Gallande exhibitum in ea ſane ſententia ſum, ut ſeniori Helenæ adjudicem, quemadmodum etiam (veniam poſtulo ſi a te audeam diſſentire) omnes Helenæ Nummos aſquedum exhibitos non alterius eſſe, quam hujus ſemper antehac credidi; &, ut verum fatear, gaudeo modo non parum, quod ejusdem ſententiæ laudatum inſignem virum eſſe me moneas. Qua ratione hoc contendam ſi a me poſtules, non alia reſpondebo, niſi quia nulla major occurrit ratio cur illos Helenæ Julianeæ attribuamus. Cum enim hoc facere quod & a Patino, & a Goltzio, referente etiam Occone, præſtitum eſt, profecto divinare ſit; & cum dicti Nummi tam hujus quam illius eſſe credi poſſint, mihi ſemper plus placuit, & placebit ſeniori Helenæ ipſos percuſſos credere, donec aut imaginis diverſitas, aut quodpiam aliud peculiare ſignum jubeat aliter crede-

re. Non enim is ego sum, qui opinioni meæ mordicus adhæream; sed cum nihil magis appetam, quam ad sciendum instrui, ideo quando rationibus doceor, facile tendo quo ducor. Illud quidem ingenue fateor Literas illas N. F. probabilius innuere, ut tu, Vir egregie, doctissime interpretaris, *Nobilissima Filia*, nisi & forte legamus *Nostra Filia*, quæ mihi sane lectio plus arridet. Non abs rei veritate igitur fortasse erit Nummum illum percussum credere Helenæ Augustæ Constantini Chlori, imperante adhuc Maximiano Herculio, seu ex P. R. placito, cujus rei specimen exhibet Nummus Romuli Maxentii Filii a Patino, & Occone relatus, in quo legitur *Imp. Maxentius Divo Romulo N. V. Filio*, hoc est *Nostræ Urbis*; seu ab ipsomet Imperatore, qui ut Pater Constantii adoptati dicebatur, sic & ejusdem Uxoris æque Pater dici poterat, ideoque ipsa ejus Filia: cujus quidem etiam rei pro exemplo esse potest Nummus ejusdem Constantii Chlori, quem in meo quoque Panegyricorum Libello exhibitum reperies Tab. 3. num. 9. in quo circum Constantii caput legitur, *Imp. Maxentius Divo Constantio Cogn.* hoc est *Cognato*, ut Antiquarii interpretantur. Quemadmodum igitur & Romulus Romæ Filius, & Constantius Maxentii Cognatus in Nummis dicti sunt, sic & Helenam Imperatoris adoptivi Patris sui filiam in eisdem scribi potuisse, non est meo judicio tam violentæ interpretationis, ut illud nonnisi timide sit proferendum. Cum enim, ut laudatus Patinus habet pag. 457. editionis Argentinensis Imperatoriorum Numismatum, *hæc obscura sint, & plures possint admittere conjecturas*, quis vetet illa proferre, quæ non ex libito effingam, sed ad exemplar aliquod conformata melioris doctrinæ Viris expendenda, quos inter tu adeo emines, Vir egregie, atque effulges, exhibeam?

Quoad Flaviam Theodoram Constantii Chlori, & Flaviam Faustam Constantini Magni Conjuges, quarum utrique ab aliis *Maxima*, ab aliis *Maximiana* prænomen datur, quid ego sentiam paucis efferam. Observo igitur ab Historicis illis priscis, seu Latinis, seu Græcis, nimirum Eutropio, Aurelio a S. Victore, Zosimo, Zonara, aliisque *Theodoram* tantum, & *Faustam* nullo addito prænomine nuncupari. Prænomina igitur *Flavia*, & *Maxima*, seu *Maximiana*, quæ utrique a recentioribus Historicis, & Antiquariis adduntur, e Numismatibus desumpta sunt, in quibus eadem leguntur. Quia vero in omnibus fere habetur mutila scriptione *Fl. Max. Theodora*, *Fl. Max. Fausta*, hinc factum ut qui Nummos interpretari voluat quisque varie verba illa pro suo placito reddant, alius nempe legendo Maxima, alius vero Maximiana. Dubium quidem omne tollere, & interpretationi locum negare videtur Nummus ab Illustrissimo Spanhemio relatus, in quo integra voce legitur *Maxima*. Quid vero si huic opponamus Nummum alterum a Goltzio exhibitum, & ab Occone relatum, in quo integre legitur *Maximiana*? Pari modo in Faustæ aliquo Nummo, ut auctor est Mediobarbus, legitur integre *Maximiana*; in aliis vero, si Occoni fides, legitur, & *Maxima*. Quid dicendum igitur, aut cui magis credendum? Fateor quidem Nummorum hanc diversitatem, etiamsi non dubitem de ipsorum fide, utpote qui licet non omnibus cogniti a tam egregiis Viris tamen exhibeantur, parum mihi negotii facessere, & me libenter annuere, ut credam Augustas illas suis ipsis temporibus tam *Maxima*, quam *Maximiana* prænomine fuisse appellatas. Quod ut credam illud me omnino movet, quod etiam Imperatorem Licinium & *Licinium*, & *Licinianum*

pariter

pariter videam appellatum. Fidem aperte adstruunt Nummi omnes, in quorum nonnullis legitur *Imper. Licinius*, in aliis *Imp. Licinianus*, in aliis vero *Imp. Lic. Licinianus*. Verum quidem est *Liciniani* nomen, seu nominis vere illud, seu prænominis loco accipiatur, in multo pluribus Junioris Licinii, quam Senioris Numismatibus observari, & quidem tam insigni diversitate, ut ferme credere quis possit, Seniorem illum *Licinium* tantum, Juniorem vero proprio nomine *Licinianum* fuisse appellatos: quod & docere quasi videtur Zosimus ipse Lib. 2. dum ait, *Licinianum Licinii filium Cæsarem designatum*. Certum tamen est Nummos plurimos consulenti & Licinium Seniorem *Licinianum*, & Juniorem *Licinium* dictos occurrere; ita ut dubio procul statui possit utrumque modo *Licinium*, modo *Licinianum* etiam suis temporibus fuisse nominatos. Ex hoc igitur infero, & ut mihi videtur, ratione non dispari, Augustas illas, nulla tum habita ad vocabuli diversitatem ratione, tam *Maximæ*, quam *Maximianæ* nomine pariter appellatas. Eodem modo & *Jovianum*, & *Jovinianum* legimus; & nobis Italis familiare est lingua nostra eamdem mulierem nominare *Maria*, & *Marietta*; *Maddalena*, & *Maddaluzza*; *Isabella*, & *Elisabetta*; *Lodovico*, & *Luigi*, &c.

Hæc sunt, Vir eximie, & inter primos mihi semper colende, quæ de pauperrima penu mea proferre valeo, tibique exhibere, audacter quidem, ut qui Alcinoo poma dono mittat. Dum vero hæc qualiacumque profero, religione quadam mihi videor sacrum tibi obsequii munus persolvere, immo si verius dicam, non modicum mihi eruditionis fœnus comparare; namque, ut spero, cum mea isthæc quo valent merito legeris, & censueris, meliora me docebis, & Epistolarum tuarum jucundam optatamque mihi dignationem non negabis. Vale. Venetiis, die vigesima Septembris A. 1710.

Laurentio Patarolo

GISBERTUS CUPERUS S. D.

REcepi quarto hujus mensis die Literas, quas ad me dedisti pulchras, & eruditas vigesimo Septembris, & credo eas tamdiu in itinere hæsisse, quia amplissimus Stryckerus easdem procul dubio inclusit mercibus, quas mittere solet ad mercatores Amstelædamenses, quorum unus illas ad me curavit.

Plurimum autem tibi debeo de tam amica & tam docta adlocutione; quin & gratias ago, quod tam benigne & prolixe de studiis meis sentias, & approbatio tua mihi calcar addet ad ea magis magisque colenda.

Quintilianum te amare scribis; id quod certe facis merito; Declamationes autem ejus pulchræ sunt, & multas Veneres habent. Laudo igitur consilium tuum, & accipe, quæ tibi suppeditare possum.

Vivit Harderovici Gelrorum Vir egregia eruditione, & variis eruditis & politis libris editis insignis. Theodorus Janssonius ab Almeloveen nomen ei est, Doctor Medicinæ & Historiæ atque Eloquentiæ professor; is olim ad me misit catalogum editionum Quintiliani Institutionum Oratoriarum; hinc conjecturam faciebam, virum tam diligentem annotasse etiam editiones Declamationum; convenio cum propterea per literas, & rogavi vehementem in modum,

Digitized by Google

dum, ut tecum communicare velit, quidquid annotaverat. Nec profecto falsus fui; & ecce tibi binos catalogos, quorum unus typis descriptus est, alter vero exhibens Declamationum editiones, manu scriptus; nec dubito quin illi tibi satisfacturi sint, & quin pronuntiaturus sis continuo, me provinciam bene ornasse.

Sed & est aliquid, quod te rogat, vir egregie, quodque ex ipsis illius verbis intelliges. *Nunc*, ait, *quod jure tuo exigis, sepositis aliis negotiis omnibus, me tradidi Indici editionum Declamationum M. Fabii Quintiliani, quem adeo accuratum in hunc usque diem non construxeram. Accipe igitur eum communicandum una cum indice typis excuso, comprehendente Institut. Oratoriarum omnes codices mihi unquam observatos, ex quibus illos tantum desidero, qui virgulæ — hac sunt notati, cum viro præstantissimo. Si vir ille perdoctus Laur. Patarolus mihi aut illos, aut unum, alterumve ex illis poterit suppeditare, lubens justam pretium persolvero. Addat, si norit, mihi ignotas editiones; certe & hoc me sibi arctissime devinciret, qui nihil æque habeam in votis, quam omnia ea colligere, quæ ad M. Fab. Quintiliani sive Institutiones sive Declamationes quicquam conferre videantur. Catalogum Declamationum confectum ex meis exemplaribus Viro doctissimo fore gratum spero. Ego, quoniam salivam movisti, quam primum nostri bibliopolæ ejus a te indicata opera acceperint, mox mihi comparabo, certus me doctiorem ab iis recessuram. Velim, imo obnixe rogo, clariss. Patarolum vertis meis quam humanissimis salutes.*

Hæc sunt quæ ad me misit egregiæ Vir doctrinæ, & humanitatis, & certus sis multum etiam me tibi debiturum, si petitioni illius satisfacere, nam velle te habeo persuasum omnino, posses. Juvenis admodum operam dedi Johanni Schultingio, Historiæ apud Noviomagenses Professori, egregia doctrina & fama Viro; is constituerat edere Declamationes Quintiliani, & mutuos acceperat binos manu scriptos libros optimæ notæ ab Isaaco Vossio; illos cum editis contulit, me lectore; sed quominus illud facere potuerit, fecit mors immatura. Quid collationi illi, notisque (nam multa in ordinem redegerat) factum sit, exquiram apud filios, quorum unus Franequeræ profitetur summa cum laude Jurisprudentiam, alter Amstelædami populum docet mysteria Divina; & si ea omnia impetrare potero ab iis, nihil est quod dubites, quin a per continuo accepturus.

Fuit etiam hæc in urbe cognatus quidam meus, Senatui a secretis; is mirifice capiebatur Declamationibus Quintiliani, & in eo erat, ut commentarium in easdem componeret, qui num salvus sit, inquiram apud filiam, unicam hæredem. Et si qua alia re laudabiles conatus tuos adjuvare potero, faciam id diligenter & alacriter, cum nolim ullum tibi commodum per me clandier.

Atque hæc quidem hactenus, nunc ad reliquam epistolam tuam transeo, & ad nummos Helenarum Augustarum, de quibus tam erudite agis. Et quidem animadverto te omnes eos attribuere Helenæ Constantii Chlori uxori, nullos autem Helenæ Constantini Magni filiæ, & conjugis Juliani Imperatoris, id quod etiam sentit & contendit Gallandus. Et quamquam unusquisque debeat fasces submittere binis Principibus Antiquariis, tamen spero te veniam mihi daturum, si in eam sententiam transire nondum possim. Videtur enim mihi parum verisimile nullos Numamos invenirí ultimæ hujus Helenæ, cum ne dubi-

tan-

Digitized by Google

tandum quidem sit, quin illius imagine signati sint; deinde si literæ N. F. explicari possunt, *Nostra Filia*, utique illud elogium non potest pertinere ad Helenam Constantii Chlori uxorem; nec puto explicationem illam recto stare talo, pace quod dictum sit tua, ut Romulus Romæ filius, ut Constantius Maxentii cognatus dicuntur, ita Helenam Maximiani filiam posse appellari, utpote qui Maximianus erat illius adoptivus Pater, utque erat Constantii Chlori, ita & ejusdem uxoris dici potuerit; quæ tua mihi videtur esse sententia. Nam Helena ejecta domo mariti nullo loco haberi poterat, nec Theodora Chlori altera uxor & Augusta nunquam passa fuisset illum honorem haberi Helenæ repudiatæ, idque omne a moribus non modo Romæ, sed etiam Aularum plane alienum est, cum & a Christianis Regibus ejectæ Reginæ privatarum loco habitæ sint, id quod utique etiam evenit Helenæ, a filio Constantio postea restitutæ.

Præterea Maxentius optimo jure potuit appellare Constantium Chlorum *cognatum*, quia ille in uxorem duxerat *Theodoram*, filiam Maximiniani Herculii, & ille hujus etiam filius haberi volebat, vel habebatur vulgo, quæ de re ago ad c. 16. & 39. Lactantii de mort. persecut. Neque etiam puto huc pertinere *Divum Romulum*, N. V. *Nostræ Urbis filium*; quia aliud longe quid est, Urbis alicujus filium dici, & viri alicujus *filium*. Hoc utique naturale est, illud vero honor civilis, & ita Constantinus Magnus est pater Helenæ, nuptæ Juliano, Roma vero filii Maxentii, cui nomen *Romulo* fuit.

Notat quidem Tristanus t. 3. p. 469. illud factum esse, *parcequ' il est croiable, qu' il avoit pris naissance dans la ville de Rome, qui s'en glorifie par cette Inscription*. Sed mihi videtur altior longe sensus hic latere, & inscriptionem illam nobis conservare morem singularem, n. Romulum a Senatu populoque Romano fuisse quasi adoptatum, & ita declaratum Maxentii patris successorem. Et certe urbes adoptasse olim alios, ex binis pulcherrimis Inscriptionibus docui in epistola, quam ad Rever. valde & eruditum Montfauconium misi anno proxime elapso, & nunc mihi venit in mentem *Infans Hispaniæ*, & Rex Britanniæ Magnæ Guilelmus, qui cum princeps Arausionensis esset ante funestum cum Gallis bellum, vel annum 1672. factus est, ut nos loquimur Belgæ, *Kindt van Staet*, *Filius vel Infans Status*, licet titulus ille non complecteretur successionem in paternas majorumque Serenissimorum dignitates & honores, id quod tamen postea evenit.

Arridet mihi valde conjectura tua, Augustas Flaviam Theodoram, & Flaviam Faustam dictas esse ab his *Maximas*, ab aliis *Maximianas*, & utrumque nomen illas gessisse; neque enim aliam rationem invenire possum hujus diversitatis, illasque modo in nummis *Maximas*, modo *Maximianas* appellari, quare ego quidem multum tibi de hac explicatione debeo. Vale etiam atque etiam. Daventriæ 24. Jun. 1711.

Gisberte

Digitized by Google

Gisberto Cupero

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Daventriam.

QUod Epiſtolæ tuæ, quam die 24. Junii præteriti dediſti, quæque integro fere abhinc menſe ad me pervenit, tam ſero respondeam diuturno ac læviſſimo morbo factum eſt, Vir eximie, atque humaniſſime. Et quidem ſi ad tam infirmam valetudinem meam reſpiciam, adhuc imparem me prorſus ſcribendo ſentio; ingrati nihilominus tamen ac parum officioſi notam ſubiturum me certo ſcirem, ſi non & mei alicujus diſcriminis atque incommodi pretio compotem facerem te tum acceptæ Epiſtolæ tuæ, tum lætitiæ illius maximæ, qua me ipſa eadem affecit. Primo quidem propter inſignem raramque eruditionis copiam, qua controverſiam illam de Nummis Helenæ perpendis, meque ſententiam meliorem doces: deinde vero quod ingentes Quintilianæorum Operum Catalogos miſiſti, & ſuper Quintilianum ipſum potiora te mihi daturum polliceris. Quascumque igitur agere valeo gratias de tam præclaro humaniſſimeque præſtito munere enixe ago, & tibi, Vir eximie, & laudatiſſimo Viro Theodoro Janſſonio ab Almeloveen, quem mihi adeo benevolum feciſti, cujusque mihi neceſſitudinem comparaſti. Hunc igitur doctiſſimum Virum tum pro reliqua, qua pollet eruditione, ac doctrina, tum quod Quintiliano delectatur, impenſe proſequar & ſtudio, & obſequio; & nihil mihi jucundius continget impoſterum, quam ſi mihi & ad ipſum Literas dare liceat, & ab eodem, ſi ad me dare non dedignetur, accipere. Interim ut qua mihi modo tenuitate fas eſt per mentis corporisque imbecillitatem, aliquid utriusque veſtrum benignitati perſolvam, brevem addo indiculum Quintilianæorum Operum, quorum editiones in indicibus, quos ad me miſiſti, deſiderantur. Plura adhuc mens eſſet votumque ſcribere, ſed viribus ita deſtituor, ut finem facere violente cogar. Virum ſupra laudatum ut nomine meo ſalutes oro te atque obteſtor, tibique totum me dico, atque addico. Vale. Venetiis, die 28. Auguſti 1711.

Laurentio Patarolo

GISBERTUS CUPERUS S. D.

NON dubito, quin ampliſſimus Stricherus recte curaverit Epiſtolam, quam ad te miſi quarto & vigeſimo Junii proximi die, & ſpero te propedum illi reſponſurum. Significavi tunc tibi, Vir eximie, Johann. Schultingium τὸν μακαρίτην in eo fuiſſe, ut ederet Declamationes Quintiliani; & ecce filii ad me miſerunt patris lucubrationes, quæ quales ſint accipe. Declamationes 19. collatæ ſunt cum MSS. & paſſim correctæ; in reliquarum excerpta etiam breves notæ ac conjecturæ margini adſcriptæ ſunt; ſed hæc omnia tam ſunt intricata, ut nemo, niſi cum magna patientia, inde aliquid extricare poſſit. Commentarius in partem Declamationis I. abſolutus eſt, ultimaque verba, quæ in eo

Digitized by Google

eo illustrantur, sunt, *Libravit manum*. Inde sequuntur breves notæ in omnes novemdecim Declamationes, & quarum multæ longiusculæ, & tandem index phrasium, quæ apud Quintilianum in iis occurrunt.

Nescio autem an Schultingii passuri sint, ut hi MSS. credantur dubio mari, & nunc etiam terræ; cumque propter difficultatem scripturæ & lituras plenam inde fructum capere non posses, ego do tibi considerandum an non recte sis facturus, si ad me mitteres loca difficiliora, & ego id sedulam dabo operam, ut videam an ex collationibus vel notis emendari possint, id quod tunc continuo tecum communicabo.

Sunt etiam mihi nonnulla annotata, quæ mihi admodum juveni, & cum conferrem cum Schultingio Declamationes, nata sunt; sed profecto tantum mihi temporis non est, ut ea examinem; credoque indigna esse, quæ ad te mittantur; si tamen teneris eorumdem desiderio, videbo, an id facere possim, cum profecto nullum velim tibi commodum in me claudere.

Prodiit nostro in orbe alterum volumen peregrinationum per Moscoviam, Persiam, Indiam, Cornelii de Bruyn, in quo præclaræ Persepoleos reliquiæ accurate pictæ sunt, adeo uti ex hisce cadaveribus certam conjecturam facere possimus de splendido illo Palatio & urbe, egoque illa non nisi cum horrore & dolore mutationis rerum humanarum inspicere soleo.

Itinerarium Charolini Equitis Angli etiam publicatum est tribus voluminibus; iter ejus per Mingreliam antè publicatum est; in illo autem etiam conspiciuntur ruinæ Persepoleos. Vale plurimum, & salutа verbis meis amantissimis Astorium, Bonum, & Apostolum Zenum; omnibusque vobis opto instantem annum faustum & felicem. Dav. a. d. x. Kal. Jan. 1712.

Gisberto Cupero

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Daventriam.

MIrum dictu est, Vir præstantissime, quam jucundæ mihi sint Epistolæ tuæ, quibus in dies certior fio quanta me benevolentia prosequaris. Nec leves ipsæ ad me, otiosæve perveniunt, sed uberes plane, atque utiles, quippe quæ aliquid semper ad Rem Litterariam pertinens afferant. Et jam quidem illi, quam dedisti die 24. Junii præteriti, respondi statim ac per valetudinem licuit, die nimirum 28. Augusti; non sine maxima vero admiratione mea est quod responsum ipsum ad te non pervenerit, ut indicas mihi postrema Epistola tua diei 22. Decembris. Quidnam in causa fuerit prorsus ignoro, cum Epistolas meas omnes, quas ad te mitto, Viro Cl. Francisco Striker credi curem; nisi quod fortasse quæ usque tunc temporis ad te delata non fuit tardius deferetur. Compotem nunc me facis omnium, quæ Cl. Schultingius paraverat, ut Declamationum Quintiliani Editionem adornaret. Non parum sane jacturæ est, quod opus suum, ut cœperat, fato ipse præventus absolvere non potuerit; quodque ipsa eadem jam parata adeo & scriptione & lituris, ut refers, intricata sint, ut nullum fortasse publicæ utilitati usum valeant afferre. Quod vero non modo operam tuam large spondes, ut, si quæ tibi misero loca difficiliora cum Schultingianis conferas sche-

Digitized by Google

dis, verum etiam quæ tu ipſe adnotaſti tam prone ac ſponte mihi exhibes, maximas, & ſupra quam cogitari aut exprimi poſſit, gratias ago. Utque adeo incomparabilis humanitatis tuæ munere non abutar, mittam ad te, Vir Cl. quæcumque mihi, ſeu in lectione, ſeu in explicatione Declamationum negotium aliquod faceſſunt, ut adjutorium præbeas. Gratias interim vero ago, quod editorum in Orbe veſtro Librorum compotem me facis. Et quandoquidem tam late effuſa benignitate es in me, te etiam atque etiam rogo, ut ſi quis veſtra in Urbe Botanices Profeſſor, aut amator degit, cum eodem familiaritatem, & conſuetudinem comparare mihi velis. Gaudeo admodum jucundiſſima hac Facultate, ad quam præ cæteris Duce utor celeberrimo, & vere maximo Tournefort, qui novam, eamque divinam pœne dixerim, ad germanam facilemque Plantarum cognitionem viam aperuit, & inſtruxit. Hoc unum mihi autem ſupereſt, quo jucundius cœptum jam ſtudium proſequar, ut Amicorum ope in aliis Regionibus naſcentes Plantas, & Plantarum ſemina nobis exotica ad me perveniant; & viciſſim propria noſtra eisdem tranſmittam. Si id conſequar, tibi ſummo cum ſtudio, ingentique lætitia acceptum referam. Salutant te Bonus, Zenus, & Aſtorius; omnesque ſimul fauſtiſſimum tibi precamur annum & quam longiſſimam ætatem. Vale. Venetiis, die 20. Februarii Anno 1711. M. V.

Laurentio Patarolo

GISBERTUS CUPERUS S. D.

RECepi literas quas ad me ſcripſiſti 28. Auguſti anni proximi elapſi, & 20. Februarii hujus, quem nunc tranſmittimus, id quod ut alacres & hilares facere poſſimus multa Deum veneror.

Multum tibi debeo, quod poſthabita valetudine tua, mihi respondere volueris, unde lætus perſpicio te ſingulari in me eſse benevolentia; & credo priorem epiſtolam tam diu hæſiſſe apud Strycherum, quia eas ambas ſimul accepi, id quod proculdubio Viri ampliſſimi negotiis eſt adſcribendum.

Ea, quæ commentatus ſum de Nummis Helenæ, non diſplicere tibi ſummopere gaudeo, & multum me profeciſſe video in illo ſtudio, quia habeo approbatorem virum tam inſignem, & ſolertem adeo veterum iſtarum reliquiarum enodatorem; quin & multum tibi debeo, quod grata, & accepta tibi ſint ea, quæ mecum communicavit egregius Almeloveenius, & ego ad te miſi. Significavi ipſi, quantopere eo nomine ipſi ſis obſtrictus, & tulit itidem a me, quæ annotaveras de editionibus Quintiliani. Ego non dubito, quin amplexurus ſit commercium literarum, quod ipſi offers tam amice & officioſe, & me fallo plane, aut ipſe, qua eſt humanitate, te occupabit, atque compellabit verbis amicis & eruditis.

Nunc venio ad alteras tuas Literas, quæ me novis gaudiis circumdant, quia ex illis non abſque titillatione lætitiæ intelligo, tibi pergratum illum nuncium meum fuiſſe, de conatibus Joh. Scultingii τῦ μακαρίτου, & viri profecto doctiſſimi, ſub quo me creviſſe volupe eſt recordari; quippe qui animum induxerat illuſtrare Quintiliani Declamationes tam integras,

quam

Digitized by Google

quam quarum tantum ſummaria nobis relicta ſunt. Quod ſi vis ſcire ſententiam Schultingii de locis variis, & intricatis, ego te etiam atque etiam rogo, ut mihi parcere, ut ut ſim occupatus, nolis, ſed libere transmittere velis, quæ te male habeant & crucient, ſi forte Schultingii notæ te adjuvare poſſint, & lumen Quintiliano accendere; nec ego gravabor continuo omne quidquid ejus ſit, ad te alacriter ſcribere, quia immane quantum gaudeo adeſſe eruditorum, quorum pars magna es, conatibus præclaris, & ita promovere, ſi qua in me eſt eruditio, pomœria Reipubl. Literariæ.

Profeſſor Botanices Bourhavius vivit Lugduni Batavorum, ſucceſſor datus alteri, cujus ingens fama, & qui ex Indiis arceſſitus, plantis alterius orbis hortum Lugdunenſem implevit; ego, ubi occaſio ſe obtulerit, non deſinam Bourhavio aperire deſiderium tuum, nec dubito, quin vir eruditionis & humanitatis ſpectatæ ſatisfacturus ſit nobili tuo propoſito, cui utinam ipſe opem ferre poſſem. Sed & Respubl. & Hiſtoria, vetuſque ævum animi exhilarandi & curas pellendi cauſa occupant me totum, nec mihi licet fere propterea ad alias ſcientias animum applicare, quamquam libentiſſime ruſticer, & nunc cum maxime in Villa mea ſim, quam ſatis pro regionis hujus more exorno, & delicatam reddo, ſi plantationes & ambulationes, immo & flores patrios & indigenas reſpicias.

Atque ita quidem reſpondi ſingulis capitibus epiſtolarum tuarum, & nunc bona tua cum venia tranſeo ad alia quæ tibi ſpero non fore injucunda, niſi tamen nonnulla eorumdem acceperis ope eruditarum Ephemeridum, quæ nos liberant ſæpenumero a mittendis novis literariis.

Significo tamen Herodotum Gronovii, & Diodorum Siculum eruditi Angli, cujus mihi nomen excidit, præla Batava exercere, & novam in Britannia prodiiſſe editionem Minutii Felicis adornatam a Dariſio, atque in eum auctorem mihi multas eſſe annotationes, quæ poſt eundem & Gronovium, variam lucem accendere poſſent eleganti illi auctori, niſi mihi imponit prava perſuaſio: ad hoc Joh. Schultingium edituram propediem Fragmenta veterum Jctorum, doctiſſimis notis explicata; eſt enim Jctus inſignis, & veteris Jurisprudentiæ in primis ſtudioſus, quum fere negligere magno Reipubl. Literariæ malo ſolent illi, qui ſplendidam illam ſcientiam colunt, & docent ſtudioſam juventutem.

Tournefortium inſignem naturalis hiſtoriæ Myſtam, immo *Epopteam* fuiſſe conſtat, legique multas ipſius obſervationes inſertas Ephemeridibus Eruditorum Gallorum, & ſeparatim editas, ſingulari cum voluptate, atque ex iis perſpexi eundem diligentiſſime rationem cum Muſis illis deduxiſſe, & regnum quaſi obtinere. Nemo in orbe, in quo vivo, illorum ſacrorum ſtudioſus fere eſt, ſed inveniuntur in Batavis vel Hollandis, præcipue Lugduni Batavorum, & Amſtelædami, quas ubi adiero, ego non deſinam in tales viros inquirere, & iis deſiderium tuum patefacere.

Multum debeo Viris præſtantiſſimis Bono, Zeno, & Aſtorio, & plurimum ipſis deberem, ſi diligentius Literis meis reſponderent, frequentiusque me convenirent; ſcio eos poſſe cauſari occupationem meam, & ideo fieri, ut non audeant illam interrumpere; ſed licet me totum Reip. tradere debeam, tamen reſtant horæ vacuæ, & tam valde ſtudia amo, ut quod abſque damno Reipubl. negotiis τοῖς πολιτικοῖς ſubtrahere poſſum tempus, illis dem. Dolco

Digitized by Google

vehementer Acta Literaria, quæ Venetiis componuntur, & valde laudantur, Amſtelædamum ad noſtros bibliopolas non deferri, nec libros qui de Antiquitatibus agunt, de quibus antea vel tecum, vel cum Strychero, vel cum aliis amicis Urbis veſtræ eruditis egi, quos equidem vehementiſſime legere deſidero.

Hæc cum ſcribo, ecce mihi literæ ab Almeloveenio, quarum exemplum ad te mitto, quia fieri non poteſt quin tibi placeant, & inde perſpecturus fis, quo loco apud eum ſit eruditio tua & humanitas. Dabunt illæ etiam proculdubio anſam commercio Literario inter vos, & quo minus ad te etiam ſcripſerit, credo factum eſſe valetudine, qua minus proſpera, ut vides, utitur, & quia omnia, quæ Quintiliani editiones ſpectant, videtur complexus eſſe iis, quas ad me dedit.

Smyrna ad me miſſa eſt deſcriptio rariſſimorum Nummorum, maximam partem ineditorum, quorum nonnulli continent Urbes, & res nobis adhuc ignotas. Spero me eos adepturum pictos & deſcriptos; ut iis libellos meos exornare poſſem; adduntur Inſcriptiones raritatis & eruditionis eximiæ Græcæ, niſi quod una inter illas ſit, quæ Stratoniceæ Cariæ inventa, & frontiſpicio domus cujusdam indita continet pretia edulium & aliarum rerum, cui ſimile neſcio an unquam viderit orbis eruditus; theſaurus profecto eſt, in quo me mirifice oblecto. Sed vale, & me ama. Prid. Kal. Jun. 1712. in Villa mea, prope Daventriam.

Gisberto Cupero

THEODOR. JANS. AB ALMELOVEEN S. P. D.

GAudeo multis de cauſis, Vir illuſtris: Præcipue quod adeo athletice vivas, ut Muſas colere, & ruſticari, regnumque tuum Oxenſe ambulationibus exornare poſſis: Deinde, quod mei vivas memor: Tandem, ut ſileam innumeras plures, quod me de meliore nota commendaris viro doctiſſimo Patarolo, eumque perduxeris ut ſupra meum meritum me æſtimet. Conabor ejus expectationi, qua me longe inferiorem agnoſco, ſaltem ex parte ſatisfacere, ſi quando, quæ exegerit, meaque ſunt in poteſtate, reſciverо. Nunc oro Viro præclaro meis verbis ſummas agas gratias, quod ignotas mihi hactenus nonnullas editiones Quintiliani indicarit. Vellem adjeciſſet, an quidem omnes, quas collegi, notaverat. Deinde an poſſit mihi comparare, quod admodum cupio, editiones, quas mea bibliotheca nondum capit numero, uti ſcis, bene paucas. Inſtitutionum editio Veneta A. 1512. mihi plane eſt inaudita. Verum Colonienſem A. 1555. jam indici meo adſcripſeram, ut tamen omiſſa, quæ mihi latebat, forma.

Doleo non appoſitum typographi nomen, ut eo perfectior evadat meus indiculus. Commentarios Anonymi in Quintiliani Inſtitutiones, qui veniunt nomine Hadriani Turnebi, poſſideo, editos Pariſiis in 4. apud Thomam Richardum, ex cujus præfatione ad Lectorem patere arbitror illos iſthoc anno demum eſſe editos, ita ut ab hiſce videantur, quos Clar. Patarolus citat, alii, niſi pro A. 1558. male pinxerit 1538. Sed miror hoſce a *Placcio* de Anonymis Scriptoribus non memorari. Clariſs. Fabritius in ultima Bibliothecæ Latinæ editio-

Digitized by Google

editione varias mihi non lectas recenſet editiones, quas unde hauſerit, vellem ſignificaſſet. Mihi enim quædam habentur falſæ, utpote Francofurtenſis cum notis D. Parei 1629. 8. Londinenſis 1662. in 8. quarum prior apud me refert An. 1657. poſterior, & quidem vere, An. 1691. Suppeditat alias impreſſiones *Lippenius* in Bibliotheca Reali, ſed & illas non novi. Vereor & eum fuiſſe ſæpe deceptum catalogorum vitiis. Saltem obſervavi eum Inſtitutiones & Declamationes confundere, adeo ut ejus auctoritati non ſit ſtandum.

Habes paucis, Vir maxime, quæ nunc ſuccurrunt. Ubi firmior fuerit valetudo, plura coacervabo. Peto Clar. Patarolum meis verbis quam humaniſſime ſalutes, unaque petas, ut reſpondere ſi non fuerit dedignatus, addat quasnam ipſe poſſideat, videritque propriis oculis impreſſiones. Salutant te Collegæ mei Meyerus, & Weſtenbergius. Vale. Dab. Harderovici a. d. VII. Kalend. Junias. cIↃ IↃ cc XII.

Gisberto Cupero

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Daventriam.

SI ulla unquam Epiſtolarum tuarum, Vir præſtantiſſime, lætitiæ mihi fuit, ea ſane, quæ poſtremo ad me pervenit pridie Kal. Junii ſcripta, tanta me affecit, ut difficile ſit verbis exprimere. Cujus quidem rei complures cum cauſæ ſint, nimirum & humanitas tua, qua me proſequi non ceſſas, & benignitas, qua quidquid de ſtudiis meis ad te confero, adeo favorabiliter excipis, & liberalitas, qua tum de Libris noviter prodeuntibus, tum de noviter in Aſia repertis antiquitatibus certiorem me facis; illa tamen ceteris eminet, quod exemplum Epiſtolæ tibi a Clar. Almeloveenio ſcriptæ mittere voluiſti. Novi per ipſam præſtantis atque optimi Viri ingenium, & non mediocre in me ſtudium, cui & me prorſus minorem judico, & nullo unquam tempore officiis ac laboribus paria facere detrectabo. Quapropter gratias tibi ago maximas; &, cum pro reliquis tuis in me meritis, tum quod cum tam famigerato Viro conſuetudinem mihi comparas, ſupra modum debere me tibi profiteor. Quod vero ad Epiſtolam tuam rurſus attinet, non modice admiratione ſimul, ac pudore perſtringor, quod, tot licet publicis privatisque occupatus curis, Literis meis, nullius dixerim momenti, tam prono tamen, tamque grato vacare non renuas animo, ut me quinimmo ad ſcribendum iterum atque iterum ſuavi quadam jucunditate laceſſas. Et quis utique præclara hac occaſione velit abuti, aut quis non impenſe faciat decus eximium, cum per Literas tam egregio Orbis Litterarii Myſtæ contingat accedere non modo, ſed & illinc incomparabili alacritate reſponſa ferre? Ego idcirco & ſingularem dignationem tuam recolo; & ne me impoſterum fraudare ipſa velis obteſtor.

Ruris incolatu admodum te delectari tum ex Epiſtola tua, tum ex ipſa Cl. Almeloveenii conjicio, in eoque ibi te multum eſſe, ut Villam tuam non vulgari inſtruas operum copia, & tam laudabili illa Florum, Plantarum, cæterorumque id genus pompa. Quantum ego pariter ruſticæ vitæ guſtu tenear vix auſim dicere: quod profecto palam non fecerim iis, quibus urbanus ſtrepitus, &, ut verius loquar, urbana vitia plus cordi ſunt. Tecum vero libere profa-

ri

Digitized by Google

ri non erubesco, non timeo. *O rectam sinceramque vitam, o dulce otium, honestumque, ac pene omni negotio pulchrius!* ajebat *Plin. Epist. 9. lib. 1.* Ibi totum me Musis, & libris vindico, cum in urbe id vix dimidia mei parte possim. Ibi, quod ad voluptatem attinet, Hortulum meum laeta florum fructuumque penu non impolitum assidua ipse sedulitate, nonnumquam & labore proprio, ac sudore colere solatium est, quidquid Herbarum variis in locis nascitur, quidquid remota etiam littora gignunt, sociato patria moribusque diversorum hospitio, in unum colligere. Quod uberius vero nobiliusque deliciarum est pretium, hinc naturalium rerum praecipue studiis, & cognitionibus proficiendi larga patet utilitas. Nam Insectorum Animalium observationibus immoror, quibus supra modum me affectum, & quasi raptum sentio, cum nulla in re omnipotentis Dei miracula forte magis, quam per haec minima palam fiant. Quo in studio quantum aberrarint a veritate non antiqui tantum, sed ex recentioribus etiam Philosophis plures, non levibus conjecturis, sed indubiae fidei experimentis in dies admoneor; cum singula fere circa eorumdem ortum, propagationem, ac metamorphoses aliter evenire clare pateat, ac illi crediderunt. Nec dierum multum intercedit, ex quo mirae cujusdam Cantaridis, quae liliis insidet, historiam forte non injucundam per Epistolam misi ad Virum Clar. Antonium Vallisnerium Medicinae in Patavino Archigymnasio Professorem. Sed quorsum, inquies, inanibus me nugis hisce tuis fatigas, ac deducis? Parco jam, parco; & ad alia transeo.

Gratias etiam atque etiam ago quod Bourhavio (si bene scriptum a te nomen novi), aliisque per Bataviam Botanicis commendare me destinas, & polliceris, quo nihil mihi gratius unquam continget. Quid non enim inchoata cum doctissimis Viris amicitia aliquos suo tempore fructus pariat, cum sive ipsi fortasse, sive ipsorum Amici in peregrinationibus per Italiam uti opera nostra quandoque fortasse possint? Quod itidem & ipse mihi ab iisdem omnino sperarem, si me unquam Provincias vestras invisere fata sinerent. Quod tamen & ab institutis vitae meae, & a domesticorum negotiorum meorum methodo adeo dissitum est, ut nullo modo sperare audeam unquam me consecuturum, quod tam alte tamen animo sedet, & mihi frustra identidem auguror. Quod de iterum editis, & propediem edendis libris enuncias, id lubens admodum ac laetus excipio, eo prorsus animo, ac gaudio, quo litteraria omnia mihi sunt. Gratulor vero maxime propter ea, quae Smyrna recens ad te missa sunt, novae eruditionis utique, quibus non parum Antiquitas illustrabitur. Fruere, Vir praestantissime, monumentis hisce eruditione tua dignis, quae apud te sane congruum sibi vindicant locum; ad quem enim melius, quam ad te tam eximium veteris aevi, ac reconditae Litteraturae promtum condum perveniant? Nos si quid scimus vestrum est; si quid videmus, vos illud e tenebris eruistis.

Acta Litteraria, quae Venetiis componuntur (germane & sine jactantia fateor) non inutile opus judico, si ad uberrimam Librorum in dies prodeuntium, initio facto ab ineunte hoc saeculo, spectes analysin; nec injucundum, si ad elegans dicendi genus attendas, quo scripta sunt. Miror admodum, a Bibliopola nostro Hertzio, cujus typis Acta eadem prodeunt, non transmissa fuisse hactenus exemplaria Amstelodamum saltem, aut Lugdunum Batavorum, quod sane ab ipso praestitum semper antehac credidi. Agam hercule cum eo, & addam animos, ut Libros mittat; nec dubito, quin opus, quamvis lingua conscriptum

Ita-

Digitized by Google

Italica, istic etiam tamen a pluribus legendum sit, & laudem aliquam meriturum. Ut ad te vero, Vir præstantissime, perveniant quotquot hactenus prodierunt Tomi, qui novem numero sunt, operam sollicite ego dabo, seu per Virum omni laude dignum Strikerum, seu per alium quempiam ex Batavicis Mercatoribus. Nec minus admoniturum me polliceor Amicos nostros Bonum, Zenum, & Astorium, ut diligentius, quod ipse innuis, ad te scribant; quod ab iisdem non præstari utique arbitror ex occupationum tuarum, maximorumque negotiorum reverentia. Et hæc quidem deberet mihi pariter causa communis esse; sed cum tam præclaram atque inenarrabilem comitatem ac benignitatem tuam hactenus noverim, audacior inde factus, tibi, si non frequentiores, longiores tamen Epistolas scribere non parco.

Clarissimum Almeloveenium ut scias quanti faciam, Epistolam ad ipsum dare constitui; utque noveris quantum tibi debeam, quod ipse tu mihi ansam tam præclaro cum eodem commercio dedisti, ipsam ad te mitto, precorque ut eam ad dictum Cl. Virum mittere non graveris. Vale, Vir præstantissime, ac me ama. Venetiis, Idibus Augusti A. 1712.

Heu! Antequam Epistolam hanc missam faciam, nuncium repente ad me venit, Nicolaum Bonum, meum illum, tuumque obiisse.

Janssonio ab Almeloveen

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Harderovicum.

FAvet tandem, Vir Cl. favet incomparabilis ille Gisbertus Cuperus, ut commercio Literarum tecum, mihi jam pridem exoptato, bonis avibus tandem initia præbeantur. Favet, inquam, dum qua sollicitudine, qua ingenuitate erga amicos pollet, Epistolæ tuæ ad ipsum datæ mittere voluit exemplum, ut non ex aliorum relatu, sed meis ipse oculis ex eadem Epistola benignitatis tuæ singularis erga me certior fierem. Gratias tibi igitur ago maximas quod tam humaniter de me sentire dignaris, quodque me iis laudibus ornas, quæ nullius mei meriti sunt, sed tui prorsus muneris, atque officii. Non minoris vero alacritatis ac devotionis studio te etiam atque etiam rogo, ut, si quid in me noveris, quod seu tibi, seu Amicis tuis præstare valeam, neque verbis, neque scriptis parcas, quominus vota tua jussaque ad me perferantur.

Ad Quintilianum quod spectat, cujus lectione te quoque admodum delectari docuit me idem præstantissimus Cuperus, fatebor & ipsum mihi in Declamationibus præsertim adeo placuisse, ut delitium meum easdem soleam appellare. Argumenta curiosa, stylus sublimis, character vehemens, urgens, & ad quemlibet affectum se mire componens. Docet robuste, delectat suavissime, movet vero, supra quam fieri, aut optari meo judicio possit. Cum vero Auctor idem gemina ex suis illis Argumentis, Declamationis nempe 14. & 18. in utramque partem pertractaverit, in mentem olim & mihi venit reliqua pariter eadem methodo, eodemque stylo conficere. Quo consilio meo idcirco maxime gaudebam, quod intentatum hoc aliis, quod scirem, usquedum noveram, uno Ludovico Vives excepto, qui uni tantum aut alteri ex iisdem Declamationibus talem operam, sed, ut mihi videtur, parum feliciter adhibuit.

Et

Digitized by Google

Et mihi quidem omnia aliquot jam abhinc annis parata in Operis veluti rude quoddam exemplar, meliori inde lima perpoliendum, ſed ingruentibus alio raptus negotiis, diſſitique generis ſtudiis ab Oratoriis lucubrationibus revocatus, Quintiliano pœne meisque in ejusdem Declamationes Antilogiis vale dixi. Impræſentiarum vero gravioribus paulisper ſolutus curis ad intermiſſum opus redire conſtitui; & ſi Deus ſinat, ſi vires mensque ſufficiant, abſolvere. Hæc tibi, Vir Cl. conſtare volui, non ingratam fore ſperans conſilii hujuſce mei communionem, cui ſi quid de tuo ſuppeditare unquam viſum fuerit, tunc non lubenter modo ſed & amanter te ipſam excepiſſe percipiam. Magna vero cum lætitia uberrimum illum legi Editionum ejusdem Quintiliani Operum Elenchum cura tua, & ſedulitate concinnatum; uniusque aut alterius editionis, quæ eidem non inerant, quæque a me per Amicorum meorum Bibliothecas perquiſitæ ſunt, Cuperum citatum admonui. Ex iis autem, quæ in Indice tuo continentur, pauciſſimæ, & quaſi dixerim nullæ hic reperiuntur, cum Venetiæ noſtræ, Librorum olim veterum tam dives Emporium, exhauſtum iisdem jam prope ſit, Gallis, Germanis, Belgis, Anglis, ut reliquos Italos omittam, qui in dies confluunt, Libros omnes eosdem, quotquot venales invenerint, in Patriam hinc exportantibus. Quod ſi me illarum quibus cares, & quas plus deſideras, Editionum certiorem feceris, tunc nullis laboribus parcam ut easdem diligentiſſime perquiram, & ſi quid ſuper ipſas tibi libuerit, voluntati ſtudiisque tuis ſatisfaciam. Interim cœpræ conſuetudini huic noſtræ fave, & me ama. Vale. Venetiis, Idibus Auguſti A. 1712.

P. Tournemine Soc. Jeſu

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Lutetiam Pariſiorum.

PAnegyricorum Veterum a me vulgatam olim Editionem ad te mitto, eruditiſſime Pater; quandoquidem a te ipſam optari admonet me omni laude dignus Urbis noſtræ Vir Patritius D. Chriſtinus Martinelli. Illam quidem quoquomodo accipere tibi ſatis, mihi vero non item; quinimmo illud omnino mei muneris eſſe duxi, ut & ipſam egomet exhiberem, & Epiſtolam paritet adderem. Complures ad hoc impulerunt me cauſæ; ſed hæ inter præcipuas, primum ut benignitati tuæ ſingulari, qua omnia proſequeris, gratias agerem: deinde ut quam effuſiſſimi ſtudii mei erga te, celeberrimosque Sodales tuos ſpecimen aliquod exhiberem. Quam igitur gratulari me decet libello meo, cui primum ad vos, tam optime, atque adeo inſigniter de ſcientiis omnibus meritos Viros, quaſi te auſpice, pervenire contingit! Puſillum ipſum quidem opus, & nullius in Litteraria penu momenti eſt; non dubito tamen, quin tam humano pronoque animo ipſum ſis accepturus, quam hilari ac devoto tibi defertur. Quod ſi favere quoque, ac fovere non renuas, patrocinii aut veniæ ſaltem non parum etiam apud cæteros conſecuturum me ſpero. Teſtor, nulla edendi libidine operam me primo dediſſe Orationibus iis in ſermonem patrium vertendis, cum utilitatem illam aucuparer, quam ex Librorum in alteram linguam verſione naſci Plinius innuit Epiſt. IX. Lib. VII. Factum inde eſt, ut nonnulla in ipſis volutandis adnotarem; nonnulla adnotata ab aliis expenderem, demum

Digitized by Google

demum plures etiam locos Numismatibus, quorum usu & oblectatione non parum teneor, illustrari posse conferem. Ita, quod mihi uni quodam private proficiendi studio paraveram, amicis placuit, ut publici juris facerem, quibus semel atque iterum impellentibus morem non gerere inurbanitatis esse arbitratus sum. Habes igitur paucis, eruditissime Pater, consilium hujusce operis mei, cui nihil exoptatius unquam continget, quam si tibi probetur. Nec minoris reverentiæ causa Libellum alterum meum, pluribus editum abhinc annis, ad te mittere visum fuit; cui pariter mitiorem te judicem precor, & patronum opto.

Quoad Quintiliani Declamationes, quarum Editionem quoque a me promissam idem qui supra laudatissimus Vir Nobilis certiorem me facit a te postulari, scias Editionem ipsam nondum prodiisse, cum per me nondum absolutæ sint in Declamationes singulas Antilogiæ, in quarum tantum gratiam eam molior. Expectatæ istæ meliorem limam, si quam tamen pro rei merito, atque operis decore ingenii mei tenuitas præstare poterit. Terret me opus ingens atque arduum cui perficiendo & tota Oratoria vis adhibenda est, & non tam prona Quintiliani styli, immo etiam characteris imitatio perpetuo adsumenda. Cum tamen per latum hoc æquor, & longe quidem jam a portu, vela dederim, quamvis & procellæ ingruant & tempestates, cursum hunc tamen qualemcumque absolvere mens est, si Deus animosque viresque dabit. Cohibere me vero nequeo, quin hoc loco benignitatem in me maximam referam præstantissimi Viri Gisberti Cuperi, qui, ut aliquid meis laboribus suppeditaret, nonnullis abhinc mensibus uberrimum ad me transmisit Elenchum Editionum, tam Institutionum, quam Declamationum Quintiliani, cura & sedulitate Clarissimi Theodori Janssonii comparatum; & paucis etiam abhinc diebus alterius Editionis Declamationum compotem me fecit, quam paraverat Vir eximius (ut puto, fato functus) Johannes Schultingius, cum Notis, & Indice Phrasium, quæ apud Quintilianum occurrunt. Quod si tu pariter aliquid ex ditissimo omnigenæ tuæ eruditionis ærario promere non dedigneris, quo laboranti mihi succurras, & operi adminiculum præstes, studiis meis admodum gratulabor, & læta faustaque portendam. Unum autem sollicite scire quæro, an ab alio quopiam hactenus opus hoc Antilogiarum tentatum sit, cum mihi sane non constet, nisi de Jo. Ludovico Vives, qui unam aut alteram tantum aggressus est, & quidem, ut mihi videtur, parum propitia Minerva. Quod si intentatum hoc aliis tu quoque certiorem me feceris, ut & alii præstantes Viri fecerunt, quos per Epistolas perquisivi, nam multis multa patent, tunc profecto lætabor, provinciam me hanc non post aliorum vestigia suscepisse. Interim oro te obtestorque, ut quam nuper testari benevolentiam voluisti, eadem me & prosequi deinceps ne cesses. Constabit tibi sane, nihil magis mihi cordi & curæ esse, quam cum doctissimis hominibus necessitudines, non modo comparare, quod multorum est, sed reverentia studioque maximo tueri, quod paucorum. Vale. Venetiis, die 23. Februarii An. 1721. M. V.

Digitized by Google

Gisberto Cupero

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Daventriam.

DElatæ ſunt ad me idibus Junii jam prope labentis Literæ tuæ, Vir præclariſſime, quas Maii præteriti die 12. ſcripſiſti. Doleo vehementer, iterum de morte Cl. Almeloveenii, cujus me certiorem facis, iterum inquam, nam & aliquot abhinc menſibus tanti Viri fato prorſus ingemui, cum idem mihi nunciaret illuſtris Maſſonus. Et quidem doleo pluribus de cauſis, ſed præcipue, quia quæ pulcherrima reliquit eruditionis ſuæ monumenta, in illuſtrando præſertim Quintiliano, tenebris fortaſſe mandabuntur, & quia, quod cum eodem ſuſceperam, te auſpice, commercium Epiſtolarum, in ipſo ſuo ſtatim ortu tam luctuoſe interiit. Hoc uno gaudeo, quod quas ad eumdem dederam Litteras, Vir præclar. ipſe ſerves, ut & tibi, & cunctis omnibus, qui easdem viderint ac videant, pro certo conſtet quanti hominem fecerim. Ago vero tibi gratias maximas pro iis, quæ ad me defers circa Quintiliani lectiones, quæque delaturum polliceris ex Cl. Scultingio; itemque pro ea, qua proſequeris humanitate quæcunque ad te de ſtudiis meis circa Inſecta, Plantasque communicavi. Prodiere diebus hiſce Patavii Opuſcula Antonii Vallisnerii, in Patavino Gymnaſio primi Medicinæ Profeſſoris, Viri in rebus Naturalibus tam eruditi, atque emeriti, ut neſciam plane quis illi conferri poſſit. Agit in illorum uno de Ovario nuper a ſe in vermibus humani corporis, aliisque reperto, cum ipſis Ovulis, atque Oviductibus, quo ſententiam ſuam de vermium ipſorum ex Ovo productione ac propagatione mire tuetur, & confirmat. In altero jucundiſſimam, & diſertiſſimam Muſcæ cujusdam Roſiſecæ Hiſtoriam proſequitur, eximiamque Inſectorum omnium in claſſes, & genera diviſionem attexit. In aliis alia conſimilis generis pertractat, ut de Pulicum origine, de Boum æſtro, ſive aſylo &c. omnia Tabulis æneis illuſtrata, & ad vivum repræſentata. Eodemque volumine impreſſa eſt Diſſertatio mea Epiſtolica, de peculiari quadam Cantaride Liliorum. Opera profecto quælibet hujus Auctoris mira eruditione plena ſunt; &, quod præclarius putes, genuinam, ac veram promovent Philoſophiam. Redeo ad Maſſonum, quem ſupra memoravi, & cujus tu mihi pariter mentionem facis. Multum debeo Viro nobiliſſimo, qui me inviſit, parvaque mea Bibliotheca, & aliquibus non infimæ notæ Codicibus delectatus eſt. Summa in ipſo comitas, atque humanitas; in primis vero honeſtas vitæ atque eruditio quamplurima. Librum, quem in dies ipſum daturum in lucem doces, anxie expecto; ſed & plura dabit Vir magnus, bonis Artibus vere natus; novoque illo, quem palam fecit inſtituendæ Literariæ Societatis ordine, literas, ſcientiasque mirum in modum juvabit, & fovebit. Utinam votis faveant eventus, nec deſint qui tantis conatibus ſuffragia ferant. Ego ſane quid de tam egregio Opere ſentiam, pagella apud ipſum manu mea exarata teſtatus ſum, meque ipſi totum obtuli, atque ſpopondi.

Ad Nummi tui, quem deſcribis, explicationem nihil utique invenio quod afferam, ut digne votis tuis paria faciam. Illud quidem adnotare juvat, ipſum rari admodum atque inſoliti exempli eſſe, utpote qui cum in honorem

Impe-

Digitized by Google

Imperatoris alicujus sit cujus, ut testatur Epigraphe, ejusdem non ostentet imaginem, sed ejus loco medium fere muliebre corpus, sinistra cornucopiæ, spicas dextra præseferens, ut sub ejusdem Principis Imperio annonæ ubertas innuatur. Rursum Smyrnæorum eundem esse clare patet ex ipsis verbis, sed cujus Imperatoris tempore signatus, quis ferre audeat, cum Smyrnæi Nummos percusserint ab Augusto ad Gallienum usque sub plurimis, & plerisque fere Romæ Principibus? Erat enim Smyrna, ut plane nosti, Asiæ primatu insignis, de quo cum Epheso contendebat; ideoque, non secus ac aliæ Urbes, immo plus forte quam reliquæ, & celebrari, & Imperatores suos plurimorum Nummorum percussione celebrare satagebat. Typum similem circiter in eorumdem Smyrnæorum Numismo, sub Caligula signato, videre est apud *Vaillantium*, *Numism. Imper.* &c. *a Popul. Græce loquent. percus.* Rarus etiam ipsius Epigraphes modus, & ordo est; & inter Græcos pauci adeo reperiuntur; ut mihi certe nullum adhuc videre contigerit, quam unum Juliæ Augusti, in quo circum capita Juliæ ipsius & Augusti jugata legitur ΣMIRNAIOI ΣEBACTIΣ, quem Nummum pariter referunt mox laudatus *Vaillant* inter Nummos Augusti, inter Nummos autem Juliæ *Patinus*. Adversæ partis literæ illæ ΕΠΙ dubio procul Nummum sub Magistratu quopiam percussum indicant. Quinam vero Magistratus ille fuerit merito dubitare licet, neque ex ipsis, quæ sequuntur literis, quas tu, Vir Cl. legis AMECI, resciri posse jam ipse vides. Ipsis enim non Magistratum ipsum, sed ejus nomen, qui Magistratu illo potiebatur, indicari, credo, constat; cum per ipsas nullum Magistratus nomen incipiat, quamquam revera neque ullum omnino inter tot Numismatibus obsignata nomina, iis unquam literis adverterim inchoatum. Cætera a Smyrnæis cusos Nummos, non Prætorum modo, sed & Proconsulum, & Asiarcharum, & Sophistarum nominibus nemo non novit; adeo ut difficillimum prorsus divinatu sit, tum sub quo Imperatore, tum sub quo Magistratu tuus ille percussus fuerit. Cujus quidem rei in causa est ipsa Nummi labes, & exæs tum typi, tum characteres, solito veterum, ut semper fere observavi, monimentorum fato, quorum quæ præstantiora sunt nonnisi corrosa, ac depravata ad nos perveniunt; contra vero ex vulgaribus innumerabilia pene extent integerrima, & elegantissimæ conservationis. Magno hinc mihi dolori est, Vir Cl. nihil prorsus super tuum istud Numisma profari posse, ut tu jubes, & expectas; sed cum simile neque apud Auctores, neque in aliquibus Cimeliis, quos lustravi hactenus, invenire contigerit, ignoscas, ut spero, & postulo. Si fors, & qua iterum utar diligentia meliora dabit, ad te deferre non prætermittam. Vale interim, & tuam amma. Venetiis, die 28. Junii 1713.

Jo. Jacobo Scheuchzero Med. & Math. Prof.

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Tigurum.

ACcepi postridie Kal. Decembris Epistolam tuam, V. C. quam dedisti die sexta Octobris. Ago tibi gratias, quod tam dignanter sentias de Libello illo meo, quo vix aliud, quam Augustorum, Augustarumque &c. seriem, ac

Digitized by Google

nomen attexui, ut in Germanæ Nationis gratiam velis ipsum in vernaculam linguam vestram transferre. Nunquam hercle tenuissimo illi labori meo sic indulgere poteram, ut summum hoc decoris ipsi sperarem. Illud tamen non ex operis merito venit, sed ex maxima tua, tuorumque benignitate, quam & animo obsequentissimo, & memoria colam sempiterna. Dolet vero, quod tam præclaræ humanitati paria facere non possim; nec quidquam habeo, quod addendum, ut postulas, ad te transmittam, præter pauculæ, quæ forte post Libellum ipsum editum adnotata mihi sunt. Forte, inquam; nam exinde ad Libellum ipsum, quem coacta quadam properatione publici juris feci, non ultra respexi. Accipe pauçula hæc igitur, & minima; ac majorum loco ingenuam confessionem meam suscipias etiam atque etiam rogo.

Cæterum V. Cl. neque tu mihi, ut forte credis, ignotus es; neque opus habeo, ut ad notos egregios Viros, quos mihi memoras, confugiam, ut de te certior fiam. Maximo loco est apud me nominis tui fama, & quidem pluribus abhinc annis. Primo sane cum doctissimo Viro Bourghetto, quocum diu nostra hac in Urbe commoranti Botanices, rerumque Naturalium, Diluvianarum præcipue, communia agebamus studia, de te sæpe ac sæpius mentionem fecimus. Deinde Fratris tui optimum Opus illud, quod Agrostographiæ Helveticæ Prodromus inscribitur, quodque statim ac impressum fuit, ad me, utpote hujuscemodi studiis, non ex professione quidem, sed ex delectatione non parum addicto, allatum est, maxima voluptate perlegi, nec minori sum admiratione prosecutus. Nuperrime tandem apud humanissimum Zannichellium nostrum Museum tuum Diluvianum non vidi modo, sed & totum percurrere jucundissimi negotii loco mihi fuisse profiteor. En quantis, quotque nominibus te colam.

Quoniam vero, prout & disertum te, & eruditum, ac sapientem scio, ita & mitem, humanumque, ac benignum non diffiteor, quæso, ut necessitudinem tecum mihi intercedere ne graveris. Habebis in me, si non ingenio, viribusque præstantem, ingenuum saltem & gratum, nec animi levioris amicum. Si quid a me tibi præstari posse deinceps putes, ex iis præsertim, quæ ad Botanicem, naturalemque Historiam illustrandam nostra hæc Italiæ pars dare potest, opera mea uti velis enixe postulo. Utque devotionis erga te meæ specimen aliquod statim exhibeam, mittere ad te volui semina nonnulla elegantissimæ cujusdam speciei Balsaminæ Persici foliæ, quam duobus abhinc annis ex Asia ad nos translatam, non modo tamquam novissimæ, sed tamquam præclaræ Plantæ loco Venetiis colere nostri cœperunt. Ea floribus, & plenis, & simplicibus, & albis, & purpureis, & diversimode variegatis, utrisque ex jam dictis in eadem Planta sic instruitur, ut nihil pulchrius, aut delectabilius per universam Simplicium familiam occurrat. Accipe lubens munusculum hoc, & amare me perge. Vale. Venetiis, die decima Decembris, Anno 1717.

Ei-

Digitized by Google

Eidem

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Tigurum.

QUod tardius, quam decuerat, Epiſtolam tuam, die 22. Decembris a te datam, olim mihi acceptam fuiſſe compotem te reddam, veniam poſtulo V. P. Ut non ſtatim ad ſcribendum me converterim in cauſa fuere tum adverſa mihi dierum aliquot valetudo, tum gravioris negotii nonnihil, quod me ad alia prorſus vocavit, & coegit. Hiſce tandem ſolutus Epiſtolam molior, qua plura tibi, ut debeo, conabor exſolvere. Et primo quidem gratias maximas ago pro ſumma benignitate tua ac liberalibus verbis quibus me meaque proſequeris. Nec mihi ſane, nec opuſculis meis quidquam ineſſe meritorum pro certo ſcio, proindeque incomparabilis mihi honoris loco eſſe judico quod Seriei meæ Auguſtorum, &c deſtinas, ejusdem in linguam veſtram vernaculam translatione. Secundo vero plurimum tibi me debere proteſtor, quod ipſe mihi ſufficis animos, ut a te poſtulem vel Helveticarum Plantarum ſpecies, vel Diluvianas opes, vel ſcripta ex tuis. Quam vellem tecum ſingula hæc perluſtrare, &, ut ita dicam, devorare! Cæterum ſi mihi optio detur ſine audaciæ nota poſtulandi, quandoquidem, V. P. faves, & indulges, jucundiſſimum mihi futurum profari audeo aliquod Diluvianarum rerum fragmentum, ex cornuum Ammonis præcipue genere, quorum uberrima copia Muſeum tuum pœne luxuriari ex ejusdem Muſei a te edita deſcriptione deprehendo. Tertio tandem & gratias interim ago, & ſummum pereeptum mihi gaudium nuncio ex ſtudiorum tuorum operumque, quibus inſudas, idea, quam humanitatis tuæ maximæ largitate præbere voluiſti. Laudo omnia, Hiſtoriam Naturalem Helveticam, & Plantarum Hiſtoriam Helveticam pariter, opus immenſum; Scriptorum Botanicorum cum reliquis Catalogum novum ſane, & perneceſſarium; Lexica tandem, mineralium unum, Diluvianorum alterum, optima opera, & quæ mihi præ cæteris utique cariora, & jucundiora futura. Utinam tam cito labores tui ad optatum exitum perducantur, quam bonarum artium ſtudioſis omnibus deſiderio eſſe debet! Ego vero quid habeam, quo tantæ largitati tuæ paria faciam? Ut aliquam etiam ſtudiorum meorum rationem tecum ineam, totus ſum impræſentiarum caſtigandæ meæ Panegyricarum Orationum Veterum Oratorum in Italicam Linguam translationi, quam olim Anno 1708. edidi, cum Adnotationibus etiam, ac Numismatibus; cum enim ejusdem Operis exemplaria omnia jam divendita fuerint, Bibliopola ſecundam meditatur Editionem, ideoque enixe a me petit, ut ſi quidpiam illuſtrandæ alteri huic Editioni conferre valeo, ne renuam. Ideo & translationem caſtigo; & non pauças notas addo. In promptu etiam mihi eſt Carmen epicum, mille ac ducentis circiter Hexametris conſtans, quo univerſam Bombycum Hiſtoriam canere olim me neſcio quæ libido cepit, quod prius & a Marco Hieronymo Vida præſtitum jam te non latebit. Carmen ipſum 150. circiter adnotationibus illuſtrabitur, quibus plura ad Naturalem Inſectorum præcipue adornandam Hiſtoriam exhibere pro viribus conabor. Et hoc fortaſſe hoc ipſo anno incipiente publici juris prælo fiet. Pudet autem, V. P. harum, quas pœne

Digitized by Google

ne dixerim nugas, compotem te facere; sed ad majora tenuitas nostra non sufficit. Tu hisce, quæcumque fuerint, veniam dabis. Doleo vero, quod in observantiæ meæ signum nihil ad te mittere valeo; nec mihi modo præsto sunt Exotica Semina, quibus votis tuis paria faciam. Paucula tantummodo Ranunculorum semina, ex Asia nuper ad me delata, quæ floribus varii coloris, partim plenis, semiplenis partim esse dicuntur, ad te dare audeo. Accipe levia hæc pro majoribus, & gravioribus, quæ tibi debeo; quæque, quoties suppetant, ad te mittere non omittam. Vale & me ama. Venetiis, die 17. Februarii An. 1717. M. V.

Eidem

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Tigurum.

GRatias ago tibi maximas, Vir præstantissime, quod ad me destinas mittere, ut scribis Epistola tua diei undecimæ Martii, *primi Orbis nonnullas reliquias, & has inter Cornua Ammonis ex curiosioribus*. Quam grata hæc mihi, quam jucunda futura sint noveris ipse, qui scias quantum harumce rerum possessio, & frequentes acquisitiones delectent. Interim, dum illa occasionem, qua ad me deferantur, expectant, gaudebo maxime, tum expectatione ipsa, tum memoria tui, quocum necessitudinem inire, tum honoris, tum utilitatis etiam summæ loco est. Quoad Meteorum, Lumen Boreale dictum, nihil habeo, quod ex meo ad te proferam, cum nihil mihi observandum contigerit, Astronomica facultate nihil prorsus instructo; adeoque hujuscemodi observationibus nihil addicto. Quæcumque tamen super Phænomenon ipsum ad me scribere voluisti, ea ad Virum Cl. meique amantissimum contuli Jo. Poleni, in Patavino Gymnasio Astronomiæ Professorem, qui responsum dedit, se quoque tunc fere temporis, post binas circiter ab occasu Solis horas, observasse in Australi Cœli plaga nubem quamdam, Horizonti parallelam; pallide lucidam; quasdam sectiones, seu divisiones parallelas pariter præferentem; densam adeo, ut per ipsam opposita Astra non apparerent; ellipticæ figuræ; sitam inter anteriora Leonis crura, & Caniculam; quindecim graduum spatio in longum, septem vero circiter cum dimidio in latum protensam, sed nubibus repente supervenientibus, eamque alte obtegentibus, ipsam sibi ex oculis ereptam, nec ulteriores super ipsa observationes sibi facere licuisse. Data occasione eximii nominis tui, etiam atque etiam jussit Vir Cl. ut ipsius nomine te, Fratremque tuum, quos honoris causa ipse nominat, salutem; quod quidem suprema Epistola præsto; nec verbis ultra, scriptove indulgeo, utpote plurimis abhinc diebus infirmæ prorsus valetudinis, a qua Deus me mihi, meisque omnino ineptum vindicet. Vale, & me amare perge. Venetiis, die secunda Maii, A. 1718.

Ei-

Digitized by Google

Eidem

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Tigurum.

ACcepi, V. P. elapsa hebdomada ab humanissimo Simoni Epistolam tuam, & quæ simul misisti dona plurima, eaque magni momenti. Primo quidem Diluviana multa, quæ mihi perquam cara, Cornua Ammonis præsertim. Secundo Musæum tuum Diluvianum typis editum, aliosque consimilis generis libros, qui mihi deinceps præstantissimi præceptoris loco in Naturalium Rerum studio futuri sint. Tandem studiorum tuorum, Operumque, pene dixerim infinitorum, exactam delineationem, quæ & incitamento Eruditis hominibus ad singularum bonarum Artium studia suscipienda, & luculentissimo esse possint testimonio, quantum cum universa Scientiarum Literarumque republica meriti tibi sit, qui nondum quinquagenarius tam multa, & tam magna peregeris. Pro hisce omnibus maximas ago tibi gratias; relaturus etiam, si facultas daretur. Sed quid præstare tibi valeat tenuitas mea? Hæc tamen enixe te precatur, ut si quid præstare me unquam tibi posse putes, confidenter jubere velis. Operum tuorum Catalogum ostendam, prout imperas mihi, Zannichellio nostro, & Patavium mittam ad Virum Cl. Vallisnerium, & ad quempiam alium consimilis Literaturæ virum. Quod ad Musæum tuum spectat, quod esse venale nuncias, utinam ipsum dignum tanta supellectile locum apud quempiam alium inveniat. In nostra Urbe nullus sane reperitur præter laudatum Zannichellium, qui, aut Naturalium Rerum studio oblectetur, aut pecuniæ multum in harumce rerum emptionem velit impendere; ipse autem Zannichellius adeo tum Diluvianis, tum cæteris omnibus ad Naturalem Historiam spectantibus instructus est, ut potius, credo, suorum partem vendere, quam ab aliis emere in animo habeat. Cæteri omnes nostri rei familiari admodum prospiciunt; & nummi aut asservantur in scriniis, aut præsentium temporum discriminibus, & calamitatibus reservantur. Panegyricarum Veterum Orationum altera mea Editio prodibit fortasse hoc anno: Bombycem autem nondum scio quando sim editurus; interim eidem limam admoveo. Tu vale, V. P. bono publico, & me amare perge. Venetiis, die octava Junii A. 1718.

Eidem

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Tigurum.

MAxima affecit me lætitia Epistola tua, V. Clarissime; primo quidem quod mei memoriam apud te extare hinc certius conjicio, secundo quod refers jucundissimam fuisse tibi Balsaminam meam Orientalem, cujus olim semina ad te misi. Mirum hercle quanta, quamque eleganti colorum in iisdem floribus varietate Planta hæc exultet, ac ludat. At quod communius est optimarum rerum fatum, parum feliciter & diuturne apud nos viget; difficillime enim semina ex eadem colliguntur, seu ex apti caloris nostris hisce in regio-

Digitized by Google

regionibus defectu, seu quod ex nimia humiditate propter frequentiorem irrigationem, qua opus alioquin est, solent sæpius ipsa marcescere. Nec aliter Autumno proxime lapso contigit, quo apud me omnes, apud Amicos autem Botanophilos cunctæ fere hujusce Balsaminæ plantæ perierunt. Paucula tamen, velut ostiatim, emendicatus sum hinc illinc semina, ut desiderio tuo, atque expectationi paria faciam; quo quidem non mediocriter mihi gratulor, gratias tibi quoque maximas agens, quòd me jussuum tuorum thuère non fraudare voluisti. Utinam & alia, aut habere me credam, aut tui nominatim a me exigas, quæ tibi placere possint: nam quidquid ego seligam incerti prorsus judicii sit. Plura enim meliora fortasse putem, quæ istic non item sint; plura contra melioris notæ, quæ pro nullis istic habeantur. Ne tamen Balsaminam solam mittam, addere placuit recentissima semina Misnosæ Patavinæ, si forte ea apud te non extet.

Nec ingratum erit, puto, si te compotem faciam magni Phænomeni, quod vigesima secunda præteriti Februarii die, circa secundam post Solis occasum horam intueri nobis contigit. Globus nempe ignitus, seu verius massa quædam ignita oblongioris figuræ apparuit repente in aere, & recta pergere visa est a Noto in Caurum, celeri motu, & qualem fere in Stellis cadentibus observamus. Erat massa hæc molis eximiæ, & pro nostro capiendi modo corpore Lunari triplo major; maximi quoque splendoris, ut qui Lunarem sane longe anteiret, &, ut quibusdam observantibus visum est, etiam scintillantis. Brevi tempore iter suum, seu volatum dixerim, absolvit, intra Orationis Dominicæ spatium fere; ast pone se igneas scintillas diffundere, & relinquere visa est, quæ confectum ab eadem iter luce quadam signabant, diuturnioris quidem durationis. Phænomenon hoc non in admodum sublimi Aeris sede efformatum hic primum communiter creditum; at cum ex Istria, quæ plusquam centum hinc milliaribus distat, datis epistolis, ibidem loci quoque idem tum sub eadem hora, eademque directione, tum iisdem omnino circumstantiis observatum constet, sublimioris ideo regionis ipsum fuisse licet conjectare. Si quid forte & istic visum fuerit, quod tamen non crediderim, ut nuncies rogo. Vale, Vir. Clar. ac me ama, qui tuus sum. Venetiis, die prima Martii Anno 1719.

Eidem

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Tigurum.

ITA me Deus servet, ut jucunda & supra, quam dici possit dulcissima fuit mihi Epistola tua, Scheuchzere præstantissime. Dolet autem, quod die vigesima mensis Maii a te data pervenerit ad me die nona tantum Septembris currentis. Utcunque sit autem de tam tristi mora, jacturam non levem temporis pensant, quæ ipsa secum affert & confert munera tua; munera, inquam, non modo, sed benevolentiæ addictique animi luculentissima testimonia. Primum quidem egregium opus insignis Viri Woodwardi, a te latino idiomate donatum, in quo speciatim quæ de Variolis aguntur, non vulgare novumque sane præbeat medicæ facultati incrementum & subsidium. Hoc

me

Digitized by Google

me dignum quanam benignitate judicasti? Quapropter quas omnes valeo, gratias ago; ut autem debito pares & reddere quandoque possim quantum opto! Sequuntur Operum tuorum pulcherrima argumenta, Theatrum Fossilium &c. Theatrum Reliquiarum Diluvii, &c. cum reliquis iis, de quibus Lectorem admones. Bone Deus! Unius hominis non est tot conscribendis Operibus sufficere. *Ad labores* te dicis *nescio quo fato natum:* Ad tot vero tantosque quibus te viribus, quam pernici, quam infatigabili mente ditarunt Numina? Tibi uni profecto debebunt quantum reliquis, pene dixerim, omnibus Naturalis Historiæ Scriptoribus, qui amœnissimis hisce studiis diligentiorem operam impendunt. At vero quid satis dicam, quod in Historia tua Helvetica, ut scribis, Imperatorum vitas inferere velis, quales extant in tenui Libello meo? Inde mihi quantum gloriæ, quantum decoris accedet! Super hoc autem, quando quidem ita fert occasio, & debiti mei fideique ratio postulat, ut longius te alloquar decet. Duobus circiter abhinc annis scripsisti ad me, V. Cl. ut, cum *Seriem* illam meam in Germanicum transferre sermonem meditaveris, si quid ad manus forte haberem, quod addi posset, ad te transmitterem. Morem tunc me quidem gessisse memini, sed tam paucis, immo tam nullis (nihil enim utique post Libri editionem ad ipsam pertinens uberius adnotaveram) ut ea ipsa ad te misisse non parum puduerit. Fuit autem ipsiusmet tanta pudoris vis, ut consulto postea Seriem illam meam emendandam, augendam, & omnino recensendam decreverim. Distulere autem multo partim negotia, partim adversa valetudo, partim alia etiam studia consilium; donec hoc ipso anno, nonnihil otii præter morem nactus, quod antea præstare animo sederat, ad opus etiam redegi; & bona fide testor, intra hunc ipsum mensem ad exitum perducam. Nonnulla igitur Prolegomenis addidi; Augustas aliquot, Tyrannos autem plurimos, omissos olim, suis locis adjeci. Quicquid a Viris doctis Rei Nummariæ studiosis noviter super aliquibus in Imperatorum Serie contentis scriptum novi, excerpsi, & de singulis Lectorem admonui; omnia porro recensui. In Calce denique, cum Opusculum illud meum Rei Nummariæ Candidatorum manibus admodum teri animadverterim, quædam etiam de Numismatibus proferre libuit, ut sciant ipsi, generatim saltem, quæ rara sint, quæ rariora, quæ contra obvia, & frequentia. Additamenta hæc qualiacumque grata iis utique futura spero, quibus mea Series & antea non displicuit; si quantumque ex me erit, ut brevi prodeat altera Editio, omnem operam dabo. Horum omnium compotem te facere volui, Vir præstantissime, meique amantissime, ut noveris quid mihi institutum modo sit; insuperque scias, te sane quodammodo in causa esse, si Libellus ille meus jucundius excipietur. Interim vero, ut liberalitati tuæ aliquales referam grates, ad te mitto Editionem alteram Panegyricarum Orationum Veterum, quas olim in Italicam Linguam transtuleram, & Notis illustraveram, non parum emendatam & auctam. Tu quo in me optimo es animo, munusculum excipe, & tuum semper ama. Venetiis, Idibus Septembris 1720.

Digitized by Google

Laurentio Patarol

CHRISTIANUS GOTTLIB. SCHWARZIUS,
Professor Publ. Altorfinus S. P. D.

QUemadmodum quosvis viros eruditos, qui vindicant bonarum artium honorem, & de ornanda re sacra bene merentur, majorem in modum colo, & vel eminus veneror; ita, postquam mihi dudum contigit evolvere egregium librum tuum de Serie Augustorum Augustarumque, itemque Panegyricas orationes veterum Oratorum eximiis notis tuis & luculenta interpretatione Italica illustratas; non potui non singularem industriam tuam exquisitamque eruditionem admirari. Eo igitur confidentius nunc ad te, Vir amplissime, scribo, operam tuam ea, qua decet, modestia mihi expetiturus. Instituti vero mei summa hæc est: Quincti Ciceronis commentariolum de Petitione consulatus, meis aliorumque notis illustratum, proxime edituros sum. Est illud quidem opusculum perexiguum, quod plerumque Marci Ciceronis libris Philosophicis, & aliquando Oratoriis, adjungitur, nec raro propter exiguitatem suam in Catalogis Bibliothecarum præteritur: interim ille ipse libellus nonnullas difficultates habet reliquas, in quibus explicandis ingenium exerceri posse videatur. Existimo autem, pulchrum huic, quam paro, editioni ornamentum conciliatum iri, si commentariolum illud cum pluribus adhuc codicibus manu exaratis conferre, virorumque eruditorum notas forte latentes hinc & illinc in lucem protrahere mihi licuerit. Quemadmodum igitur jam Galli quidam atque Belgæ ea in re utilem mihi operam præstiterunt; ita etiam ex Italia, unde omnis eruditionis apparatus primum ad nos dimanavit, optima quæque mihi polliceor. Atque adeo nunc te rogo atque oro, Vir eruditissime, ut, sive in publicis, sive in privatis Bibliothecis vestris (cujusmodi egregiis doctrinæ præsidiis vos abundatis) habeantur Quincti Ciceronis Codices manu scripti, aut impressi quidem, sed manu eruditorum, & notis nec dum evulgatis illustrati; eos meo sumptu, per hominem harum rerum peritum cum meo exemplari conferri, &, si qua varie legantur, aut annotata reperiantur, ea accurate describi, & locum, ubi tales libri extent, & a quibus possideantur, annotari jubeas. Credo autem, Michaelem Henricum Hollandum, virum honestum, aurarium vestrum & gemmarum negotiatorem, qui has tibi reddet literas, omnia ad me recte curaturum esse. Ego autem, si voti mei compos factus fuero, non solum impensas omnes, quæ hanc in rem facienda erunt, per hunc Hollandum tubens meritoque præstabo; sed & hanc eximiam benevolentiam tuam, novumque in rem literariam meritum, quanto fieri potest studio, publice prædicabo. Vale. Dab. Altorfii Norimbergensium, Nonis Julii, A. R. S. cIc Ia cc. xx.

Exigua quædam σχεδιάσματα mea, quæ his literis adjeci, æqui bonique consules.

Chri-

Digitized by Google

Christiano Gottlib. Schwarzio Prof. Publ. Altorfino.

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Altorfium Norimbergenſium.

PUdet, Vir Clar. Epiſtolæ tuæ, Nonis uſque Julii datæ, poſt ipſas Decembris Idus reſponſa dare. Quod autem præſtem hoc tam ſero, nihil mihi culpæ eſſe, ut credere ne renuas enixe peto; eam ſiquidem nonniſi paucis abhinc diebus ad me delatam fuiſſe jurejurando proteſtor. Sed nec illum redarguas velim, cui demandata eadem fuit, ut ad me traderetur; cum etenim ab Urbe noſtra nonnullis menſibus longius fuerim, iſtud omnino in cauſa fuit, ut ipſa Epiſtola tardius ad me Venetiis tandem reſtituto perveniret. Sed quid de humanitate tua, bonaque fide ſuper me, ſuperque Virum optimum Hollandum dubitem? Ad rem quinimmo properemus. Maximas ago tibi, Vir Cl. gratias, quod tam liberaliter de me, meisque levibus opuſculis ſentias. Quidnam enim mereri unquam de te potuere leviſſima illa Auguſtorum ſeries, aut pauculæ in Panegyricos Notæ, quas Italicæ interpretationi, in iis edendis, addere viſum fuit? Quidquid in iis laudis unquam eſſe poteſt, id ſane totum humanitatis tuæ ſit, & eorum, quibus ipſas non diſplicuiſſe hactenus quidem ſenſi. Quæ utique Lectorum maxima in me benevolentia ad illud me impulit, ut & anno proxime præterito alteram Panegyricorum editionem nonnihil caſtigatam & auctam procurarim; & proxime ſecuturo novam pariter Seriei Auguſtorum ſim daturus. Quid autem in ipſa proditurum de novo ſit, paucis benignus accipe. Primo in ipſis Prolegomenis, præter nonnulla variis in locis addita, ſpeciale caput adjeci de nominibus Pontificis Maximi, Tribunitiæ Poteſtatis, Patris Patriæ, Principis Juventutis, aliisque, quæ in Nummis occurrunt. Secundo, plura ſuffeci, Tyrannorum præſertim nomina, antiquis temporibus debita, in priori editione omiſſa, quotidiana vero lectione inde ex Hiſtoricis eruta; ipſamque Auguſtorum Seriem ad Carolum VI. regnantem perduxi. Tertio, ex pluribus Diſſertationibus, quæ recentius a Viris doctis, ad Hiſtoriæ veritatem Nummorum ope illuſtrandam ſcripta ſunt, ea depromere placuit, quæ rei Nummariæ ſtudioſis ſcitu neceſſaria judicavi. Quarto tandem, quoniam Libellum ipſum meum Numismatophilis tyronibus valde expetitum novi, non injucundum ipſis futurum duxi de Numismatibus ipſis aliquid in calce operis dicere, ut generatim ſaltem norint ipſi, quænam apud Antiquarios magno pretio ſint, quænam mediocri, quænam contra modico aut nullo cenſeantur. Sed de me ac meis hactenus; & longius utique quam decebat.

Nunc, Vir clar. ac præſtantiſs. venio ad tua. Q. Cic. Libellum de Petitione Conſulatus, tuis, aliorumque Notis illuſtratum, proxime edere tibi conſilium eſſe nuncias. Gaudeo & ſummopere quidem: non levis enim momenti operam huic etiam operi impendes. Libellus hic, mole quamvis exiguus, non modo *lectione haud indignus, nec injucundus*, ut *Cl. Fabricio* dictum, *Biblioth. Lat. lib. 1. cap. 8.* ſed & lectione perquam dignus, & jucundiſſimus, & vitæ civili aptiſſimus eſt; futurumque gratiſſimum Literatis Viris certo ſcio, ſi a te recenſitus majori Literarum bono iterum prodeat. Cum a me vero poſtulaveris, ut exemplar tuum, quod ad me miſiſti, cum optimo aliquo Codice,

Digitized by Google

seu impresso, seu MS. ex iis, qui in Urbe nostra forte extent, diligenter conferrem, statim, ut par erat, tibi ut inservirem omnem operam dedi. Primum itaque exemplar ipsum cum Aldina editione, An. 1523. quæ apud me extat, non obvia sane, tota solicitudine contuli, omnesque variantes locos in exemplaris ejusdem tui margine exscripsi, appositoque asterisco *, & superpositis literis *Ald.* quo scias, in supradicta editione Aldina sic legi. Deinde vero publicam D. Marci Bibliothecam inviſi, eam nempe quæ plurimis MSS. Codicibus, olim ex celeberrimi Cardinalis Bessarionis testamento Senatui Veneto legatis, admodum referta ac dives est. Ibi sane & Cic. Opusculum de Petitione Consulatus inveni, in parvo quodam volumine, in quo nonnulla alia extant Ciceronis Opuscula, manu eleganti ac diligenti exaratum, fertque titulum, qualem in exemplari tuo descripsi. Et ipsum ergo pari solicitudine ac diligentia perlegi; variasque lectiones omnes, in quas offendi, e regione pariter in exemplar tuum transtuli, appositio signo $\frac{|||}{|||}$, & superposita nota C. D. M. quæ Codicem Divi Marci significat. Comperies, Vir Clar. Codicis hujusce textum cum Aldino haud parum convenire. Codex autem ipse, si bene judico, sub finem sæculi XIV. scriptus videtur. Præter modo dictum D. Marci Codicem, nullum alium hisce in Bibliothecis reperire mihi datum: adeo siquidem optimis Librorum veterum exemplaribus pluribus abhinc annis Urbs nostra exspoliari cœpit, ut nonnisi cum dolore maximo id recogitem. Quotquot enim tum MSS. Libris, tum impressis membranaceis præsertim a Nicolao Jenson, seu Petro de Maximis olim editis, præter Aldinos omnes, Venetiæ nostræ ad famam maximam divitiasque ingentes abundabant, ii omnes fere a Gallis, Belgis, Anglis, Germanis huc advenientibus magno pretio empti, & ad singulorum patriam translati sunt. Quod equidem quanto apud nos bonæ eruditionis damno sit, quantoque etiam pudori esse debeat, nemo non novit. At sic in fatis fuit, ut quæ Majores nostri sapientissimi ac solertissimi summo studio, nec minori pretio collegerunt, id & negligerent ignavi nepotes, & distrahi paterentur.

Sed jam, Vir Clar. plusquam Epistola mihi fluxit; & tamen nondum omne officium meum tecum persolvi. Restat enim, ut maximas tibi gratias agam de donis tuis, quæ ad me misisti, eruditissimis nempe, atque elegantissimis Dissertationibus, quibus Antiquariam doctrinam maxime illustras; nec non & carminibus, quibus in omni eloquentiæ genere admodum te pollere luculentissime doces. Summa cum jucunditate legi singula; nec minori cum proventu inde curiositati meæ satisfactum. Non prætermittam nomine ac judicio tuo novæ meæ Editioni Seriei Augustorum fidem comparare; cum enim de Salonina & Pipara agam, de Dissertatione tua debitam mentionem faciam. Supereſt adhuc, Vir Cl. ut a te enixe petam, ut memor mei esse velis; & si mea iterum opera ut utaris res postulet, id ne facere dedigneris. Illa, qualiscumque sit, tota tua erit; & si fortasse in me virium plurimum, fidei profecto gratique animi nihil unquam desiderabis. Vale. Venetiis, postridie Idus Dec. 1720.

Alteram Panegyricorum Veterum editionem, de qua jam supra, ad te mittere consilium me cœpit, arbitratus forte, ad te olim nonnisi primam perveniſſe. Accipe humanus, & vale iterum, semperque.

Ja.

Digitized by Google

Jo. Jacobo Scheuchzero

LAURENTIUS PATAROL S. P.

Tigurum.

ITA sane *temporis satis satisque patientiæ* interceſſerit. A ſcribendi munere non mediocri temporis intervallo receſſimus; at non ex officii quidem ac neceſſitudinis defectu, nam hæc ſingula in me ſemper firma, & nunc eadem pariter ac olim fuerunt (nec aliter de te ſuſpicor) ſed quod ad ſcribendum materia & occaſio non eſt ſuffecta. Maximo igitur gaudio ab Epiſtola tua ſum affectus, uno tantum pudibundus quod officium meum antevenit humanitas tua. Doles quod Balſaminæ noſtræ orientalis ſemina apud vos aut non matureſcant, aut nonniſi ea fiant, de quibus ſimplices tantum atque unicolores flores prodeant. De hoc pariter & nos hic ſinguli conquerimur; nam licet ſemina nobis optime matureſcant, duplices tamen illosque tam mira elegantia variegatos flores reſpicere non ultra datur. Aſt hoc jam exoticarum plurium plantarum fatum eſſe probe noſcis. Quid ergo? Non tibi largiri dabitur quæ a me petis? Vehementer dubito: omnem tamen ſedulo navandam mihi operam polliceor, ut apud amicos quæritem, ſi qui tamen fuerint, apud quos ſpecies illa vigeat adhuc. Si qua compererim, tibi me illa transmiſſurum certus eſto.

Quod de Opere Clar. Rizzetti ſcribis, ſcilicet *de Optica Newtoni & humore Chryſtallino*, nec Opus illud editum ſcias velim, neque impræſentiarum edendum. Quod prælo ſubeſt laudati Viri Opuſculum, *de Scientia Ludorum*, ni fallor, inſcriptum eſt. Si hoc ſtatim ac impreſſum fuerit, ut ad te mittam aves, fac ut ad me iterum ſcribas, & certiorem me facias; confeſtim namque Libellum ad D. Orellios, ut docuiſti, Bergomum transmittam. Ad illos quoque Epiſtolas dirigam deinceps meas, tuque tuas dirigere quoque poteris. Sic certius brevius que mutuo ad nos ipſæ pervenient; qua comparata facilitate ſummopere lætor. Nec minus accedit mihi lætitiæ quod filius tuus Bergomi apud illos degens Italiæ noſtræ immo etiam Venetæ ditionis hoſpes ſit. Utinam per locorum diſtantiam daretur, ut ſtudii mei maximi ſignum aliquod erga ipſum præſtare poſſem; quod ſane, ſi fors ulla tulerit, præſtare nunquam detrectabo. Tu fac ut ipſum quoque certiorem reddas. Vale, & me, ut ſoles, amare perge. Venetiis, die 17. Septembris 1725.

LET-

Digitized by Google

LETTERE ITALIANE
DI
LORENZO PATAROLO.

Al M. Rever. P. Catterino Zeno C. R. S.

LORENZO PATAROLO.

Murano.

SOvra la Medaglia, di cui Voſtra P. Molto Rever. deſidera qualche ſpiegazione, e ne ha impoſto alla mia debolezza l'incarico, eſporrò brevemente quel poco che con diligente ricerca in queſto propoſito ho potuto oſſervare; non già con principio alcun di certezza, che la oſcurità del ſoggetto nol vuole, ma ſolo con probabili conghietture.

Dico dunque per primo, che potrebbe eſſere una Moneta di Siracuſa. L'Agoſtini riferiſce (*Dialog. 6.*) aver ivi vedute certe Medaglie con una teſta inghirlandata di Donna da una parte, ed una Quadriga dall'altra. La teſta che improntata ſta ſulla noſtra, pare a me la ſteſſiſſima con quella ch' egli ne porta; onde facilmente può crederſi che in Siracuſa ſiaſi battuta la teſta medeſima anche col Pegaſo nel riverſo. Che poteſſe ciò farſi non avvi dubbio, poichè, ſebbene il Pegaſo non è proprio ſolo di Siracuſa, egli è però ancora ſuo; e ciò per eſſer detta Colonia di Corinto che porta per ſua diviſa il detto Pegaſo in memoria di Bellerofonte, come ſi può vedere dell'una, e l'altra delle già dette Città nelle monete loro; di quella appreſſo l'Agoſtini, (*al luogo citato*) di queſta appreſſo il Vaillant (*in Numism. Imper. in Coloniis*) nelle Medaglie di Auguſto, Lucio Vero, Commodo, Giulia Pia, ed altri. Di chi ſia poi la Teſta, lo ſpiega il già detto, e dice che ſarà forſe della Ninfa Aretuſa, cioè della Deità di quella Fonte tanto celebrata, e dalle Favole, e dalle Iſtorie, che vicino alla Città di Siracuſa ne ſcaturiſce. Sulle notizie dunque che raccoglier ſi poſſono a ſpiegazione della Teſta, e del Riverſo nella noſtra Medaglia, probabilmente può crederſi che ſia ella ſtata battuta in Siracuſa.

In ſecondo luogo: Prima di veder l' Agoſtini io per me la giudicai ſempre per moneta di Corinto, nè ancora mi pento della mia prima opinione. Il Pegaſo è pruova chiara, come ne accennamo di ſopra. La teſta ho giudicato, e giudico con oſtinazione, che ſia di alcuno de' vincitori ne' Giochi Iſtmj, che vi ſi celebravano in onore di Melicerta, come ne ſcrive Pauſania nel fine del Libro primo, ed in più luoghi del ſecondo. Che ſulle Monete poi s'imprimeſſero i vincitori di que' Giochi non lo tengo per tanto lontano dal vero, ſapendo che gli Corintj in memoria di Bellerofonte improntarono ſubito ſulle monete il Cavallo alato, come ne atteſta Giulio Polluce, (*Pollux l. 9. c. 6.*) e che i

mede-

Digitized by Google

medesimi solean' intagliarvi tutte le cose più celebri della Città, come chiaramente si vede in tante, e diverse Medaglie battute a moltissimi Imperadori da quella Colonia. Io considero dunque la nostra per antichissima, ed anterior di gran lunga agl'Imperadori Romani, battuta quando fiorivano i detti Giochi; se poi prima della distruzione di Corinto fatta dal Consolo Mummio, o da poi, poco importa lo stabilirlo. E per affermare l'antichità della stessa me ne danno argomento le Greche Lettere che vi si scorgono, le quali pare che abbiano assai dell'antico, e certo che sono differenti dalla scrittura ordinaria, mentre sotto la prima qual non si può distinguer se sia una Δ, o pur un' A vi si vede certo Asterisco, che nelle Greche comuni mai non si scorge. Hanno dunque le stesse cert' analogia coi caratteri dell' Asia, da dove ne saran venuti, come tutte le altre e professioni, e scienze, quei della Grecia; ed è probabile che ne' principj sian stati questi a quelli in qualche cosa rassomiglianti, come di continuo in altre cose si osserva.

Mi si potrà opporre, che dunque la Testa della Medaglia è di uomo insieme, e di donna, mentre secondo il parere dell'Agostini sarà della Ninfa Aretusa, e secondo la opinion mia di un Vincitore de' Giochi Istmj. Rispondo facilmente che in un pezzo di Metallo antico mezzo guasto dal tempo si può sbagliare; e più oltre non essere stravagante, che s' incontrino le sembianze di una Donna con quelle di un'uomo giovane, qual' è probabile fosse un vincitor di que' giochi.

Per comando di V. Paternità M. Rever. ho stese queste poche coserelle a spiegazione della consaputa Medaglia. Le umilio alla riverita saviissima di lei censura, e con tutta la riverenza mi raffermo. Venezia 12. Agosto 1700.

A S. E. il Sig. Gio: Domenico Tiepolo

LORENZO PATAROLO.

IO mi consolo altamente con V. E. del bell' acquisto che ha fatto di una Medaglia, quanto piccola di mole, ed ignobile, dirò così, di materia, altrettanto grande, e pregevole di rarità; e rendole quelle vere grazie, che debbo, per l'onore, che mi ha Ella donato con ammettermi, forse il primo, a veder, e goder la medesima. Questa merita, per dir vero, tutta la stima, mentre si può chiamar nuova nella nostra Italia; e si potrebbe dir forse unica, per quanto almen se ne sappia in tutta l' Europa, se non ne avesse scoperta una somigliante di là da' monti il Padre Arduino, della Compagnia di Gesù. La riporta egli nella sua Storia Augusta, alla pag. 733. del Tomo delle sue Opere scelte, stampate in Amsterdam l'anno 1709. in foglio: e si conviene onninamente essa con quella, che V. E. possiede. Ma io non posso lasciarmi guidare a ricevere la spiegazione, e la interpretazione, ch' egli ne reca, e, se v' ha luogo alle conghietture, ove manchi la chiarezza, e la evidenza delle testimonianze, e de' fatti, parmi, che abbiasene a dire molto altrimenti. Non è però, che io quì mi proponga di a bella posta ribattere il parere del dottissimo Padre accennato; sì perchè io non debbo impugnare un Soggetto di così fino intendimento in se stesso, e di sì alto credito presso il Mondo;

Digitized by Google

do; come ancora, perchè i principj, de' quali egli si vale per istabilire le sue nuove opinioni, sono suoi sì proprj, e sì diversi da quelli di tanti altri pur grandi Antiquarj, che, come sarebbe impossibile l'accordarci, così egli pare, che del tutto inutile e vano sarebbe per riuscire il contendere. Ardirò dunque di esporre la mia opinione intorno alla predetta Medaglia, per ubbidire a V.E. che sì m'impone; e lo farò giusto i miei principj, ed i miei fondamenti; cioè giusto quelli, sopra cui veggo stabilirsi da tanti Autori di prima classe la macchina di tutta l'antichità; e dimostrerò in primo luogo, di chi non sia la suddetta, poscia di chi io mi persuada, che possa ella essere.

Rappresenta dunque la nostra Medaglia nel ritto una Testa ignuda, senza alcuna sorta di corona, o di simile altro ornamento, con faccia di giovane; e vi si legge d'intorno ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ ΝΕΩΤΕΡΟΣ, cioè *Vespasianus Junior*. Nel rovescio poi sta la figura della Vittoria alata, che porta nella sinistra un ramo di palma, e nella destra una corona, con la parola CMYPNAIΩN, cioè *Smyrnæorum*. Questo Vespasiano, *il Giovane*, effigiato nella medaglia di cui parliamo, suppone il predetto Autore, che sia un figliuolo dell'Imperadore Vespasiano, natogli di una seconda Moglie, cui egli nomina Domitilla: *Est hic Vespasiani filius, sed ex secunda conjuge Domitilla;* così egli. Crederei, che il più sicuro esame di questo supposto potesse tutto dipendere dalla Storia; il che quando sia, non veggo a quale Storico possa meglio ricorrersi, che a Suetonio, scrittore, come più vicino a' tempi de' dodici primi Cesari, così più degli altri ancora diligente, ed accurato nel riferire ogni minutissima particolare intorno a' medesimi. Egli è ben vero, che questo Storico ha la sfortuna di essere fra que' non pochi Autori, che non si ricevono per autentici dal P. Arduino; ma come per lo contrario tutto il Mondo de' Letterati lo riconosce, e lo accetta per legittimo, così faremmi lecito di valermene in ciò, ch'è necessario saperssi per la nostra quistione. Dic'egli dunque (*Suet. in Vesp. cap.* 3.) nella vita di Vespasiano, così: *Inter hæc Flaviam Domitillam duxit uxorem, Statilii Capellæ Equitis Romani, &c.* e poco più sotto: *Ex hac liberos tulit, Titum, Domitianum, & Domitillam.* Per quanto ce ne assicura Suetonio, la Domitilla di Vespasiano non fu la seconda sua moglie, bensì la prima; poichè prima di essa, egli non fa menzione di verun'altra, la quale, quando mai fossevi stata, doveala egli per necessità riferire; e certamente non avrebbe lasciato di farlo. Della suddetta Domitilla poi, sieſi stata dessa la seconda, o la prima, altri figliuoli non nacquero, che i due maschi, Tito e Domiziano, già mentovati, ed una femmina, cui fu posto il nome della madre; e queste Domitille, madre e figliuola, morirono tutte e due, prima che Vespasiano giugnesse all'Imperio. Posto dunque per vero, come io credo verissimo, che Domitilla altri figliuoli, che i tre già detti, non abbia avuti, hassi a vedere di qual'altra Donna possa questo novello Vespasiano esser nato. Morta la moglie, siegue a raccontare Suetonio (*ibid.*) *Cenidem Antoniæ libertam, & a manu, dilectam quondam sibi, revocavit in contubernium, habuitque eam Imperator pene justæ uxoris loco.* Egli non dice però, che questa abbia dati alla luce figliuoli; come nemmen lo dice Dione, che pur di costei scrive non pochi particolari. Ma supponghiamo in contrario; e perchè il giovane rappresentato dalla medaglia viene creduto per figliuolo di una seconda moglie di Vespasiano, sforziamoci a credere, ch'egli lo possa essere

della

Digitized by Google

della mentovata Cenide; giacchè di altre mogli noi non ritroviamo ancora ſcrittore alcuno, che ce ne parli. Ma come potremo mai perſuaderci, che in onore di un fanciullo di cotal fatta, ſienſi coniate monete? E queſte per comandamento di chi? Dell'Imperadore ſuo Padre? quando avea egli figliuoli viventi, di matrimonio onorato e reale, già deſtinati all'Imperio; fra' quali Tito eraſi già impiegato con lode fin da principio per la ſtrada dell'armi nella Germania, e nella Brettagna; ed eraſi (*Suet. in Tit. c.* 4.) poſteriormente renduto famoſo nella Giudea, colla conquiſta maſſimamente delle due forti città, Tariclea, e Gamada, e finalmente con quella di Geroſolima. Per genio, e divozione particolare della città di Smirna verſo di queſto nuovo figliuolo dell'Imperadore di Roma? quando la predetta città eraſi già diſtinta nell'oſſequio verſo di Tito, e di Domiziano, legittimi figliuoli del ſuo Principe, con più medaglie in onor loro battute, sì col nome ſolo de' Cittadini di Smirna, sì ancora con unito inſieme il nome di quegli di Efeſo, dinotante la loro concordia; come preſſo degli Antiquarj, e ſpecialmente preſſo del Vaillant (*Vaill. Numism. Impp. a pop. Græc. loq. percuſſ.*) veder puoſſi; e come molto meglio può V. E. oſſervare a ſuo bell'agio nel grande, e nobiliſſimo ſuo Muſeo. E perchè poi rappreſentar nel roveſcio la figura di una Vittoria? quando l'onore dell'armi eraſi tutto di Tito; in una provincia, la quale, come ora ſi è detto, avea fatte tante dimoſtranze di amore, e di ſtima verſo il medeſimo; ed in una parte dell'Imperio di Roma, dove ſi era da lui riportata quella vittoria, per la cui ricordanza ſtimaſi battuta la noſtra medaglia. Or che uopo v'ha mai di ſupporre un'altra moglie, ed un altro figliuolo di un Principe, ed in conſeguenza di far comparire in iſcena, ed aggiugnere un' Auguſta, ed un Ceſare alla Storia Romana, ove Autori approvati da tanti ſecoli, e poſſo dire da tutto il mondo, de' ſuddetti non ce ne dican parola, ed ove ragionevoli conghietture diverſamente ci perſuadano? Reſterebbe molto ancora che dire ſopra le genealogie, recate dal nominato P. Arduino, nel già detto Tomo delle ſue Opere, la cui dottrina ſi è, che *ex eo* (Veſpaſiano Juniore) *Flavii Conſtantini ducunt originem, per annos fere ducentos a principatu ſemoti; quoniam ſucceſſores Juliæ Titi filiæ, tamquam primogenitos, ipſoſque propterea Antoninos, aſſumi ad Imperium oportuit, quam Flavios ex Veſpaſiano Juniore prognatos ad id munus adſciſci.* Ma, come ho già detto di ſopra, non è mio propoſito, ſe non il ſolamente parlare della noſtra medaglia, e di farlo con que' principj, che ſono i più ricevuti dalla ſcuola degli Antiquarj, finattantochè o dal Padre ſuddetto, o da chi voglia ſeguirlo, ſi producano teſtimonianze migliori di quelle, che hanno potuto meritare finora la fede comune.

Dimoſtrato quel che non ſia, faremmi ad eſporre, chi a me egli ſembri che poſſa eſſere queſto Veſpaſiano diſtinto col vocabolo di *Giovane*. Per mio parere queſti non è altri, che *Tito*. Io non niego, che in queſta medaglia non ſien nuove due coſe; l'una, che queſto Principe Veſpaſiano ſi chiami, ſenza che gli ſi anteponga il nome di Tito; l'altra, che vi ſi aggiunga la parola NEΩTEPOC, che per *Juniore* s'interpetra; parola, che in que' tempi ſulle medaglie, per quanto ſiemmi venuto fatto di oſservare, non mai ſi vede. Non debbono, dè l'una, nè l'altra però riuſcire sì ſtrane, che abbiaſi per cagion loro, o a mettere in dubbio l'ingenuità della medaglia, o a fin-

ger ſogni per ritrovarne la ſpiegazione. E quanto alla prima, egli è certo, che in tutte quante le medaglie di Tito sì Greche, come Latine, per quella debole cognizione, che io ne tengo, ſi legge il nome del padre ſuo Veſpaſiano, aggiunto a quello di Tito. E ciò, sì per lo coſtume, che ſoleа correre appo i Romani, del prenderſi da' figliuoli qualche diſtinzione nel nome, o dal padre, o dalla madre, come appunto aveala preſa lo ſteſſo Veſpaſiano il vecchio dalla madre Veſpaſia; come perchè nel caſo noſtro il Principe Tito era diſtintamente amato dal padre. Il che parmi che poſſa egli conghietturarſi aſsai bene dall'aver tutti e due guerreggiato inſieme nell' Aſia, e dall' aver pure inſieme ſoſtenute (*Suet. in Tit. c. 6.*) le dignità di Cenſore, di Tribuno della Plebe, e di Conſolo ben ſette volte; come altresì dall' avere inſiememente trionfato per la vittoria della Giudea; e dall' avere per fine Veſpaſiano il vecchio detto una volta in uſcir di Senato, come preſso Sifilino (*Xiphil. in Veſpaſ.*) ſi legge: *Aut mihi filius meus ſuccedet, aut nemo*. Puoſſi anche aggiugnere ciò, che va raccontando Suetonio; *receptaque apud ſe prope omnium officiorum cura, cum patris nomine & epiſtolas dictaret, & edicta conſcriberet, ec. præfecturam quoque prætorii ſuſcepit, ec.* coſe tutte che ben dimoſtrano, ſe non erro, quanto buona armonia paſsaſse tra padre, e figliolo, e quanto l'un l'altro ſi amaſsero; altrimenti, nè ſi ſarebbero collegati tante fiate nelle principali cariche del comando, nè avrebbe il padre tanto di autorità conceduto al figliuolo. Non leggiamo perciò, ch' egli punto ne concedeſse all'altro figliuol ſuo Domiziano, il quale per lo cattivo ſuo genio, e per le peſſime azioni rendeaſi indegno dell' amore di lui. Onde, come in vendetta, voleva ben ſovente colui prenderſi quell' arbitrio, che non gli ſi concedeva dal padre; e, regnante ancora lo ſteſso, (*Suet. in Domit. cap. 1.*) far'la da Monarca aſsoluto nel diſpenſare impieghi, e dignità: ſicchè era ſolito dire lo ſteſso Veſpaſiano, ſtupirſi molto, *quod ſucceſſorem non & ſibi mitteret*; anzi, come racconta il ſopraccennato Sifilino, ebbe una volta a ſcrivergli: *Ago tibi gratias, fili, quod me ſinas Principatum tenere, quodque me ex eo nondum expulseris*. Da ciò forſe proviene, che nelle monete di coſtui non leggiamo, ſe non il nome di Domiziano, nè vi ritroviamo unito quello di Veſpaſiano, come ſogliono averlo quelle di Tito; ed in alcune ſolamente ſi legge, IMP. DOMIT. DIVI. VESP. AUG. F. come a V. E. è ben noto. Ciò ſuppoſto, egli non è da trafecolare, che ne' tempi, ne' quali i nomi prendeanſi a faſci, ſi deſse all' Imperadore Tito, oltre il ſuo proprio, il nome ancora del padre, come nelle Medaglie appunto veggiamo dato a Trajano quello di Nerva, quel di Trajano ad Adriano, quel di Antonino a M. Aurelio, quello di Aurelio a L. Vero, e ſimiglianti, che quì tralaſcio: ne' quali eſempli ſi può vedere comunicato a' figliuoli il nome de' padri loro, e di quegli ancora, che tali ſi furono ſolamente per l'adozione. Puoſſi in oltre comprendere, quanto eſso Tito ſi compiaceſse del nome di Veſpaſiano, e quanto gli veniſse queſto accordato da' ſuoi Vaſsalli, anche nelle iſcrizioni, recateci l'una dal Gruterо, pag. 264.

IMP. TITO. CAESARI. DIVI.
VESPASIANI. F
VESPASIANO. AUG. PONTIFI-
CI. MAXIMO . . . . . .

l'altra

l'altra dal Bellori, nel libro intitolato, *Veteres Arcus Augustorum*:

SENATVS
POPVLVSQVE. ROMANVS
TITO. DIVI. VESPASIANI. F
VESPASIANO. AVGVSTO

nell'una, e nell'altra delle quali il nome *Vespasiano* sta collocato nel sito appunto, in cui doveasi riporre il nome proprio, e distintivo del Principe; quasi che il vero nome di Tito fosse quello di Vespasiano: non altrimenti di quello, che in una medaglia d'oro dell'Imperador Domiziano, riferita dal Mezzabarba (*Occo. illustr. a Mediob. pag.* 133.) si legge: IMP. CAES. DIVI. VESP. F. DOMITIANO. AVG. Onde appunto e si vede riposto nelle sopradette iscrizioni il nome di Vespasiano nel luogo stesso, in cui su questa medaglia sta descritto quello di Domiziano, ch'è quanto dire nel sito del nome proprio. E se è così, perchè non poteasi in una medaglia, battuta in onore di Tito, col nome di Vespasiano, vivente il padre, ch'era *Vespasiano il Vecchio*, porvi il nome di *Vespasiano il Giovane?* Nè perchè nella medaglia medesima al nome di Vespasiano non è anteposto quello di Tito, hassi ad immaginare un'altro Vespasiano, per cui introdurre al mondo, vogliasi sconcertare tutta la storia; quando l'aggiunta della parola ΝΕΩΤΕΡΟC, come distintiva, sostenea interamente le veci del nome di Tito? Dunque perchè non abbiamo alcun'esempio di questa fatta, sarà egli un miracolo tanto incredibile il trovarsi medaglie con una epigrafe non più veduta? Sarà questa la prima, che sieasi cavata di sotterra, in sembianza di tutta la novità? Quante medaglie non ha ritrovate egli nel lunghissimo suo soggiorno nell'Asia il celebre Sig. Serard Inglese, egualmente dotto Antiquario, che eccellente Botanico? Quante, dissi, in cui leggiamo molti nomi de' popoli parlanti la lingua Greca, a noi finora onninamente sconosciuti, e de' quali non ce ne fanno menzione alcuna le Storie, non che tutte quante le medaglie vedute dagli studiosi? Dovranno recar desse perciò tanto di agitazione a i nostri pensieri, e capovolgere quel poco che abbiamo appreso da' monumenti antichi; e non anzi consolarci della bella sorte, che ci presentano, di accrescere il nostro sapere, e di farci acquistare nuovi lumi da fonti più abbondevoli, e più sicuri, quali sonosi le medaglie al paragone de' libri? Ed altresì non dovranno anzi farci sperare, che sienesene per iscoprire molte altre ancora, dalle quali recate ci vengano sempre nuove, e sempre più belle notizie, ove s'impieghi la dotta sollecitudine delle persone letterate, che sappiano trar frutti di erudizione da' loro viaggi, come con tanta sua lode ha saputo farlo il sopramentovato soggetto; e come pure tanti altri, fra' quali nominar vuolsi per cagion di onore il Sig. Barone Filippo Stoskio di Prussia, a V. E. ben noto, e già congiunto, come nella somiglianza degli studj, così ancor nell'amore, i cui rari discoprimenti di antichità si vedranno ben presto alla luce, con diletto e profitto de' Letterati, e con debito loro ben grande verso le fatiche, ed i sudori di un erudito così benemerito? Ora, quanto alla predetta parola significante la latina *Junior*, egli è certo, ch'essa molto nuova riesce, come non solita vedersi usata in que' tempi, o nel torno ad essi vicino; e che principiasi ad osservare nelle medaglie di Costantino II. figliuolo di Costantino il

Digitized by Google

Grande, di cui ſcrive il Patino nel ſuo Volume delle Medaglie Imperatorie, ch'egli è *in Nummis, ut in Inſcriptionibus* Junior *dictus*. Siegue a laſciarſi ella poſcia vedere in quelle di Valentiniano Secondo, figliuolo di Valentiniano Primo, ed in Leone pure Secondo, nipote del Primo, e di lui anche collega nel Principato. Ma in quelle di Teodoſio Secondo non mai, ch'io ſappia, ſi legge; perchè il nome di Teodoſio era di ſuo Avo paterno, non di ſuo padre, e non ebbe egli parte nell'Imperio, vivente l'Avo medeſimo, come la ebbero gli altri accennati con quelli, di cui portavano il nome. Ma checchè ſieſi di queſto, egli non mi pare improbabile, che ciò che cadde nel penſiero degli uomini ne' ſecoli poſteriori di molto, poſſa eſſere ſovvenuto anche a quegli de' tempi di Veſpaſiano; benchè ſe ne ſia poſcia traſcurato l'uſo fino a quelli di Coſtantino, ſenza praticarlo nel caſo o de' due Gordiani, o de' due Filippi, che furono padre, e figliuolo inſiememente Imperadori. Si aggiunga alle conghietture fin quì recate il roveſcio della ſteſſa noſtra medaglia, in cui ſta ſcolpita una Vittoria, dinotante, ſenza dubbio, come bene anche dal P. Arduino ſi ſpiega, la celebre riportata da Veſpaſiano nella Giudea. Or la memoria di queſta a quale più de' figliuoli di Veſpaſiano dovea dedicarſi, che a Tito? il quale, e ſottomiſe la Giudea, ed eſpugnò Geroſolima, per quanto ſcrive lo Storico (*Suet. in Tit. c.* 5.) *tanto militum gaudio, & favore, ut in gratulatione Imperatorem eum conſalutaverint, & ſubinde decedentem provincia detinuerint*. Onde n'è poi, che fra le medaglie latine di queſto Principe ve n'ha parecchie colla iſcrizione nel roveſcio, IVDAEA CAPTA: e lo ſteſſo dicaſi di alcune greche; vedendoſi in quelle per lo più effigiato l'albero della palma, con ſotto ad eſſo una o due figure in atto di piangere; o due figure pure ſedenti, con in mezzo un trofeo, od una Vittoria, che impronta caratteri in uno ſcudo, come veder puoſſi preſſo l'Occone, il Vaillant, il Patino, e tanti altri: il che nelle medaglie di Domiziano, pure anch'egli figliuolo reale di Veſpaſiano, non mi è venuto fatto di oſſervar mai, almeno sì chiaramente, come nelle ſuddette; non per altra cagione, s'io ben mi appongo, ſe non perchè egli in quella vittoria non ebbe parte, benchè abbia voluto colla ſolita ſua baldanza faſi poi veder nel trionfo; e perchè sì al padre, come a Roma tutta poco dovea montare, che veniſſero a lui rendute certe nobili, e diſtinte teſtimonianze di onore. Con quanto dunque finora ſi è detto, parmi, eſſerſi dimoſtrato baſtevolmente, che queſta, per vero dire, bella e rara medaglia, poſſa riporſi fra quelle di Tito, e ad eſso appunto aſſegnarſi.

Reſtami di ſciorre una lieve obbiezione, che può dipendere dal giudizio, che dà il P. Arduino intorno all'età della Teſta rappreſentata. Dic'egli dunque, ch'ella ſia di un giovane di anni quindici: *Caput juvenile, nudum, annorum quindecim;* il che, quando foſſe, non potrebbe mai ſupporſi per la Teſta di Tito, che al tempo di quella Vittoria dovea eſsere non molto lontano dai trenta, come facilmente può calcolarſi. Quì rimetterò al maturo ſenno di chiunque ſiaſi il decidere, ſe mai ſi poſſa con sì coraggioſa franchezza difinire l'età di una teſta, ſcolpita in profilo, ed in qualche parte anche logora; e credere di non andar errati nel volerne indovinare, non ſolo gli anni, ma, dirò così, ancora i meſi. E perchè, quando pur anche la ſteſsa foſse conſervatiſſima, ed eſprimeſse con evidenza un'età aſsai giovenile, non ſi potrebbe dir queſta di ſedici, di diciotto, e forſe ancor di vent'anni? Ma ſe il conio medeſimo,

Digitized by Google

desimo, massime di non eccellente maestro, quali per lo più sono i coniatori delle greche medaglie, non è atto ad esprimere certe linee, e certi tratti particolari, che possano contrassegnare con tanto di rigore l'età di una effigie; fe qualche corrosione poi, anche dell'effigie medesima (e felici noi, se le migliori medaglie non ci capitassero per lo più men belle, e men conservate delle più vili) può aggiugnere qualche sorta di alterazione alla stessa, perchè vorremo sostener mai certe caparbie opinioni, o professare certi rigori, quasi che con un lineamento medesimo non si veda forse egli espressa l'immagine di un giovane di venti, e quella di un di trent' anni? Io non niego, che in molte medaglie non comparisca con osservabile diversità, e co' suoi gradi proporzionati e corrispondenti l'età degl' Imperadori, specialmente in alcune di Adriano, e degli Antonini: la più parte di esse però ce la rappresenta altrimenti. Augusto regnò 44. anni, Tiberio 23. Domiziano 15. Trajano 19. Alessandro Severo 13. Costantino il Grande 21. Costanzo suo figliuolo 24. e pure, se prenderemo a disaminare i lor anni sulle medaglie, ci sembrerà, ch' essi sieno vivuti nell' Imperio assai meno di un lustro. Si aggiugne (e credo di poter ciò dire con gran costanza) che nelle medaglie, come si è questa, più piccole, in cui le teste sono lavorate con minor diligenza di tratti, sembrami, che sien esse effigiate in aspetto più giovenile di quello ch'esser dovrebbero, sieſi poi questo od effetto del conio, o studio particolare del coniatore. E se V. E. darà un' occhiata a quelle specialmente del basso secolo, vedrà, che forse non è tanto lontano dal vero ciò, che ho proposto.

Questo si è quanto sovviene alla mia debolezza di poter dire intorno all' accennata medaglia. Ho procurato di autenticarlo colle autorità, e co' fatti, quando l'une e gli altri abbian potuto aver luogo; e di appigliarmi alle conghietture, che mi sono parute più probabili, allorchè non mi si sia parata dinanzi altra pruova. Non è però, che io mi supponga di avere stabilita una opinione, cui non si abbia ad opporre; anzi protesto, che intendo di sottomettere quanto ho detto alle censure degl' intendenti, che tale si è ognuno sopra di me; e che bramo di essere illuminato, e ricondotto sul buon sentiero, ove io per avventura l'avessi fallito. Ne sarà intanto il primo a formarne giudicio, e a donarmi compatimento V. E. che accoppia in grado sì alto e raro l'erudizione, e l' intendimento de' monumenti antichi a quella ben grande, e posso dir regia serie di medaglie di ogni metallo, di ogni grandezza, e di ogni altra fatta, che l' han renduta fin da molti anni celebre all' Europa; come, senza ch' io mi affatichi più oltre, puossi raccorre da' libri, e dalle memorie de' principali Antiquarj. Che se hanno detto cotanto dessi finora, che dovran dir per giustizia, quando riesca lor di vedere la prodigiosa quantità delle medaglie, aggiunte da qualche tempo al suo Museo, ben nobile, e quanto dir mai si possa magnifico ancor per avanti; conservando Ella sempre all' onor delle buone arti que' larghi beni della fortuna, che a Lei non servono, se non per soddisfare virtuosamente all'alto suo genio? E molto più poi quando sappiano, che a tutta la predetta sterminata e magnifica suppellettile di antichità, ha Ella nuovamente aggiunto in quest' anno l'acquisto dell'intero Museo del famosissimo nostro *Bastiano Erizzo*; di cui sarà assai l'accennare solamente il nome, perchè ogni perito in questa sorta di studio possa da se formarsi l'idea della dovizia, e del pregio di ciò, che nel medesimo si contiene. Sì, V. E. ha il gran merito

Digitized by Google

ſito di aver diſeppellito un teſoro, che per lunga ſerie di anni ſe n'è ſtato, ſi può dir, ſepolto e perduto; facendo nel tempo ſteſso due dignissimi ſacrifiej, l'uno alla ſollecita e nobile ſua erudizione, l'altro alla memoria venerabile di quel grande Patrizio; ed accreſcendo inſieme l'onore alla noſtra Patria, con dimoſtrare, che in eſsa non è già ſpento il vero amore alle Lettere, ed al buon guſto del ſapere, e che negli ſtudj ſiamo forſe più cauti, e più modeſti, non più vili, o più rozzi di qualche altra nazione. Ma baſti l'aver parlato, benchè sì poco, di V. E. e del ſuo pregiatiſſimo ſtudio. Laſcerò il dirne più oltre a chi ſappia ciò fare più degnamente di me; ed io mi darò l'onor di tacere, e di ſottoſcrivermi.

Di Caſa, queſto dì 25. Giugno 1717.

All' Illuſtr. Sig. Marcheſe Gio: Poleni

LORENZO PATAROLO.

Padova.

QUanto alla Medaglia di Frontino, mi ſarebbe deſiderabile il non aver debito di accennare a V. S. Illuſtriſſima la mia opinione, non potendo io certamente dir coſa degna di lei, e della materia. Ciò che n'han detto lo Sponio ed il Gronovio, credo ſieſi egli quanto può dirſi ſopra di un monumento aſſai ſtrano perchè ſenza eſempli; mentre i due allegati da queſto di Marcello e di Poſtumio, per quanto dalla ſua maniera d'esprimerſi ben ſi comprende, non ſon ſicuri. Quì non veggo aver luogo, ſe non qualche languida conghiettura, sì per l'una parte, come per l'altra del Problema, il qual è, ſe la teſta ſia del Proconſolo, oppur di Giove; con queſto vantaggio però, che come a me ne pare, ſoſtenere puoſſi qual più ſi vuole, ſenza tema di eſſer convinti. Egli ſembra impoſſibile, che ſopra di una moneta, la qual' era tutta del diritto de' Principi ſolamente, ſia ſtata coniata la teſta di un Miniſtro, e ſpecialmente che ciò poſſa eſſerſi fatto ſotto di un buon' Imperadore, qual fu Trajano, a cui onta non può mai crederſi che ſuddito alcuno abbia voluto riporre l'immagine d'altri nel luogo al ſolo ſuo Principe deſtinato. Quanti Governadori di Provincie, con qualunque nome ſienſi chiamati, ſaran mai ſtati accettiſſimi alle Provincie medeſime; quanti Imperadori ſcellerati, e Tiranni ſaranno ſtati mai odiati dalle ſteſſe? Non per tanto fra quante Medaglie portano impreſſi i nomi di Proconſoli, di Preſidi, di Prefetti, di Arconti, di Aſiarchi, e ſimiglianti, non ſi veggono le teſte mai di coſtoro, ma sì bene quelle de' Ceſari. Nemmeno in una riferita dal Vaillant, nell'Opera delle Medaglie Greche Imperatorie, fra quelle di Poppea ſeconda Moglie di Nerone, v'ha la Teſta del Proconſolo, benchè vi ſi legga *Tito Baſſilao Epheſio poſtulante Voloſenna Proconſuli Julienſium Anciranorum*. In queſta Medaglia, che ſi parte molto dallo ſtile ordinario nella formalità dell'Epigrafe, parrebbe che ſi foſſe potuta praticare qualche altra ſorta di diſtinzione onorevole per lo Proconſolo, di cui ſommo, e diſtinto pregio ſi è l' Epigrafe ſteſſa; e pur così non fu fatto. Per l' altra parte ſe la teſta della noſtra Medaglia non è del Proconſolo, di chi dunque ſarà? Di Giove la ſuppoſe il Gallandio; e di Giove pure una ſimile ne ſuppoſero in una degli Antiochenſi ſotto Silano lo Spanemio

Digitized by Google

nemio nella dissertazione VI. *de Præstant. & usu Numism.* ed il Vaillant nell'Opera sopra nominata in una de' Patrensi sotto Lucio Mindio Bolano, fra quelle di Claudio Imperatore. Ma perchè di Giove nella nostra Medaglia non abbia a credersi, sembra non lieve ragione il non essere la testa stessa cinta di laurea, ed il non apparirvi altro carattere distintivo di quella Deità, come dallo Sponio ben fu notato. Credo di poter aggiungere un mio riflesso, ed è, che per quanto siemmi venuto fatto di osservare fin ora, il nome del Proconsolo, e delle altre Dignità dette di sopra, suol leggersi nel rovescio delle Medaglie, le quali portano nel diritto l'immagine degl' Imperatori: ma sulla nostra nel luogo della testa imperiale vi sta quella contenziosa con d'intorno l'Epigrafe di Proconsolo, e nel rovescio poi leggesi il nome del Preside sotto cui fu battuta, appunto come nelle Imperiali solea praticarsi: Sicchè la testa effigiata nel diritto pare che di altro Soggetto non voglia supporsi, se non di quegli, che dall'epigrafe vien nominato. In questo dubbio di cose potrà essere colpa non molto grave l'attenersi all'opinione più favorevole, e più onorifica al nostro Autore, quando anche sia la meno probabile. Basterà ad una intiera giustificazione in questo caso l'autorità venerabile di due eccellenti Antiquarj, quali sono lo Sponio, ed il Gronovio, senza passar più avanti nell'esame, o della ingenuità, o per usare il volgar nostro vocabolo, della identità della Medaglia medesima. Imperocchè (per niente dire sopra la ingenuità: eppure quante Medaglie hanno imposto anche a più d'un valente uomo?) altrimenti che ci assicura che il Frontino Proconsolo de'Smirnesi sia lo stesso, che lo Scrittore da noi supposto? Questo veramente fu Consolo; ma non fu poi necessario ch'egli se n'andasse in Provincia in qualità di Proconsolo. Egli è certo che i Proconsoli solean'essere gli stati Consoli l'anno avanti; molti però furon Proconsoli senza prima essere stati Consoli, come lo stesso Gronovio asserisce. Più oltre si sa, che Giulio Frontino fu Consolo, che fu Pretore sotto il Consolato di Tito e di Domiziano, che comandò nella Brettagna, ove debellò gloriosamente i Siluri, che da Nerva fu eletto sopraintendente all'Acque, che fu Augure, con tanti altri particolari presso del Vossio, del Cataneo, del Pighio, e non si trova scritto ch'egli sia stato Proconsolo de'Smirnesi? Si leggon di lui tante Cariche, e non si vede parola presso agli Scrittori di una sì rimarcabile, e più cospicua? Eliano stesso, che non solamente lo nomina Consolo, ma lo novera fra i Consolari più illustri, non dice ch'egli sia poi stato anche Proconsolo? Sembra poi anzi, che vi ripugni in qualche modo l'esserſi impiegato nella Brettagna, cioè a dire, in Paesi cotanto disparati, dove certamente nè in età molto giovane, nè in poco tempo averà fatto le prodezze che ci raccontano; ed inoltre il suo compiacersi del ritiramento alla quiete di Terracina. Tutto ciò sia detto però in confidenza tra V. S. Illustrissima e me, ed anzi per esprimere qualche obietto il qual mi va sovvenendo, che per andarne cercando; mentre da lei ben conosciuto per molto pacifico, non sono per promover mai liti o per suscitare discordie. Iddio mi tolga questo pensiero, e mi liberi dal dente fanatico de'Critici, specialmente Antiquarj. Accordiamo pure tutti gli onori possibili al nostro Frontino per lo passato, giacchè per lo presente ancora gli tocca per buona sorte questo di vedere illustrate le sue bell' Opere dall'erudizione, e dal sapere di V. S. Illustrissima. Così consolandomi

col

Digitized by Google

col medesimo, mi consolo ancora con esolei, e per non nausearla più lungamente colle tedioſe mie dicerie, resto quì con vivamente professarmi.

Venezia, 2. Luglio 1721.

All' Illustr. Sig. Antonio Vallisnieri

LORENZO PATAROLO.

I. NON ho saputo come più esprimere a V. S. Illustrissima, e come rappresentarle più al vivo quanto io rechi a mio pregio, ch'ella abbia voluto indirizzarmi la sua nobile istoria della Mosca Rosisega, se non col farle conoscere di qual' uso, e di qual' esempio ad una simile applicazione sia per me stato l'onore pregiatissimo, che ne ho ricevuto. Mi spiace bensì, che ella, per la troppa parzialità sua verso di me, abbia collocate le sue grazie con isfortuna in chi non ne ha merito, ed in chi non ha di suo proprio nè saper, nè talenti per ben valersene: nientedimeno però la sua scorta, ed il generoso suo incitamento, come mi hanno invitato ad uno studio totalmente a me nuovo, così hanno ancora promosso in me un' alto zelo di corrisponderle, se non coll'abilità, almen colla gratitudine, e col rispetto. Nell'atto medesimo dunque di renderle un pieno ringraziamento, mi fo anche lecito di presentarle questa mia rozza fatica intorno ad una Cantaride, sulla quale ho fissati i deboli miei riflessi nelle prime occhiate, che diedi al vasto numero degl'Insetti, sopra i quali ha sudato V. S. Illustriss. finora con sì felice sollecitudine di occhio, di mano, di mente, e con sì grande vantaggio della buona Filosofia, che può ben gloriarsi la nostra età di essere, mercè sua, arrivata in questa materia a que' termini, i quali non furono mai veduti non solamente dalle più antiche, ma nemmeno da quelle a noi più vicine. Come dunque la bella Mosca Rosisega ha meritato presso a lei una particolare ispezione per la rarità di più cose, che nella organizzazione delle sue parti, e nel modo del suo operare si scorgono; così mi è paruto, niente meno di pregio avere la mia Cantaride, per la curiosità de' fenomeni, che in essa ho veduti accadere. Ed invero molto stupisco, che, non solamente delle qualità di questi due distintissimi Insetti, ma nemmeno della specie, e del nome loro abbiano favellato gli stessi Scrittori più esatti, presso a' quali pur se ne incontrano nominati e descritti cotanti, e di mole molto minori, e di accidenti men' osservabili. Di che io credo la cagion' essersi, per non aver dessi usata tutta quell' applicazione, che pur vorrebbesi intorno all'Erbe, ed all'altre Piante, sopra le quali i medesimi Insetti si posano; od il non aver mai creduto, avervene gran parte di questi, proprj ciascheduno di una cotal Pianta, e non mai di un'altra. Pure la continua esperienza dimostra, ciò esser verissimo; ed io, in osservandolo tutto giorno, venero sempre più l'idea grande della Providenza onnipotente, la quale, perchè ancora in sì basse, e minute cose tutta la buona armonia si conservi, ha diviso in certa guisa anche agl' insetti il loro Mondo, con assegnare ad ognuno il suo clima, il suo genio, le sue proprietà; e con limitare, per dir così, a tutti i generi di questo popolo le lor Provincie. Ma come in ciascheduno di essi piccoli Animaletti v' ha qualche cosa di singolar, e di proprio;

così

così nel brieve tempo, che ho ſpeſo finora in oſſervarli, dacchè V. S. Illuſtriſſima me ne diè ſtimolo, non mi ſono avvenuto in alcuno, che abbia moſſo la mia curioſità ad una conſiderazione più attenta, quanto la preſente Cantaride: la quale io chiamo del Giglio, perchè o non holla veduta mai, o almeno molto di rado, e, come credo, per puro caſo ſopra altre Piante. Di queſta dunque ho preſo a comunicare a V. S. Illuſtriſſima quanto ha ſaputo la mia debolezza raccor finora, ed intendere; non mai perchè io mi luſinghi di preſentarle un'opera compiuta in queſta materia, o di trarne lode dalla medeſima, com'ebbe a dir già il Poeta,

In tenui labor, at tenuis non gloria; (Virg. Georgic. lib. 4.)

ma ſolo a fine di preſentarle un'abbozzo delle mie prime oſſervazioni, ed una pura, e nuda teſtimonianza della ſtima, che le profeſſo.

II. Suol vederſi queſta noſtra Cantaride ſul gambo, e ſulle foglie de'Gigli, sì di que'volgari col fior candido, e di quegli ancora colla foglia ſtriata, ma di quegli altri, che dà molti vengono detti Martagoni, dal *Bavino* (Pin. Theat. Bot. 78.) però, ed ultimamente dal celebre *Tournefort* (Inſtit. Rei Herb. ol. 9. Sect. Gen. 3.) tutti compreſi dentro ad un genere ſolo di Gigli. Ben ſi ved' egli perciò, anche dalla ſimpatia di queſti Animali con tutte le Piante accennate, eſſer'eſſe del medeſimo genere, ed in conſeguenza averle i ſuddetti Autori a ragione collo ſteſſo nome chiamate. Imperciocchè, come il riſtrignere i generi delle Piante egli è un'aſſai confondere quelle, che per avventura niente hanno fra loro di ſomigliante; così il moltiplicargli porta un ſoverchio tedio, ed una inutile diſtinzione a chi cerca di ſtabilirſi quell'idea propria, e quel limitato e facile metodo, di cui nulla v'ha nè di più giovevole, nè di più neceſſario in queſta ſorta di ſtudio. Debbonſi perciò tutte le lodi al mentovato Scrittore Franceſe, il quale, laſciate altrove le vie più lunge, e men ſicure di tanti altri, preſe con non ordinaria bravura un cammino totalmente diverſo; con cui giunſe ad iſcoprire un così ſodo, e fondato ſiſtema nella Botanica, che, a mio giudicio, poco, o nulla reſta più che augurarſi per bene acquiſtarla.

III. Ma per tornare a noi, veggonſi le noſtre Cantaridi anche ſopra la Corona Imperiale, e ſopra il *Turai*, o ſia *Lilium Perſicum* del *Cluſio*, (Rar. Plant. Hiſt.) ſpecie anch'eſſo della Corona ſuddetta, giuſto il nuovo accennato ſiſtema. Puoſſi dunque da ciò comprendere, ch'eſſe altre Piante non amano, se non, fra le molte, le quali nella Claſſe delle Liliacee ſono compreſe, quelle che hanno una foglia carnoſa, e molto piena di ſugo, ma tenera inſieme, e dilicata, qual ſi è appunto quella de'Gigli, e delle Corone Imperiali, Piante tutte, che nella qualità della foglia ſi convengono omninamente. E ſebbene, fra le molte dell'una e dell'altra ſorta ora dette, nel mio Orto molte ne tengo anche del Lilio-Aſfodelo del *Parkinzoni*, framiſchiate alle ſteſſe; pure ſopra di queſte non ſo mai di avere oſſervato nè una Cantaride, nè alcun de' ſuoi Bruchi. Onde ſto quaſi per dire, che la Natura, gran madre, e gran maeſtra degli Animali, abbia inſtillato a queſti Inſetti un più retto diſcernimento delle Piante; mentre l'accennata, e dai *Bavini* amendue, e dal *Morizoni*, (Plant. Hiſt. Univ. Oxon. Part. 2.) e da altri chiamaſi col nome di Giglio, e la noſtra Cantaride pure per Giglio non ſa riconoſcerla: ond'è che la ſteſſa, per le note proprie, che la contraſſegnano, meritava di eſſer poſta in

un altro genere, come fecero ſaviamente il *Parkinzoni* ſuddetto, (*Parad. Terr.*) ed il *Tournefort* non mai abbaſtanza lodato (*Inſtitut. Rei Herb. cl. 9. Sect. 1. Gen. 2.*) Quanto poi queſto Inſetto ami il Giglio, hollo con iſtupore oſſervato anche in ciò, che, avendo io nel Novembre dell'Anno paſſato piantati alcuni Bulbi di quello, che porta la foglia ſtriata, ed alcuni di quello ancora, che dagli Autori ſi chiama *Lilium Montanum*, o *Lilium Floribus teſſelatis*, in un terreno aſſai lontano dal ſito, in cui ſi ſtavano gli ordinarj già molti anni piantati, toſtamente queſt'anno vi ho ritrovato ſopra molte Cantaridi, che aveano già incominciato a deporre le uova ſulle lor foglie. Fu ben detto perciò da *Ariſtotile*, (*Hiſt. Animal. lib. 4. c. 8.*) che anche i più minuti Animali vanno dove gli alletta, e gli conduce l'odore. *Inſecta enim*, così egli, *tam pennata, quam non pennata procul ſentiunt, ut mel Apes, & Culices dicti Muliones, quod niſi odore agnoſcerent, nunquam è longinquo ſentirent;* ed il dottiſſimo *Franceſco Redi* (Oſſerv. intor. agli Anim. Viv. ne' Viv.) chiamò l'odorato degli Inſetti *mirabilmente acutiſſimo*. Nè ſo perchè mai la intendeſſe all'oppoſito il per altro grande *Samuello Bocziarto*, (Animal. Sacr. Script. p. 1. l. 1.) il quale degli Inſetti parlando, ebbe a ſcrivere; *Taceo quod in plerisque viſus, auditus, olfactus aut nullus eſt, aut hebetior*. Ma ſopra ciò non voglio più quì fermarmi, nè in conghietture, nè in raziocinj, eſſendo la coſa preſſo a chi ben'intende la verità poſta già fuori di dubbio; e molto men debbo farlo, mentre favello con V. S. Illuſtriſs. che tutto ſa, e che non ha biſogno di acquiſtar da me cognizioni in queſta materia. Rimetterommi dunque ſubito nel mio ſentiero, per recarle meno di tedio, che giuſtamente la graverebbe, quando voleſſi troppo uſcire dalla mia ipoteſi.

IV. Incominciano a vederſi le noſtre Cantaridi ne' primi giorni di Aprile sbucate dalle ſotterranee lor celle, nelle quali ſi ſtettero appiattate per ben' otto meſi. Io veramente non ho avuta ancora la ſorte di ritrovarne prima che n'eſcano, come holla avuta bensì appunto in queſt'anno di ſcoprire non pochi Bozzoli della ſua Moſca Roſiſega, vicino ad una pianta della Roſa bianca maggiore, mentre io ſtava movendo la terra dintorno a' Gigli, ed oſſervando ſe venivami fatto di vedere alcun Bozzolo, od altra ſorta di coſa, che mi additaſſe queſte Cantaridi. Egli è però più che certo, ch'eſſe dalla terra ſe n'eſcono, come pur fanno e altre Cantaridi, e Scarafaggi, e tanti altri Inſetti, che tutto giorno vediamo, dal che preſero fondamento gli Antichi, e tanti ancora de' Moderni, che innocentemente andarono dietro loro, di credere, che queſti dalla terra ſi generaſſero. Cantò perciò il buon *Lucrezio*: (De Rer. Nat. l. 2.)

Quippe videre licet vivos exiſtere vermes
Stercore de tetro, putrorem cum ſibi nacta eſt
Intempeſtivis ex imbribus humida tellus.

Così, *Plinio* (Nat. Hiſt. l. 11. c. 33.) dopo aver detto, che molti degli Inſetti naſcono dalla rugiada, altri dalla pioggia, altri da' legni, va ſeguendo: *Alia rurſus generantur ſordibus aridi Soli, poſteriorum crurum laſcivia petauriſtarum; alia pulvere humido in cavernis, volucria*. E niente meglio dimoſtra di aver capito la verità *Ariſtotile* in più luoghi, ma ſpecialmente (*Hiſtor. Anim. lib. 5. cap. 16.*) ove ſcriſſe: *Alia ex cano, aut fimo putreſcente oriuntur; alia in lignis*, &c.

Digitized by Google

&c. Nella stessa materia fra' più recenti infelicemente credette, e scrisse *Giovanni Jonstono:* (Taumac. Nat. cl. 8. c. 1.) *Generant nonnulla, sed non sui generis; verum vermiculos tantum; illaque non ex animalibus, sed ex humidi, & sicci orta putredine.* E fra' moderni, per finirla, anche il tanto celebre Padre *Buonanni*, che con sì grande sollecitudine, ed attenzione investigò per altro gli arcani tutti della natura, volle sostenere sì forte la generazione degli Animali dalla putredine; benchè in ciò siasi scostato tanto dal vero, quanto lo dimostrano esaminando le sue ragioni, ed esperienze, ed alle medesime rispondendo di recente il dotto *Nigrisoli* (*Confid. int. alla gen. de' viv.*), e prima di lui il celebre Francesco *Redi*: (Osser. int. agli Anim. viv. ne' viv.) al quale specialmente molto dobbiamo, per esser lui stato fra' primi, che lasciati gli antichi scrupoli, ci additasse strade migliori, per iscoprire secondo la verità le produzioni, e le metamorfosi di questi viventi.

V. Guardi V. S. Illust. nella *Tav.* 1. *fig.* 1. e vedrà quivi *a* al naturale disegnata la sopraddetta Cantaride. Ha essa tutta la schiena colorita di un liscio e vivo cinabro; il ventre poscia, la testa, e le gambe tinte di un profondo, e lucido nero. Porta sulla fronte due corna, o dicansi con più acconcio vocabolo Antenne; giacchè così veggo chiamarsi le corna degli Insetti per fin da *Aristotile* (Hist. Anim. l. 4. c. 7.). Sono queste composte di dieci nodi, de' quali i tre primi *a*, *Tav.* 1. *fig.* 2. che più riguardano il cranio, sono minori, e di struttura differenti; gli altri sette *b* molto maggiori, ed eguali fra loro; e dall' ultimo pare che n' esca una certa punta *c*, in cui le stesse Antenne finiscono. Ho voluto rappresentargliene una molto ingrandita da un buon Microscopio, perchè ella osservi specialmente l'articolazione de' nodi medesimi, e la fabbrica loro, parendo gli stessi coperti di lunghe setole, o peli.

VI. Quattro sono le ali di questo Insetto, due membranose *Tav.* 1. *fig.* 3. con per entro quella tessitura di tendini, o muscoli che tiensi, come nella Figura apparisce; e *Tav.* 1. *fig.* 4. due cartilaginose: di cui lo provide la natura per riparo delle due prime più deboli, com' ella pur fece con altre Cantaridi, e con gli Scarafaggi, onde scrisse *Plinio*: (Hist. Nat. l. 11. c. 28.) *Quibusdam pennarum tutela crusta supervenit, ut Scarabeis, quarum tenuior, fragiliorque penna*, &c. E nello stesso senso prima di lui anche *Aristotile*; (Hist. Anim. l. 4. c. 7.) *Ex volucribus* (parla degl' Insetti) *alia pennas crusta superveniente, quasi vaginam, inclusas gerunt, ut Scarabai*, &c. Dalle quali parole de' mentovati Scrittori raccolgo, chiamarsi col nome di Penne una cotal sorta di ali; onde poi appresso *Giovanni Jonstono* (Taumac. Nat. 8. cl. 8. c. 1.) veggo chiamarsi gli Scarafaggi *Vaginipennes*, col qual vocabolo chiamar si possono anche le nostre Cantaridi, ed ogni altra somigliante specie d'Insetto.

VII. Tutto il tratto delle sopraddette due Ali cartilaginose è punteggiato *Tav.* 1. *fig.* 4. gentilmente di *a* bucolini, a linee quasi parallele fra loro disposti, e questi, ove contro il lume l'Ala stessa si ponga, veggonsi corrispondere anche nella parte di sotto della medesima. Pare perciò, che sien' essi come tanti fori aperti; se pure non fossero guardati da una tenuissima e trasparente membrana, il che sembra essere, se attentamente si osservino col microscopio: Nè per altr' uso credo sieno stati dalla Natura formati, se non perchè passi per li medesimi alle parti più interne dell' Insetto l' aura vitale delle rugiade, la quale altrimenti alle stesse non giugnerebbe, quando loro

Digitized by Google

non permettessero questi a certa guisa l'entrata. Io congietturo dunque, che quella corteccia così traforata serva di un certo vaglio, o filtro, per cui non ne passi se non la parte più sottile, e più pura, ed in conseguenza la più benefica. Nè si dee credere inverisimile, se ben mi appongo, che cerchino questi nostri Insetti l'esterno refrigerio delle rugiade, quando ben si considera, di quanto pro queste sieno a tanti generi d'Animali. Imperciocchè, per lasciare l'erbe, e le altre Piante, che dalle stesse mirabilmente fecondansi, anzi senza di esse si avanzano o poco o nulla, sappiamo che alcune sorte d'Insetti di rugiada sola nudrisconsi. Onde tengono molti per certo, che questa siasi uno de' principali cibi delle Farfalle, e di tanti altri piccoli animaluzzi, proveduti dalla natura per questo effetto di lunghe, e dilicate Proboscidi, fra' quali distintamente si contano le Cicale, come lo dissero e *Plinio* (Nat. Hist. l. 11. c. 26.), e *Virgilio* (Eglo. 9.), e prima di loro *Aristotile* (Hist. Anim. l. 4. c. 7.). Lo stesso fu creduto da alcuni per fin delle Chiocciole; ond'ebbe a dirne *Plauto* (Captiv. A. 1. S. 1.) *Cochlea in occulto latent: Suo sibi succo vivunt, nos si non cadit*. Anzi a questo proposito ho molte volte anche in altri tempi osservato, specialmente nel mese di Maggio, in cui per questi nostri giardini di Venezia v' ha di ordinario una particolar copia di Farfalle bianche, listate di nero per entro l'ali, che nelle mattine succedenti ad una notte serena e rugiadosa veggonsi esse posate sulla parte superiore delle foglie degli alberi, colle ali aperte, ficchè ne resti tutto il lor corpicciuolo scoperto; ma nelle piovose stansi appese alle parti di sotto delle foglie medesime, riparandosi a questa guisa dalle ingiurie delle piogge, e de' venti. Puossi credere ancora, che i bucolini suddetti servano di meati al solo passaggio dell'aria, acciò si porti per quelli ad irrorare le parti coperte dell'animale, le quali altrimenti o nulla ne riceverebbero, o molto poco di beneficio. Io per verità non ho vedute queste Cantaridi colle ali spiegate, se non molto di rado; e se mi è riuscito alcuna volta, non però molto facilmente, di farne volare alcuna, holla veduta subito ritornare a posarsi. Non sarà perciò forse fuor di ragione il credere, che essendo queste sì tarde al moto, e per conseguenza ancora a somministrarsi il beneficio dell'aria, abbian sortito tanti come spiragli, per mezzo de' quali possano godere della introduzione di quella, il cui refrigerio sì necessario a tutti i viventi sanno molto bene gli altri animali acquistarsi, o collo spiegar, e col batter dell'ali, o col volo.

VIII. Le gambe delle nostre Cantaridi sono sei, numero ordinario in somigliante sorta d'Insetti. (*Tav. 2. Fig. 2.*) Sono attaccate al ventre con un grosso capo nodoso (*a*), da cui principia la parte loro superiore, che possiamo chiamare la coscia, la quale più gracile nel suo principio si va poscia ingrossando, finchè arriva all'articolazione (*b*), con cui al Fusolo (*c*) si congiugne. Questo è sottile assai, e va a terminare nel Piede, ch'è composto di tre nodi (*d*), fra il secondo ed il terzo de' quali (*e*) esce, non so se dir debbo un dito, oppure un'unghia assai curva (*f*) dalla cui sommità notabilmente più grossa dell'altro estremo spuntano due sottilissimi uncini (*g*), mediante i quali questi animaletti con tutta fermezza ad ogni cosa si attaccano. I tre nodi sopraddetti, che formano il piede, sono tutti armati di minutissimi peli, simili appunto a que' medesimi, che vestono anche le loro antenne: ed oltre a que-

sti

ſi veggonſene per le altre parti della gamba ſteſſa alcuni altri più lunghi, aſſai rari però, anzi nella parte ſuperiore rariſſimi. Reſta da eſaminare la bocca; e queſta è guernita di due piccole Tanagliette, vicino alle quali pendono que' due corpicciuoli, comuni a tante altre fatte d'Inſetti; i quali, ſe ben mi ricorda, accennommi altre volte V. S. Illuſtriſs. eſſere certi ſtrumenti ſenſorj, con cui gli ſteſſi vanno eſplorando ciò, che appetiſcono, ed a cui vicino ſi portano.

IX. Uſcite appena di terra queſte Cantaridi ſi danno ſubito a proccurare l' opera della generazione, e del propagare la propria ſpecie. V'ha qualche piccola differenza fra i maſchi, e le femmine; mentre quegli ſono alquanto più gracili, e queſte hanno la ſchiena ſenſibilmente più lunga, ed il ventre più gonfio. E per verità, ſe anche appena uſcite ſi taglino, ed internamente ſi oſſervino, veggonſi già pregne di molte uova, raccolte tutte in un lungo condotto, o dir vogliamo Tuba, formata da una tunica ſottiliſſima, e traſparente, che le riceve, ed involve, in guiſa però che l'un' uovo ſi ſtia dopo l'altro; e così appunto l'un dopo l'altro ſe n'eſcono, ove ſi prema il condotto medeſimo, come ho ſperimentato più volte. Il che non ſolamente in queſti animali mi venne fatto di oſſervare, ma in una pure di quelle grandi Farfalle notturne colle ali occhiute, in cui, non ſenza ſtupore, contai, non ha molto tempo, ben quattrocento e più uova, della mole di un grano di miglio, rinchiuſe in un'Inteſtino lunghiſſimo, e diſpoſte in maniera, che pareano tutte infilate. Nelle noſtre Cantaridi ne ritrovai intorno al numero di venti per ciaſcheduna, tutte della figura, e grandezza medeſima, della quale ancora veggonſi eſſere poichè ſono ſtate depoſte. E queſta sì ella ben parmi una viva, e gagliarda pruova per avvalorar l' opinione intorno all' eſiſtenza dell' ovaja nelle Femmine di ciaſcun genere d' animali, in cui ſtianſi collocati dalla natura nella creazione, o produzione della madre medeſima i piccoli feti, che dee eſſa poi partorire; onde il ſeme del maſchio, che vi s' inſinua, non ſerva già a formare gli ſteſſi, come fu una volta creduto, e da altri ancora ſi crede, ma ſolamente a fecondargli, e ad introdur ne' medeſimi que' principj, che dieno ſpirito e moto alla vita. Imperciocchè egli è certiſſimo, che queſte uova ſi oſſervano prima ancora che il maſchio e la femmina fra loro ſi uniſcano; e molte volte ho veduto accadere, non in una ſorta ſola d'Inſetti, che quando la copula tendente alla generazione non ſia durata la dovuta miſura di tempo, altre delle uova, che poi ne naſcono, reſtano fecondate, ed altre non già: il che toſtamente dal lor calore ben ſi comprende, come ed io notai della ſopraddetta Farfalla, e l'oſſervano tuttodì anche le femmine ne' vermi comuni da ſeta.

X. Hanno i noſtri Animali la propria maniera di congiugnerſi, ſimile veramente a quella delle altre Cantaridi, ma differente da quella di molte altre ſpecie d'Inſetti. V. S. Illuſtriſs. mi additò, e mi fece oſſervare una volta la curioſa copula di una certa razza di Cevettoni, le cui femmine portano il ſeſſo ſopra la ſchiena. La ſua Moſca Roſiſega lo tiene per lo contrario nel mezzo del baſſo ventre, onde i maſchi debbono lor farſi al di ſotto. Le Farfalle oſſervanſi l'una contro l'altra attaccate, e nella maniera medeſima le Cimici, che ſi dicon terreſtri: Tanti altri poſcia in varie altre guiſe, che quì tralaſcio, baſtandomi l'averne alquante accennate, per dimoſtrare, che andò errato *Ariſtotile*, (Hiſt. Anim. l. 5. c 8.) allorchè diſſe, generalmente parlando, *Inſecta aver-*

averſa coeunt. Nelle noſtre Cantaridi dunque il Maſchio (*Tav. 1. Fig. 5.*) cuopre la femmina; ed in queſt'atto holle io vedute durare fino ad una intiera giornata. Egli è ben vero però, che non attendono alla generazione in tutto quello ſpazio di tempo, in cui così accavallate ſi ſtanno; ma ſi compiacciono ſolamente, come credo, di quel sì lungo contatto, o con eſſo forſe diſpongonſi a

Quel piacer, che ogni amator più brama; (Arioſt. Orl. C. 1. St. 51.)

od altro ſieſi l'iſtinto, che a così far le conduce. E non è men vago ſpettacolo intanto vedere i maſchi muover ſovente le due gambe anteriori, e ſtrignere con un certo quaſi abbracciamento le lor compagne, onde di ognuno d'eſſi par che ſi poſſa dire coll'accennato Poeta (*C. 7. St. 27.*), che

Sino agli occhi ben nuota nel golfo
Delle delizie, e delle coſe belle.

Quando poi vogliono paſſare alla copula, diſcendendo per la parte diretana della femmina, ſi avvicinano al ſeſſo di quella, e v'introducono lo ſtrumento della generazione, che ſta collocato nell'eſtremità del lor corpicello, diſotto al foro degli eſcrementi. Parmi, eſsere queſto ſtrumento di una forma non poco curioſa; onde lo rappreſento a V. S. Illuſtriſs. diſegnato prima (*Tav. 2. Figura 4.* al naturale, poſcia, perchè meglio poſſano eſprimerſi certe minute particolarità, (*Tav. 2. Fig. 1.*) ingrandito, come più ho ſaputo riconoſcerlo, dal microſcopio.

XI. E' queſto per tutto quaſi il ſuo tratto cilindricamente ritondo, alquanto però piegato e curvo; e va a finire in una punta aſsai acuta (*a*), la quale incomincia da un capo (*b*) ſenſibilmente più groſſo di tutto il rimanente del membro medeſimo. Sembra perciò, ch'eſſo a niuna coſa raſſomigliar più ſi poſſa, che ad un collo con teſta e roſtro di Occa, o di Gru. E' dotato di una ſoſtanza nervea, ed il ſuo color'è nericcio. Attaccata allo ſteſſo ſta una certa come veſcichetta (*cd*), di ſoſtanza men rigida, e di color molto chiaro, che noi diremmo incarnato, nella quale va a metter capo, dov'ella col collo dello ſtrumento ſteſſo confina, un lungo Vaſo (*fe*) la cui origine veramente io non ho ſaputo ſcoprire. Ho bensì in molti e molti ſempre oſſervato, diramarſi da queſto un'altro Vaſo aſsai più brieve (*gi*) tendente alla Veſcica medeſima; anzi in uno de' ſtrumenti ſuddetti, che mi è riuſcito di eſtrarre più felicemente, ho veduto dividerſi lo ſteſſo Vaſo minore in due altri rami più piccoli (*bi*), all'occhio nudo appena ſenſibili, e con tutti e due ſcaricarſi eſſo nella detta Veſcica. L'uſo di queſti Vaſi, quando ſapeſſimo ſcoprire il principio del ſopraddetto più lungo, potrebbe con ſicurezza, e facilità ſtabilirſi: Io però, per dir quello che mi do a credere, penſo, a null'altro ſervire i medeſimi, che alla fabbrica, ed al conducimento del ſeme, che dee poſcia paſſar per lo membro. Certamente il Vaſo maggior (*fg*) in alcuni ſiti (*k*) moſtra certe dirò glandulette, dalle quali ſi preme un liquore albuminoſo; ſicchè pare che in certa guiſa eſſo ſerva all'officio di Preparante, come altresì i due minori a quello di Deferenti; e però la materia ſeminale diſpoſta nel Vaſo (*fg*) ſi porti per (*gi*) nell'accennata Veſcica, come in uno ſeroto, dove o teſticoli, o ſimili altri ordigni contenganſi per lo lavoro del ſeme ſteſſo; indi ritornando forſe per (*b*) vada a ſcaricarſi per (*ge*) nel principio della Veſcica medeſima, per le

cui

Digitized by Google

cui vie poscia passi nello strumento, che a quella veggiamo attaccato. E benchè la minutezza dell'Animale non permetta che distintamente si scorgano tutte quelle parti, che servono ad una sì bella meccanica, non sarebbe fuor di ragione però il creder forse, che i Vasi (*hg*) corrispondano col Vaso (*ge*) mediante qualche altro insensibile canaletto attaccatogli, ed affiancato a lui camminante, nella stessa maniera che negli ordigni della generazione delle Chiocciole, osservati dall'ingegnosissimo *Redi*, (Osserv. int. agli Anim. viv. ne' viv.) lungheſso il loro Canale spermatico se ne vede un'altro assai più sottile, che lo accompagna. Ovvero, quando più nuda, e più semplice vogliamo supporre la cosa, e non essere così facili a farla da visionarj, può egli forse essere, che dal Vaso più lungo, per tante bocche, quante sono quelle degli altri minori (*ehi*), passi la materia spermatica nella Vescica, dove si lavori e perfezioni; indi col mezzo de' meati di quella nel membro stesso tramandisi.

XII. Compiuta l'opera tendente alla generazione, incomincia tostamente la femmina a deporre le uova, delle quali sta pregna. Un'affrettamento così sollecito mi venne fatto di osservar bene spesso in quegl'Insetti, che ne depongono in molta copia, e specialmente nelle Farfalle; benchè paja, aver ciò inteso *Aristotile* (*Hist. Anim. c. 19. l. 5.*) di tutti quanti gl'Insetti stessi, con quelle parole, de' medesimi favellando, *Brevi a coitu pariunt*. Me ne rendo di ciò la ragione qualor considero e la struttura, ed il sito degli strumenti femminili serventi alla generazione, scoperti già, e tanto esattamente descritti dal celebre *Marcello Malpighi*. (Disser. Epist. de Bombyc.) E sebben questi furono dallo stesso osservati nella Farfalla del Verme da seta, io mi persuado però, che o simili onninamente, o molto poco differenti sien quegli ancora delle nostre Cantaridi, e di altri somiglianti animali. Osserva egli dunque, come a V. S. Illustriss. ben'è noto, nell'utero della suddetta Farfalla due sorte di rami, o condotti; l'uno alquanto largo, ma breve, per cui mezzo entra nell'utero stesso il seme vibrato dal maschio; l'altro più lungo, per lo quale in certa guisa vien isgorgato il medesimo seme al ramo maggior dell'Ovaja. Perciò le uova, generate e cresciute già dentro alle interne cavità della stessa, portate dal moto peristaltico di quella al tronco o ramo suddetto, di mano in mano che per di là van passando, ricevono dal seme, che in certo modo le aspetta, una certa aspersione, che le feconda; onde poscia, mediante certo sugo, che sta raccolto in un certo sito particolare, e forse ancor quello di una come Vescica, amendue corrispondenti col detto ramo, se n'escono per lo forame dalla Natura a ciò destinato. Quindi osservò l'Autor sopraddetto, che tagliato l'utero di una di quelle Farfalle, dopo esserſi congiunta essa col maschio, e levate dalle Tube le uova, che non erano ancor discese a quel primo ramo dell'Ovaja, queste impiccolirono, e si seccarono, senza mai rendere alcuna prole; e per lo contrario un'altro uovo, preso nel tronco stesso, vicino alla bocca dell'utero, conservossi gonfietto, e diede segno sicuro di esser fecondo. Ora dovendo una sì lunga schiera di uova passarsene ad uno ad uno per lo stretto ramo dell'Ovaja, e quivi ricevere l'aura seminale, egli era di molto uopo, che questo passaggio tostamente seguisse dopo la vibrazione del seme maschile nell'utero. Il che quando altrimenti accadesse, correrebbero le uova stesse tutto il pericolo di rimanersi infeconde; poichè il seme troppo

lunga-

Digitized by Google

lungamente ivi fermo perderebbe lo ſpirito più vivace, e renduto languido e debole, ov'eſse tardaſsero ſoverchiamente ad uſcire, non potrebbe più irrorarle con tutta quell'aura, ch'è neceſsaria. Ha voluto dunque l'alta providenza della Natura, che quanto maggior numero di uova doveva uſcire, tanto più ſollecitamente ciò ne ſeguiſse; perchè queſte così poteſsero, nel paſsar per lo tronco accennato, ritrovare il ſeme recente, ed in conſeguenza più vigoroſo.

XIII. Le uova delle noſtre Cantaridi ſono della grandezza, di cui le dimoſtra la *Tav.* 1. *Figura* 1. e la *Figura* 7. della *Tav.* 2. le rappreſenta ingrandite. Sono, com'ella vede, di forma lunga, e ritondetta, coperte di una lucida, e traſparente membrana; e contengono una materia fluida, di colore gialliccio, o ſia roſso lavato, con cui ancora eſternamente appariſcono. Sono sì ſottili, e sì morbide, che a prima giunta pajono anzi tanti Bruchetti, ſicchè ſolo il vederle immobili diverſamente fa credere. E benchè per lo più le uova, che preſto ſchiudonſi, ſogliano tutte avere una pellicella molto arrendevole, nientedimeno non mi è accaduto ancora di oſservarne altre mai che l'abbian più tenera, o più delicata. Dirò ſolamente, che hanno in ciò qualche ſorta di ſomiglianza colle noſtre quelle della Cantaride dell'Aſparago Ortenſe, la quale con ingegnoſiſſima induſtria fatto un piccolo bucolino, ora nel gambo, ora, ciò ch'è più mirabile, in alcuna di quelle ſottiliſſime foglie, quivi le depone, e le pianta in maniera, che vi ſieno fitte per una delle loro eſtremità, rimanendone al di fuori, e ſcoperto tutto il reſtante. Non ho mai veduto le noſtre a deporle ſulla ſuperficie di ſopra delle Foglie del Giglio, ma sì bene ſempre ſu quella di ſotto; e ciò perchè ſtienſi in tal guiſa meglio difeſe dalle ingiurie delle pioggie, e dall' altre eſterne violenze, con quel comune provedimento, che hanno tutti quanti gli Animali, come ben notò V. S. Illuſtriſs. nel dottiſſimo (*Tratt. de' ver. ord. nel corp. um. p.* 46.) ſuo Trattato de' Vermi, di naſconder', ed aſſicurare colla ſollecitudine più gelosa i lor parti. Eſcono perciò queſte uova dal ventre della madre tutte intriſe di un certo liquore lubrico e glutinoſo, il quale ſerve non ſolamente a facilitare la loro uſcita, ma a tenerle ancor attaccate alle foglie perchè non cadano; e ſovente anche ad unirle inſieme, ove accada che la Cantaride tutte, ſenza moverſi punto di luogo, vadale deponendo.

XIV. Dopo lo ſpazio di giorni quindici, e più e meno però, giuſto il maggiore, o minor caldo della ſtagione, sbucano dalle ſuddette uova i Bruchetti; o per dire ciò, che più vero eſſer mi ſembra, diventano queſte uova medeſime tanti Bruchetti. Certamente, per quanto io mi ſia ſtudiato di eſaminare, non emmi riuſcito mai di vedere alcuna corteccia, o ſpoglia di uovo rimaſta, da cui paja che i ſopraddetti ſienſene uſciti, come altrimenti pur' e' ſi vede, dopo ſchiuſe le uova di tante altre fatte d'Inſetti. Gli ſteſſi dunque, che comparivano prima corpicelli minuti, fermi, ed attaccati alle foglie, que' medeſimi dico, niente alterati di forma, di colore, di ſpoglia veggonſi muovere lentamente, e roſicchiare la buccia più tenera, ſulla quale ſi poſano; non potendo ancora per la debolezza de' lor ordigni penetrare tutta la ſoſtanza delle foglie ſteſſe, fino alla ſuperficie oppoſta di ſopra. Curioſa coſa è il vederli ne' primi giorni, finattanto che ſono ancora minuti, ove ſpecialmente in qualche copia inſieme uniti ſe ne ritrovino, tutti caminare con egual ordine, ed

a gui-

Digitized by Google

a guisa di un ben regolato drappello marciare a passo lento e concorde. Poscia, quanto più vanno crescendo, tanto più ancora si scostano l'uno dall'altro; e perchè hanno uopo di un nutrimento abbondante, si dividono il campo, e la preda. Sogliono per lo più incominciare a cibarsi dell'estremità delle foglie, e andarsele divorando a cammino retrogrado tutte interamente, fin dove allo stelo si attaccano.

XV. La grandezza di questi Bruchi, quando sieno affatto cresciuti, il che per lo più nello spazio di quindici giorni suole avvenire, si è quella, che viene rappresentata dalla *Figura* 8. della *Tavola* 1. e la forma loro si vede ingrandita nelle *Figure* 6. e 7. della *Tavola* stessa, e nella terza della seconda. Hanno sei piedi, come nella detta *Figura* 7. e meglio nella 6. apparisce, armati di un sottilissimo uncino biforcato, con cui si attaccano; e sono di color nero, come n'è pure il piccolo loro capo, cogli omeri. Oltre a' sei sopraddetti veggonsi nella parte di sotto di tutti i loro anelli, o segmenti, nel sito che a diritta linea co' piedi medesimi corrisponde, due, le dirò (*a*) caruncule, per ciascheduno, fatte a sembianza come di mammelle, e composte della stessa sostanza de' Bruchi. Anche queste servono loro a uso di piedi; con queste si muovono, con queste parimente si attaccano. I segmenti ora mentovati sono undici; e questo è il solito lor numero in tutti i Vermi, come dal celebre (*Dissert. Epist. de Bomb.*) *Malpighi* fu già osservato. Al primo di questi si congiugne il capo; all'ultimo una certa pendice (*a*) in cui questi Bruchi finiscono. (*Tav.* 1. *fig.* 7.) Ogni anello sembra suddiviso in due altri minori, col mezzo di altrettante insolcature, o canaletti (*b*), che circondando il dorso dall'un fianco all'altro camminano; e sotto ad essi, nella regione più bassa (*Tav.* 2. *fig.* 3.) de' fianchi, scorgonsi certe nere macchiette (*a*), situate appunto nel mezzo de' suddetti anelli maggiori; delle quali sul primo e secondo due (*b*) se ne veggono, negli altri una sola per ciascheduno. Osservate queste attentamente coll'ajuto del microscopio, veggonsi essere tanti piccoli bucolini quasi ritondi, i quali ad altro, come credo, non servono, se non ad introdurre l'aria nelle Trachee, che loro corrispondono internamente. Furono vedute chiaramente queste Trachee dal diligentissimo *Malpighi* ne' Bruchi delle sue Farfalle: e le medesime, quanto è a me, puossi credere che si ritrovino negli altri Bachi, anche minori, e per conseguenza in que' pure delle nostre Cantaridi, ne' quali veggiamo ed esternamente i medesimi neri punti, e internamente il movimento di costrizione, e dilatazione in tutti quanti gli anelli del Bruco stesso. Questo movimento poi hollo io sempre osservato nella maggior parte de' Bruchi; come pur ne' medesimi, ove l'occhio ha potuto giugnere, mi è venuto fatto di vedere i sopramentovati neri puntini, per chiara pruova, che abbian costoro un grande bisogno di trarre in sè l'aria esterna; come altresì hanno copia tale di vasi, con cui riceverla, che la mole maggiore delle lor viscere, toltone il solo Ventricolo, dai medesimi vien formata.

XVI. Ma per non dipartirsi dall'esamina de' nostri Bruchi, sono essi coperti di una pellicella lucida, e trasparente, per cui traluce l'interna loro sostanza, ch'è tutta di colore rosso lavato, alquanto però più carico di quello dell'uova suddette della Cantaride. Per lo lungo della schiena, dal secondo fino all'ultimo anello, (*Tav.* 1. *fig.* 7.) si vede una certa striscia (*de*) di colore inclinante al nero, il quale a prima giunta pare che venga renduto sotto a

Digitized by Google

quella diafana cute dal ventricolo, quivi collocato, e tinto di un color verde oscuro assai carico, a cagione del cibo che vi sta dentro: Osservandosi però questa striscia medesima, anche quando i Bruchi non mangiano, anzi ancora quando sono stati qualche giorno senza mangiare, allorchè vogliono chiudersi nel proprio bozzolo, forza è credere, che altra sieno la cagione, che la produce. A mio parere perciò non è questo un colore, che la suddetta striscia porti in se stessa, ma solo una cotale riflessione di luce in quel sito, renduto più opaco da' margini che lo rinserrano. Imperciocchè non istendendosi quivi sopra nè quella ramificazione di Trachee, che dall' una parte, e dall' altra riempiono un grande spazio di quel piccolo corpo, nè altra sorta di sostanza, resta una certa cavità, nella quale immergendosi la luce viene a rendere quel colore, che altrimenti men oscuro comparirebbe, quando la stessa non si profondasse a quel segno. Pare dunque per mio giudicio, esser quivi un certo pezzo di canaletto, o di solco, che qual confine dalla natura a ciò destinato, divida la parte destra dalla sinistra delle Trachee sopraddette. Ed invero, come col beneficio di quella trasparente membrana l' interno moto delle viscere si discerne, così vedesi seguir esso nell' una parte dalla sinistra alla destra, nell' altra dalla destra alla sinistra, allontanandosi l' una parte dall' altra col moto della dilatazione, e con quella della costrizione riavvicinandosi. E in questo movimento, ove attentamente si osservi, vedesi ancora, che per lo più le nominate Trachee nel restrignersi, e riunirsi non passano oltre la striscia accennata; dico per lo più, perchè ne' moti violenti alcuna volta la trapassano, ed avanzasi l' una parte fuori del suo confine in quello dell' altra; nel qual caso la striscia più non si scorge. Onde chiaro parmi, essere quello un colore non innato su quella parte del dorso, ma prodotto dalla riflessione della luce, che va a percuotere in un sito più profondo, e più vuoto. In tal guisa mi sembra che spiegare si possa il fenomeno di questo moto, e di questa striscia nera accennata; confesso però a V. S. Illustrissima, che non sono mica in ciò quieto interamente, e non sono libero da' miei dubbj. Il già mentovato, e da mentovarsi con lode sempre famoso *Malpighi*, vide o le stesse; o somiglianti cose anche nel suo verme da seta, ed osservò pure ciò, che nello stesso nostro si scuopre, essere più sensibile il moto medesimo nelle parti inferiori, e più vicine alla coda, che nelle più alte. Vi seppe ancora distinguere con sottilissima notomia un lungo Tubo, o sieno un corpo diviso in più Tubuli ovali, collocato per lo lungo del dorso, fra i rami già detti delle Trachee, e per conseguenza nel sito appunto, dove nel nostro Bruco la sopradetta striscia apparisce. Pare perciò nella meccanica, ch' egli suppone, altro non essere il movimento che ho già spiegato, se non la pulsazione del cuore dell' Animale; ma sembrando a me, che questa diversamente succeda, e volendo i sentimenti nostri superbi cozzarla in tali fatte di osservazioni col raziocinio, non posso rimaner persuaso; che sieno quello un moto del cuore: sembrami anzi fuori di ogni dubbio, che sia de' polmoni, irrigati, e gonfi dall' aria, che n' entra, ed esce col mezzo di que' bucolini laterali, che ho riferiti. Come però non ardisco di stabilire una opinione, che sia contraria a quella di sì grande Uomo, così me ne rimetto interamente al parere stimatissimo di V. S. Illustriss. che, ove senta diversamente, potrà correggere la mia opinione, e suggerirmi altri lumi, e fondamenti migliori per non errare.

XVII.

Digitized by Google

XVII. Oltre al moto accennato di costrizione, e dilatazione, se ne osserva un'altro peristaltico assai gagliardo, e continuo nell'Intestino, che va a scaricarsi nel forame degli escrementi. Giace questo forame, con una maniera particolar, e distinta da quanti Insetti io mai abbia veduti, non nell'estremità già del ventre, dove sogliono gli altri averlo, ma sopra (*Tav. 1. fig. 7.*) la schiena, nell'ultimo anello (*c*) verso la coda. Esce dal sopradetto continuamente una mucilagine molto densa, di color verde oscuro, la quale dal movimento, con cui si apre, e si chiude il foro medesimo, viene spinta anzi all'insù; indi dal moto, che fanno i muscoli della schiena nelle varie piegature de' suoi segmenti, è portata alla parte più convessa, ed alta della schiena medesima; donde poi, come da un pendìo, va cadendo per tutte le parti. Ella è, per dir vero, cosa di maraviglia il veder uscire questo escremento, e spanderfi in tanta copia, che non solamente restane il Bruco (*Tav. 1. fig. 9.*) intriso, e coperto, ma carico ancora, e nascosto in guisa, che chiunque l'osserva senza saperlo, non può immaginarsi mai quivi essere un verme, che si muova, e che mangi. Nel contemplar questi nostri parvemi di vedere appunto que' riferiti dal *Redi*, (*Esper. intorno alla gener. degl' Insetti*) i quali andavano voltolandosi nella poltiglia della Zucca infracidata, *che appoco appoco attaccandosi loro addosso gli ricopriva tutti, fino a tanto che pareano tante piccole zolle di terra*, &c. E quì in passaggio parmi di accennare a V. S. Illustris. che non capisco cosa egli intenda per *seconde uova*, quando dice, che i Bachi allora erano *vicini a fermarsi, ed a convertirsi nelle seconde uova*. Null'altro, per mio parere, erano vicini a fare allora que' Bachi, se non ad incrisalidarsi, per poi ritornarsene al primiero stato di mosche. Perciò raggrinzandosi essi in quell'atto, e riducendosi ad una figura molto inclinante all'ovale, come nella formazione delle crisalidi sogliam vedere, specialmente se quegli nel proprio bozzoletto si chiusero, fu creduto, che quelle si fossero nuove uova, dalle quali sortir dovessero poi le mosche. Non istupisco però, che l'accennato celebre Autore abbia preso qualche piccolo abbagliamento; mentre entrato egli, come in un nuovo mondo, nella nuova Filosofia naturale intorno a questa produzion di viventi, non potea riconoscere interamente quanto mai gli si parava dinanzi in una materia, per cui bene intendere, nuovi principj, e nuovi vocaboli si voleano; nè più cadeva a proposito quanto aveva egli letto sopra gli Antichi, o quanto poteano avergli dettato le Scuole.

XVIII. Questi nostri Bruchi sono ingordissimi divoratori, e sono uno sterminio totale de' Gigli, a' quali divorando fieramente le foglie, fanno che anche il Fiore medesimo ne patisca. Nè men di voracità era necessaria per trattenere uno scaricamento così copioso; o meno di facilità a scaricarsi dovea corrispondere ad una sì arrabbiata ingordezza. Perciò la natura, che voleva scherzare ancora in questa distintissima sorta di vermi, li provvide di un cibo proprio per agevolare l'una e l'altra delle suddette operazioni. Imperciocchè a ciò nulla meglio servir potendo, che una materia tenera ed abbondante di sugo, a questo effetto scelse essa il Giglio, le cui foglie sono sì vaste, e sì piene, che da' Botanici (*Histor. plant. Lugdun. lib. 15. c. 1.*) vengono chiamate carnose. Osservò ancora *Teofrasto*, (*de caus. plant. lib. 1. c. 1.*) abbondare il Giglio di gran copia di umido, mentre lo novera fra quelle Piante, *quarum radices, rami, ligna, caulesque plantis abscissi servare suum vitale principium possunt;*

sunt ; ita ut ad germen etiam excitandum movere se valeant. Fu ciò notato dallo stesso *Aristotile* (*Problem. sect.* 20. *qu.* 26.) ed in confermazione ben può servire ciò che riferisce il *Gesnero*, e che dietro a lui fu osservato dal *Tournefort*, (*Instit. Rei Herb. cl.* 9. *sect.* 4. *Gen.* 3.) ove scrisse: *Lilii albi caulis cum floribus amputatus, & suspensus, auctore Gesnero, semen profert ; quod feliciter etiam Parisiis sæpe expertus sum*. Per qual cagione abbia voluto poi la natura, che questi Bruchi si caricassero de' propri escrementi, contro il costume degli altri, io non saprei determinarlo ; e pure si dee credere sempre vero l'avvertimento di *Plinio*, (*Hist. Nat. l.* 11. *c.* 2.) che *in contemplatione naturæ nihil possit videri supervacuum*. Non so se fosse, perchè, essendo di troppo freddo temperamento, abbian uopo di starsene ben coperti, e difesi dalla intemperie delle piogge, e de' venti; o perchè abbia ella voluto nascondergli a chi potesse loro insultare, ingannandone a questa guisa gli occhi di chi ben'anche attentamente li guarda; o per qualche altra cagione, alla quale saprà giugnere assai meglio di me l'intelletto perspicace di V. S. Illustrissima.

XIX. Mangiano per lo spazio di giorni quindici; e quanto più vanno mangiando, tanto più ancora si ricoprono di quella sozza materia: ma quando sono vicini alla fine del tempo suddetto, vedesi chiaramente, che va cessando ancora la loro fame. E qui egli è pur da osservarsi, che quanto meno prendono essi di cibo, tanto meno a proporzione depongono di escrementi, e per conseguenza pur meno se ne van caricando: anzi incominciano a distinguersi per quelli che sono, ed a manifestare il color proprio, che già dissi essere di rosso lavato. Così, finito che abbiano di prender cibo, finiscono pure di scaricarsene; e compariscono, non già più quegl'informi ammassamenti, quasi di fango verdebruno, ma perfetti Bruchetti, che leggiadri, e snelli si muovono, vagando con certa smania qua e là in traccia del sito, dentro cui possano lavorare la sì bella trasmutazione, ed il maraviglioso passaggio dall'esser di verme a quel di Volatile. Sono i nostri Bruchi di quegli, che s'incrisalidano dentro il bozzolo, essendovene tanti altri, come ben sa V. S. Illustris. che fanno altrimenti; mentre alcuni si chiudono dentro un'altra sorta d'invoglio, come fra gli altri, certi curiosi Bachi di una Farfalletta rossa macchiata di nero, che si fermano con una maniera, e con una spoglia particolare sulle foglie del Giunco Acquatico; altri si stanno esposti, ed all'aperto, senza verun coprimento, e solamente attaccati a qualche cosa di sodo, che li sostenti, come una gran parte delle Farfalle; altri, fra l'una e l'altra sorta ora dette, si cuoprono di una certa cartilagine, come i Moscioni. Ho provato non poca difficoltà, per assicurarmi della maniera, con cui formano i Bruchi di queste nostre Cantaridi il lor passaggio; ma con replicare più volte, ed in varie guise le osservazioni, mi è riuscito alfin di conoscerla. Vennemi sempre fatto di vederli spandere dalla bocca una certa schiuma bianchiccia, dentro cui si scorgeva qualche breve, e debole filamento, non mai della fermezza di quello de' varj generi de'Bachi, che gettan seta; e questa schiuma medesima ritrovai sempre in copia notabile anche nelle loro viscere, qualunque volta ebbi talento di aprirne alcuno. Io vedea da principio, che della stessa formavano alcuni una certa tela, con cui imperfettamente si ricoprivano; altri alquanto tenacemente attaccavanla alle pareti de'vetri, ne'quali io teneali, e sotto vi si appiattavano; altri inutilmente gettavanla, e rimanean affatto scoperti. Ma quella stessa,

che

Digitized by Google

che parea lavorata con miglior senno, tuttavia sovente rompeasi, o per lo movimento interno del Bruco, o per la propria fralezza, per cui cagione, venendo forse troppo contratta, e diseccata dall'aria esterna, cedeva; ed i bachi intanto stavansi come rappresi, ed intirizziti: nè mi è riuscito mai di vederne cambiarsi di spoglia in questa guisa, se non un', o due, ma in maniera molto imperfetta. Osservando però sulle piante de'Gigli, che i Bachi stessi, dopo essersi bene sfamati, calano per lo stelo verso della radice, nè più si veggono, pensai, non poter'essi in luogo alcuno perfettamente incrisalidarsi, se non di sotto alla terra. Nè ho fallito in ciò credere; imperciocchè posta finalmente ne'vetri già mentovati una quantità sufficiente di terra minuta, e ben vagliata, ritrovai dopo due giorni molti bozzoletti perfettamente lavorati, dentro i quali que'vermi si erano già rinchiusi.

XX. Sono questi bozzoli (*Tav.* 1. *Fig.* 10.) di figura ovata, schiacciata alquanto in quella (*a*) parte, colla quale si attaccano od alle pareti, od al fondo. Il loro color'esterno è bianco perlato, come chiaramente il dimostra la parte ora detta, che non essendo intrisa di terra, porta la superficie sua naturale; dove il rimanente, imbeendosi, a cagione dell'essere molto umido, della stessa, ne riporta una certa incrostatura, che lo fa vedere di color molto oscuro. L'interno si è onninamente lo stesso; bensì più lucido, e liscio, come si è pure la parte interiore di tutti i Bozzoli de'Vermi da seta. Non sono questi nostri di molta consistenza, il che nasce dalla cortezza, e fragilità, che già dissi, sì della schiuma, di cui si formano, come ancora di que'languidi filamenti, che sono per entro la stessa, e che le comunicano quella poca fermezza, ch'ella riceve; resistono però alla compressione delle dita, purchè sia discreta, e staccati ancora da dove stan fissi, o levati di terra, si conservano senza verun detrimento.

XXI. In questi bozzoli se ne stanno i nostri Bruchi per lo spazio di venti giorni; ed intanto si lavorano nuove membra, e nuove spoglie, con una organizzazione sì varia, quanto mai, come dissi, si è differente da un Volatile un Verme. Non ho osservata mai questa, o somiglianti metamorfosi, che non mi sien'esse parute opere veramente mirabili, benchè sieno delle meno apparenti, e delle men'osservate in tutto l'ordine della Natura. E tanto più parmi questa mutazione maravigliosa, quanto non egualmente in tutti gl'Insetti, che si cambiano, la veggo avvenire, anzi nemmeno seguire nello stesso Insetto tutte le volte colle medesime differenze; con una diversità però, che è sempre costante, e che non è già figlia del caso, ma di una esattissima providenza. Imperciocchè in primo luogo la più parte delle Mosche, de'moscioni, ed alcune Farfalle terminano questa bell'opera in pochi giorni; alcune altre di queste in più spazio, come pur fanno le nostre Cantaridi, e la sua Mosca Rosisega: il Farfallone notturno colle ali occhiute vi spende ben dieci mesi. Poscia in quegl'Insetti medesimi, che due volte l'anno trasmutansi, la prima volta questa trasmutazione si fa in brieve tempo, ma la seconda in assai più, non iscappando questi dal loro bozzolo, se non dopo passato l'Inverno. Chi può dunque mai dubitare, che non entri quì pur la gran mano di quella Providenza sublime, che dispone e muove a misura della bisogna le cagioni, e gli effetti? mentre veggiamo nel caso nostro condotte due stessissime operazioni in modo, ed in tempo diverso, come se a que'piccoli Animaletti fosse instilla-

ta

ta una certa prudenza discernitrice de' tempi, onde una volta prendansi più di fretta per isbucare, un' altra o tanto più lentamente si muovano, quanto basti per differire tutto l'Inverno a cambiarsi, o tanto più tardo incomincino a farlo. Fu conosciuta, non so quanto perfettamente però, anche dagli antichi questa metamorfosi, e presso allo stesso *Aristotile* (*De Hist. Anim. l.* 5. *c.* 19.) leggiamo i vocaboli, che trasladati in latino suonano quegli di *Aurelia*, e di *Nimpha*, co' quali intendiamo lo stato de' Bruchi, mentre *coerciti, & contracti*, per usar le parole del sopraddetto, *quiescunt, nec ullo pacto moveri se patiuntur, usque dum species destinata perficiatur*. Così *Plinio*, (*Hist. Nat. l.* 11. *c.* 26.) dove parla della generazione delle Cicale, ebbe a dire: *Fit primo Vermiculum, deinde ex eo quæ vocatur tettigometra, cujus cortice rupto circa solstitia evolant*. E dove generalmente degl'Insetti favella (Lib. eod. c. 32.) *Hæc eruca, quam chrysalidem appellant, rupto inde cortice volat Papilio*. Sulle quali parole vuolsi notare ciò, che alcuni forse non avvertirono, che gl'Insetti, i quali trasmutansi, non passano immediatamente dall'essere di Vermi a quel di volatili, ma prima prendono quello di Aurelie, succedendo in essi così due volte cambiamento di spoglie. Imperciocchè di ordinario pochi giorni dappoi che lasciarono il cibo, ed incominciarono a raggrinzarsi, depongono la spoglia di Bruchi, e prendono quella di Aurelia, indi dopo determinato spazio di tempo forano quella di Aurelia, e lasciatasela dietro diventan volatili. Queste Aurelie sono una condizione di animale, per quanto alla figura si aspetta, fra il Bruco, ed il volatile, participando della forma dell'uno, e dell'altro. Ingannano perciò chi non le osserva con buon' esame; mentre suol parere, che le Aurelie medesime come si stanno vogliano diventare Volatili, veggendosi in esse rilevate quasi affatto e le Ali, e le Antenne, ed appresso quasi tutto quanto possono avere i suddetti. Ma il fatto sta, che tutte le dette parti, le quali su quella corteccia appariscono, altro non sono, se non una come stampa, sotto di cui si lavorano le membra loro corrispondenti nell' Insetto, che deve uscire, ed un certo abbozzo, e modello, su cui la Natura va organizzando con miglior mano ognun di que' membri. Parmi, che la metamorfosi degl'Insetti accennata non s'intendesse molto bene da *Teofrasto*, (*Hist. Plant. l.* 2. *c.* 9.) il quale disse, che i Culici del Fico si generano da' Granelli putrefatti di quel frutto, il che, secondo lui, da ciò si argomenta, *quod postquam evolaverunt, grana ficubus nulla penitus insunt: Evolant magna ex parte pedem, aut pennam relinquentes in pomo*. Io credo, che quanto dal medesimo venne stimato penna, o piede, altro veramente non fosse, senon la spoglia del Bruchetto, o pur della Ninfa, da cui quegli Animaletti scioglieansi; ma egli ciò ben non intese, e non seppe distinguere, come doveasi, l'una cosa dall' altra.

XXII. La scarsezza de'Bozzoli delle nostre Cantaridi, de' quali non ho potuto raccorne in quest' anno, che poco numero, non mi hanno permesso d'interamente appagarmi nell'esamina della Ninfa loro, od Aurelia. Ne ho aperti alcuni, il quinto, ed il sesto giorno dacchè erano stati formati; ed ho ritrovato in ognuno di essi gli animaletti in sembiante ancora di Vermi, solo raccorciati alquanto, e più gracili. Altri ne tagliai poscia il decimoterzo, e in quel torno; ed avean quegli allora deposta la forma di Bruchi, e presa quella, in cui li rappresentano la *Fig.* 5. e 6. della *Tav.* 2. la prima delle quali

mostra

Digitized by Google

moſtra la parte del ventre, l'altra l'oppoſta della ſchiena. Veggonſi dunque prima interamente formate le (*a*) Antenne. Spuntano queſte dal Capo (*b*) ancora informe, e che ſi ſta molto chino, e guardante il ventre; e rivolgendoſi ſubito all'indietro, a guiſa delle corna dell' Ariete, diſcendono ſopra gli omeri, e vanno a finire su i lombi (*dd*). Veggonſi pure le gambe nel ſolito numero di ſei (*c*), poſate ſul ventre ſteſso; ma sì queſte, come le Antenne ſuddette ſono alquanto più ritonde, e più tumide delle ordinarie, tutte bianchiccie, e molto tenere, e morbide. Dagli omeri eſcono due (*Tav.* 2. *Fig.* 6.) Ali, le quali non ben ſi diſtingue ſe ſieno le cartilaginee, o pure le membranoſe, mentre non ſono eſſe ancora ſpiegate, ma involte, e pendenti ſu i fianchi, del medeſimo colore bianco, di cui ſono le altre membra ora dette. Il colore poi di tutto quel corpicello ſi è roſſo, alquanto più vivo di quello del Bruco, men però carico di quello della Cantaride. Tutte queſte membra ſono così rilevate e diſtinte, che a prima giunta mi diedi a credere, non eſſere già quella l'Aurelia della noſtra Cantaride, ma la ſteſſa Cantaride ormai quaſi formata. E per dir vero, ne reſterebbe facilmente ingannato chiunque non aveſſe fatte oſſervazioni, che ſopra delle Farfalle, e di qualche altro Animaluzzo, nelle cui Ninfe ſi veggono, come diſſi, rilevate bensì alquanto le membra, ma non mai tanto, quanto le noſtre lo ſono. Nel poco numero però di altre razze di Cantaridi, e di qualche Scarafaggio, che ho potuto finora oſſervare, ho vedute le Aurelie ſempre ſomiglianti alle noſtre, e veduto ancora dalle medeſime, che pur pareano quaſi compiute Cantaridi, uſcirne poſcia le ſteſſe a tutta perfezione e di color, e di membra. E fra queſte una non meno delle noſtre curioſa mi avvenne d' incontrare già pochi giorni, ſpecialmente ſu i teneri rami della Galega, o, come volgarmente la chiamano, Ruta Capraria, benchè alcuna volta io l'abbia poi anche veduta ſopra il duro tronco del Pioppo. Anzi egli è da notarſi, che rende la ſteſſa un certo odore aſſai grave, ſomiglianteſſimo appunto a quello, che rendono le tenere boccie del Pioppo ſuddetto. Non mi è riuſcito di ritrovare alcun de' ſuoi Bruchi, eſſendo già tutti a quell'ora paſſati in criſalidi; mi ſi affacciarono ſolamente le Aurelie, le quali, mediante la prima ſpoglia del Verme, che non aveano ancor ben depoſta, ſtavano ſodamente attaccate a' rami, come già diſſi, ovvero a' tronchi accennati. Per non formarſi queſte nel Bozzolo, ma alla ſcoperta, le oſſervazioni, che intorno ad eſſe ſi fanno, rieſcono più dilettevoli, e più ſicure, vedendoſi da quelle, che a poco a poco vannoſi lavorando, e che acquiſtano quaſi intera la forma di perfetti animali, ſcappar poi fuori le vere Cantaridi, e laſciarſi addietro una ſpoglia, che ſi è una viva e perfetta immagine di loro medeſime. Sono eſſe non molto più lunghe delle noſtre, ma notabilmente più groſſe, ed hanno un certo color roſſo oſcuro. Non ſarà forſe ſpiacevole la loro iſtoria, ove rieſca di poter oſſervare i fenomeni ancora del loro Bruco. Intanto ho creduto di non perdere il pregio dell'opera nell'accennare la diſtinzione, che paſſa fra le Ninfe, od Aurelie delle Farfalle, e quelle delle Cantaridi; mentre ſi avvicinano queſte alla perfetta figura dell'animale aſſai più di quello, che dalle altre ſi faccia. E ciò non accenno io già a V. S. Illuſtriſs. per far pompa ridicola di oſſervazioni; ma ſolamente per far paleſe, che nel contemplare la bella fabbrica delle coſe create, quanto più vi ſi fiſſa l'occhio, e la mente, tanto più nuove

coſe,

Digitized by Google

cose, e più belle sempre, e più maravigliose si scoprono. Quanto imperfettamente furono conosciuti dagli Antichi gl'Insetti! Quegli che molti secoli dappoi presero di nuovo a trattare la loro Istoria, si applicarono anzi a noverarne i varj generi, e a suddividere le molte specie, che ad esaminarne le varietà, e le mutazioni; ciò ch'è il più mirabile, ed il più dilettevole in questa materia. La nostra età, più raffinata nel buon gusto del sapere, giunse anche in questa sorta di studio dove le altre non giunsero; e col mezzo di molti Ingegni perspicaci e sublimi svelò tanti arcani della Natura, mettendo in chiaro la formazione, la vita, l'indole, le mutazioni moltiplici di tutti quasi gl'Insetti, non solamente in genere, ma ancora in ispecie. E quì sarebbe egli il luogo ben'adattato per dare le dovute lodi a V. S. Illustriss. che con accurata, ed estraordinaria avvedutezza, sopra quanti hanno scritto finora, ha penetrato più addentro nel vasto seno della Natura medesima, svelando sì bene quanto mai di maravigliosa meccanica occultò essa in tante produzioni di Viventi. Ne rendono chiara pruova i suoi Dialoghi, il Trattato de' Vermi, la *Istoria* della Mosca Rosisega, con tante altre opere; e ciò, che si è di un pregio distinto, ha ella sì nobilmente accoppiata alle materie Medico-Filosofiche, e Naturali quella scelta, e gentile facondia, la quale è trascurata cotanto per lo più da coloro, i quali trattano le materie scientifiche, e dottrinali. Io tralascierò però di ciò fare, sì per la riverenza, che debbo alla sua ben nota modestia, sì perchè nulla potrei aggiugnere colla debole mia favella alla pubblica voce, ed alla fama, che l'ha già renduta sì celebre. Ritornerò dunque alla nostra materia, ed ai nostri Bozzoli, da' quali di giorno in giorno che io ne andava tagliando, ne scappavano le Cantaridi, perfettissime, e di colori, e di membra; nè punto differenti da quelle, che a primo tempo si osservano. Da molti altri poscia, che lasciai senza aprire, ne uscirono in brieve tempo le stesse; nè alcuna vi stette rinchiusa più di giorni venti, come ho già detto di sopra.

XXIII. Questo si è tutto ciò, che mi è riuscito di osservare finora intorno alla generazione, ai progressi, ed al cambiamento della Cantaride del *Giglio*. Resterebbe ancor da vedersi, se nell' anno medesimo queste nuove Cantaridi propaghino la propria specie, ed in qual modo la conservino fino all'anno venturo: Cioè, se così in forma di Cantaridi vivano fino ad un'altra Primavera, o pure dentro a' proprj Bozzoli si mantengano in istato di Aurelie, come lo fanno tanti altri Insetti. Tutto ciò, dissi, sarebbe uopo osservare; e perchè

- - - - - *Operis Victoria finis*, (Ovid. Metam. lib. 6.)

dovrei, per far giugnere a V. S. Illustriss. questo brieve trattato con meno d'imperfezione che fosse possibile, rappresentarle l'ultima differenza, ed il vero fine del nostro gentile Animaletto, in cui nulla meno, che in tanti altri ancora più grandi, spiccano insieme la bizzarria ingegnosa, e la providenza mirabile della Natura. Ma la impazienza che pruovo di riverirla, e di presentarle una, sebben lieve, però divota testimonianza del mio sommo rispetto, vuole che io sigilli questa mia Lettera, a qualunque segno essa finora sia scritta. Chi sa, che a tempo più acconcio io non le spedisca qualche altra notizia, della quale al presente le resto in debito, intorno alla nostra Cantaride, e non le comunichi, sempre in atto però di rassegnazione, quanto io mi abbia raccol-

to

Digitized by Google

to ſopra altre ſchiatte d'Inſetti, fra'quali mi ſomminiſtrano al preſente una curioſa materia i fieri, ma inſieme ancor vaghi Bruchi, che divorano per tratto vaſtiſſimo le Foglie di tutti quaſi gli Alberi di queſte campagne. Io ſoggetto intanto qualunque mia oſſervazione, qualunque conghiettura, qualunque opinione alla cenſura del ſuo ſapere, e dell'alta ſua intelligenza in queſta, ed in ogni altra ſorta di ſtudj. Se avrò mai ſaputo penſare in ciò, o dire alcuna coſa di buono, ſarà ſtata queſta un rifleſſo di quel lume benefico e grande, che mi ha ella comunicato, mediante gli eſempli viviſſimi di tante ſue belle Opere. Se no, ſia effetto della ſua gentilezza, e del ſingolare amor ſuo l'avviſarmene, perchè io poſſa rimettermi in quel diritto ſentiero, da cui aveſſi per avventura traviato: mentre io non ſono già di coloro, che pretendono di non dover'eſser corretti; e ſo beniſſimo, che

Homine imperito nunquam quidquam injuſtius,
Qui, niſi quod ipſe facit, nihil rectum putat. (Terent. Adelph. A. 1. S. 1.)

Ma egli è ben tempo, che io laſci di recarle più lungo tedio; onde proteſtandole la mia inalterabile riverenza, mi dichiaro per ſempre,

Dalla Villa di Sandono li 29. Giugno 1712.

Digitized by Google

Spiegazione delle Figure delle Tavole della Cantaride del Giglio.

Tavola Prima.

Figura prima.

a. Cantaride nella sua grandezza naturale, attaccata ad una foglia del Giglio nella parte di sotto.

b. Uova dalla stessa variamente deposte.

Figura seconda.

Antenna, ingrandita dal Microscopio.

A. I tre primi nodi, con cui essa Antenna si congiugne al Cranio.

B. Gli altri sette nodi della stessa, coperti di setole, o peli.

C. Punta, risultante alquanto dall' ultimo nodo, in cui finisce l'Antenna.

Figura terza.

Ala membranosa ingrandita.

Figura quarta.

Ala cartilaginosa ingrandita, perchè più appariscano i buccolini, de' quali è tutta punteggiata.

Figura quinta.

Due Cantaridi, cioè il Maschio, e la Femmina, nell' atto, con cui tendono alla generazione.

Figura sesta.

Parte di sotto del Bruco della nostra Cantaride, ingrandita.

a. Caruncole, in sembianza di mammelle, due per ognuno de' segmenti, dal quarto fino all' ultimo. Sono della sostanza medesima de' segmenti, e pare che servano ad uso di piedi.

Figura settima.

Parte di sopra del Bruco stesso, egualmente ingrandita.

a. Appendice, attaccata all'ultimo segmento, in cui finisce il Bruco.

b. Insolcature, o canaletti, che per lungo quasi suddividono ognuno de' segmenti maggiori in due altri minori.

c. Forame degli Escrementi, situato nell'ultimo Anello, da cui esce la mucilagine, che cuopre il Bruco.

d. e. Striscia, che pare di color nero, dal secondo fino al decimo Anello, da cui traluce l'interno movimento dell'Animale.

f. Capo del Bruco.

g. Omeri del detto.

Figura ottava.

Bruco suddetto, nella sua grandezza, e figura naturale.

Figura nona.

Detto, coperto della mucilagine, ch'esce dal Forame degli escrementi.

Figura decima.

Bozzoli della Cantaride, di figura ovata.

a. Parte di un Bozzolo alquanto schiacciata, con cui questo sta fisso, dove dalla Cantaride stessa è formato.

Ta-

Digitized by Google

Tavola Seconda.

Figura prima.

Membro del Maſchio.
a. Punta, in cui finiſce lo ſteſso membro.
b. Piegatura del medeſimo.
c. d. Veſcichetta, attaccata allo ſteſso.
f. e. Vaſo lungo, che va a metter capo nella detta Veſcica.
g. i. Vaſo minore, che ſi diparte dal luogo ſuddetto, e va a ſcaricarſi in altro ſito della medeſima.
h. Altro Vaſo minutiſſimo, oſservato ſolo alcuna volta, che ſi dirama dal ſuddetto minore, e tende alla ſteſsa Veſcica.
k. Glandulette, o altra coſa che ſienſi, dalle quali ſpremeſi certo liquore albuminoſo, che giudicaſi materia ſeminale.

Figura ſeconda.

Gamba della Cantaride, ingrandita.
a. Capo nodoſo, con cui eſsa al ventre ſi attacca.
b. Articolazione, con cui la parte ſuperiore più groſsa ſi congiugne al Fuſolo.
c. Detto Fuſolo.
d. Tre nodi, de'quali è compoſto il Piede.
e. Sito fra il ſecondo ed il terzo de'detti nodi, donde n'eſce Dito, o Unghia che ſieſi.
f. Eſso Dito, o Unghia.
g. Due Uncini ſottiliſſimi, co'quali ſi attacca le Cantaride.

Figura terza.

Parte laterale del Bruco.
a. Punti neri, cioè Bucolini, che formano i capi delle Trachee, uno per ciaſchedun ſegmento, dal terzo fino all'ultimo.
b. Punti ſteſſi, o Bucolini, in numero di due, nel primo, e ſecondo de' ſegmenti medeſimi.

Figura quarta.

Membro del Maſchio, nella ſua grandezza al naturale.

Figura quinta.

Parte di ſotto della Ninfa, o Criſalide, come fu da me oſservata nel decimo giorno dalla formazione del Bozzolo.
a. Antenne della ſteſsa rivolte all'indietro verſo degli Omeri.
b. Capo della medeſima, chinato verſo del ventre.
c. Gambe ritirate, e poſate ſul ventre ſteſso.
d. Sito de'Lombi, dove finiſcono di coricarſi le Antenne.

Figura ſeſta.

Parte di ſopra della predetta Ninfa.
a. Sue Ali, ancora raccolte, e poſate ſu' fianchi.

Figura ſettima.

Uova della Cantaride, ingrandite.

NO-

Digitized by Google

NOMINA CL. VIRORUM,

ad quos LAURENTII PATAROL *Epiſtolæ ſcriptæ ſunt, & qui ad eum reſponſa dederunt.*

ANtonius Aſtoreus Ducalis S. MARCI Baſilicæ Canonicus.
Antonius Locatello.
Antonius Vallisnerius.
Apoſtolus Zenus.
Bernardus de Montfaucon Congreg. S. Mauri.
Chriſtianus Gottlieb Schwarzius Profeſs. Publ. Altorf.
Gisbertus Cuperus.
Gothofredus Chriſtianus Goez.
Janſſonius ab Almeloveen.
Joannes Campelli.
Joannes Dominicus Theupolus Patritius Venetus.
Jo. Jacobus Scheuchzerus Med. & Mathem. Profeſs.
Joannes Poleni Marchio.
Michael Capellarius Abbas.
Nicolaus Bonus J. U. D.
Otho Menkenius.
Petrus Caterinus Zenus C. R. S.
Petrus Franciſcus Tornielius C. R. S.
Pilumnus Abbas Pilumnus Belluneníis Canonicus.
P. Tournemine Soc. JESU.

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Tab. I.

I. Patrini del. et Sculp.

Digitized by Google

Digitized by Google

II

III

IV

VI

VII

VIII

X

XI

XII

XIV

XV

XVI

XVIII

XIX

XX

I.P.S.

Digitized by Google

Digitized by Google

II

III

IV

VI

VII

VIII

K

XI

XII

V

XV

XVI

II

XIX

XX

I. P. S.

Digitized by Google

Digitized by Google

II

III

IV

VI

VII

VIII

K

XI

XII

V

XV

XVI

III

XIX

XX

I.P.S.

Digitized by Google

Digitized by Google

II

III

IV

VI

VII

VIII

X

XI

XII

XIV

XV

XVI

XVIII

XIX

XX

I.P.S.

Digitized by Google

Digitized by Google

II

III

IV

VI

VII

VIII

X

XI

XII

XIV

XV

XVI

XVIII

XIX



XX

I.P.S.

Digitized by Google

Digitized by Google

II

III

IV

VI

VII

VIII

X

XI

XII

XIV

XV

XVI

XVIII

XIX

XX

I.P.S.

Digitized by Google

Digitized by Google

II

III

IV

VI

VII

VIII

X

XI

XII

XIV

XV

XVI

XVIII

XIX

XX

I. P. S.

Digitized by Google

Digitized by Google

II

III

IV

VI

VII

VIII

IX

XI

XII

XIV

XV

XVI

CVIII

XIX

XX

LP.S.

Digitized by Google

Digitized by Google

III

IV

VII

VIII

XI

XII

XV

XVI

XIX

XX

I.P.S.

Digitized by Google

Digitized by Google

II

III

IV

VI

VII

VIII

X

XI

XII

XIV

XV

XVI

XVIII

XIX

XX

I. P. S.

Digitized by Google

Digitized by Google

II

III

IV

VI

VII

VIII

X

XI

XII

XIV

XV

XVI

XVIII

XIX

XX

I.P.S.

Digitized by Google

Digitized by Google

III

IV

VII

VIII



XI

XII

XV

XVI

XIX

XX

Digitized by Google

Digitized by Google

II

III

IV

VI

VII

VIII

X

XI

XII

XIV

XV

XVI

XVIII

XIX

XX

I. P. S.

Digitized by Google

Digitized by Google

II

III

IV

VI

VII

VIII

X

XI

XII

V





I. P. S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google